mus, & rationi conſentaneum, vt ipſi, ſicuti ſingulari ſunt Apoſtolicę Sedi præfatæ adiumento, Romanęq; Curiæ ornamento, ita peculiari honoris nota eiuſdem Sedis beneficio decorentur. Volentes itaq; erga eoſdem Cappellanos Auditores, e quorum numero nos, dum in minoribus conſtituti eſſemus viginti quinque Annorum ſpatio, fuimus, aliquod paternę noſtræ munificentiæ extare monumentum, eoſque ſpeciali fauore, & gratia proſequi, ac eorum ſingulares perſonas à quibuſuis Excommunicationibus, ſuſpenſionibus, & interdictis, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, Cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, & cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant ad effectum præſentiũ dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis Cappellanis Auditoribus huiuſmodi, nunc, & pro tempore perpetuo exiſtentibus, quod in quibuſuis Concilijs, etiam vniuerſalibus, congreſſibus, congregationibus, conuentibus, ſeſſionibus, proceſſionibus, pompis, conſilijs, functionibus, negotijs, cęteriſque actibus publicis, ac priuatis, Pontificijs, Imperialibus, Regijs, Cardinalitijs, ac quorumcunque Principum, ſiue Sacris, ſiue prophanis, vel mixtis, tam in ſtatu Eccleſiaſtico, quam extra illum, vbique locorum, gentiũ, etiam in Romana Curia, ac in quibuſuis Regnis, Prouincijs, Regionibus, locis etiam tranſalpinis, & vltramarinis, ac etiam in noſtra, & Romana Pontificis pro tempore exiſtentis, ac Imperatoris, Regum, Cardinalium, etiam de latere legatorum, Ducum, Principum, & quomodolibet aliorum, quacunq; Mundana, & Eccleſiaſtica dignitate, etiam ſpecialem, & indiuiduam expreſſionem requirentem, fulgentium, præſentia, conſpectibus, & Curijs, & generaliter vbique, coram quibuſcunque, & quouis tempore, Rocchettum palam deferre, illoque induti publice deferre, & comparere libere, & licitè poſſint, & valeant, plenam, & amplam facultatem, & licentiam tenore præſentium perpetuo concedimus, & impartimur, decernentes eoſdem Cappellanos Auditores deſuper à quocunque, quauis authoritate nullatenus moleſtari, ſeu impediri, neque pręſentes literas de ſubreptionis, & obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtrę defectu notari, impugnari, vel redargui, nec ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum moderationibus, limitationibus, reuocationibus, & quibuſuis alijs contrarijs diſpoſitionibus per quoſcunq; Romanos Pontificos ſucceſſores noſtros, & ſedem prędictam, etiam motu ſimili, ac etiam conciſtoraliter, & alias quomodolibet pro tempore factis, & faciendis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptos, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, ac plenarie integratas, ac etiam ſub poſteriori data quandocunque eligenda de nouo conceſſas, ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac dictis Cappellanis Auditoribus perpetuo ſuffragari, ſicque etiam, & non aliter in præmiſſis per quoſcunque Iudices ordinarios, delegatos, ac S. R. Eccleſię Cardinales, etiam de latere legatos, ac quouis alios quacunq; authoritate fulgentes, nunc, & pro tempore exiſtentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, ſeu interpretandi facultate, & authoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quocunque, quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus Apoſtolicis, ac vniuerſalibus, principalibuſque, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, nec non quibuſuis etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel alia quauis firmitate robo-

ratis ſtatutis, conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis; & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, vel innouatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium tenore præſentium pro plene, & ſufficienter expreſſis illis, alias in ſuo robore permanſuris ad ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cęteriſque contrarijs quibuſcũque. Datum Romę apud S. Petrum ſub Anulo Piſcatorio die 7. Martij 1645. anno 1.

Locus anuli Piſcatorij

Marc. Anton. Maraldus.

13 Et iure merito iuxta illud Eccleſiaſt. *cap. 9. omni tempore ſint veſtimenta tua candida*, vt memores ſint hinc Auditores puræ, & immaculatæ mentis, quã figurant dealbatæ ſtolæ, quas duodecim ſacerdotes Aegiptyorũ inueniſſe, teſtatur Gomez *in præ laudata oratione impreſſa in commentarijs eiuſdem ſuper ſexto decretalium, mihi. fol. 570.*

14 Propterea integritatem, & maieſtatem tam eminentis, & omnibus numeris abſoluti collegij, nemo eſt, qui non veneretur. Theſaur. *d. Proem. deciſ. pedam. ſub nu.* 32. Vant. *de nullit. iuriſd. ord. num. 71. & delegat. num.* 77. Surd. *conſ* 403. *num.* 84. *in fin. lib.* 3. Burſat. *conſ.* 392. *num.* 24. Grat. *conſ.* 21. *in fine lib.* 1. Mandoſ. *de commiſſ. for.* 1. *verſ. cauſ. r. Auditoribus, & form.* 14. *de commiſſ. attentati, & ad reg. de idiomat. q.* 1. *num.* 50. Gomez. *ad Reg.* 8. *Gloſ.* 13. §. 1. *num.* 12. & 14. Viuius. *deciſ.* 375. *nu.* 2. Card. Tuſc. *concl.* 368. Marcheſ. *de comm. ſſis. par.* 3. §. 1. *num.* 20. *fol* 327. Silu. *neptis. lib.* 5. *num.* 62. *mihi fol.* 553. Mart. *de tribun. Vrb. cap.* 5. *ſub num.* 10. *& ſeq.* Cãmill. Borell. *de Magiſtr. edict. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 10. Gratian. *deciſ. Marchię* 128, Petr. Cabal. *conſ.* 60. *num.* 7. *par.* 1. Scacc. *de ſenten. & re iudic. Gloſ.* 14. *quæſt.* 24. *num.* 3. *fol.* 431. Lotter. *d. appar. num.* 182. & 101. D. Theod. Rub. & D. Paul. *eius filius, ille in ſingularibus, iſte in præfat. ad par.* 7. *deciſ. recent.*

15 Neque enim, vt videtur exiſtimaſſe. Mandoſ. *ad reg. de idiom. quæſt.* 1. *nu.* 16. ob ſolam notitiam idiomatis nationũ, quæruntur ex Germania, ex Gallia, ex Hiſpanijs, ex Veneto Dominio, ex Vrbe, & ex alijs Italiæ Ciuitatibus, quas numerat Marta *de Tribunal. cap.* 3. *num.* 19. *cum ſeq.* doctiſſimi quique, verum

16 etiam, quia ſiue perfectior ſit Magiſtratus, in quo Ciues, & non aduenæ ius dicunt, vt præcepiſſe videtur Ariſt. *lib.* 5. Polit. *cap.* 8. *annuit. l. final. C. de off. Pretor.* tradit Lancellot. Corrad. *de*

17 *decurion, nu.* 62. *cum ſeq.* oſtendit Franciſ. Patric. *de Repub. lib.* 3. *tit.* 2. ſiue e contra, vt argumento. Tex. *in l. null. fin. C. de off. Præt. in l.* 13. *qui, & in l. ſi cui ff. ex quibus cauſis maiores. in l. fin.* vbi Bart. *de off. Aſſeſſor. voluere.* Gomez *ad reg. de Idiom. quæſt.* 1. *col.* 3. *Roman. conſ.* 216. *num* 1.

Certum eſt omnino huiuſmodi mirabili collegarum mixtura, optimum vndique deduci, prout apparet ex late, & erudite cõgeſtis hinc inde per Cam. Borell. *de tract. de Magiſtr. edict. cap.* 5. *per tot.*

18 Et quanquam hic Magiſtratus, non videatur temporaneus, ſed ad vitam

19 ſingulorum Auditorum, quod reprobant D. Thomas *de Regi. Princ. lib.* 4. *cap.* 12. Ariſt. 2. *Politic. cap.* 11. *& cap.* 3.

20 Patricius. *lib.* 6. *de Repub. cap.* 5. *notat. in Tiberium* Tacit. *lib.* 1. *in fin.* id quoque
„ morum Tiberij fuit continuare Imperia, ac pleroſque ad finem vitæ in eiſdẽ
„ exercitibus, ac iuriſdictionibus habere,
„ cauſaſque variè tradunt; alij tædio
„ nouæ curæ ſemel placita pro æternis
„ ſeruauiſſe, quidam inuidia ne plures
„ fruerentur; ſunt qui ex ſtiment, vt callidum eius ingenium, ita anxium iu-
„ dicium, neque enim eminentes virtu-
„ tes ſectabatur, & rurſum vitia oderat,
„ ex optimis periculum ſibi, à peſſimis
„ dedecus publicum metuebat, qua hæ-
„ ſitatione eò prouectus eſt, vt manda-
„ uerit prouincias quibuſdam, quos
„ egredi ex Vrbe non erat paſſurus.

21 Ratio Ariſtotelis, & D. Thomæ eſt ne ob diuturniorem dominandi poteſtatem, omnia potius arbitratu ſuo, ac præter leges moliantur, neque inſtituã

ex pre-

ex præſcripto tantum iure, ſed eorum
ſenſu facere præſumant.

22 Nihilominus, quia iſti Auditores fre-
quenter ad maiora promouentur, vti
de Republica Chriſtiana benemeriti,
per inde eſt, ac ſi temporaneus ſit Ma-
giſtratus, vnde fulget Tribunal diutur-
niori poteſtate Auditorum, abſque ta-
men præiudicio alicuius detrimenti
prouenientis ex Magiſtratu perpe-
tuo, vt recte apparet ex doctiſſime li-
bratis hinc inde per Borell. *d. 1. lib. de
Magiſtr. edict. c. 12. per totum*.

24 Nonnullas autem varietates Tribu-
nalis ex temporum viciſſitudine refert
Gomez. *in proœm. reg. cancell. tit. de Rot.
immut.* ſed in ea non fuit vera ſenten-
tia Taciti *lib. 14. Hiſtor.* Quæ conuer-
„ tuntur in deterius mutari, quia ſemper
„ omnibus negotijs melius, atque re-
„ ctius olim prouiſum, &c. quoniã egre-
gium hoc Auditorium vires ſemper
acquiſiuit eundo, politioremque iuriſ-
25 dicendi formam dietim ſuſcepit; Di-
uinitus enim emiſſa videtur ratio iudi-
candi, qua hodie vtitur elegantiſſime
26 deſcripta per Lotter, *de re benef. in ap-
par. nu* 167. ex qua ſignanter duo præ-
cipua recte iudicantium munera reli-
gioſe cuſtodiri apparet, primum, vt
non feratur ſententia, antequam co-
gnitum ſit in erroris labyrinthum non
verſari, *can. ſciendum dit.* 10. Oſaſc. *d.
27 proœm. ſub num.* 12. Secundum, vt
etiam ipſemet ſententiã paſſus, agno-
ſcere poſſit ſe iure merito condemna-
tum, aut reiectum, iuxta monitum
Iaſ. *in præf. 1. p. ff. veter. & 2. par. C. quê
refert, & ſequitur*. Neuiz. *in conſ.* 32.
num. 6. Oſaſc. *d. proœm. num.* 12. *in fin.*
Sylua *nup. lib.* 5 *quomodo iudicandum ſit
ſub num.* 67. *verſ. ſed quæritã fol.* 559.

28 Etenim Deciſio Rotalis, quæ ante
prolationem ſententiæ panditur vtri-
que parti ad iudicandũ iuxta illud Iob.
cap. 10. cur ita iudicet, eſt ſimplex de-
lineatio futuræ ſententiæ, adductis mo-
tiuis ex facto ad iuris reſolutionem,
contrarijs confutatis, vt ſi pars læſum
29 putat grauamen, ſiue ex facto, ſiue ex
iure, deducat certa, niſi ſit euidens
quærimoniæ calumnia, iterum atque
iterum, eundem punctum diſcutiendũ
fore; antequam ad ſententiæ prolatio-
30 nem deueniatur, quoniam huiuſmodi
reſolutiones cenſentur extraiudicales,
vt reſpondit *Rota in Conchen. Beneficij*
10. *Iunij coram* 6. *m.* Patriarcha Man-
zanedo *in recent. par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.*
553. *num.* 11. *& in deciſ.* 48. *num.* 9. *in fin.*
apud Viuian. *de Iure patron.* fiunt enim
31 ad magis inueſtigandam veritatem,
Loter. *d. appar. num.* 179. *&* 180. & ideo
32 ceſſat obiectum, reſultans ex propala-
tione animi iudicantis, quæ regulariter
eſt prohibita; vt firmant vno ore Ca-
noniſtæ *in cap. irrefragabili. §. exceſ-
ſus de off. ord. & alios refert, & ſequitur*
Craſſ. *de excep.* 20. *excep. num.* 102. *&
ſeq. mihi fol.* 168. & Laur. *in tract. de
Iud. ſuſpect. cap.* 11. *num.* 27. Mainard.
deciſ. 9. *lib.* 1.

Quod ſi replicetur ex ſententia aurea
priſchæ Romanæ eloquentiæ relata
apud doctiſſimum Neuizan. *in ſylua
nupti lib.* 5. *numer.* 105. *tit. quo-
modo ſit iudicium*. Omnes qui de rebus
„ dubijs conſultant, debere in primis
„ animaduertere, ne cuiquam voluptati
„ temere aſſentiant, neue liberum inge-
„ nium fauore, aut iracundia peſſundet,
„ imo eniti debent, vt durent inuitis
„ animis, vt omnium rationes æque cir-
„ cumſpiciant, neue in alterutram partẽ
„ inclinent, donec luce clariores in aper-
„ tum deductæ, & ſatis perbratæ cauſę
„ videantur. Difficile eſt enim commo-
„ tis animis, & concitatis ingenijs verũ
„ cuique perſuadere, &c. ac proinde
ſatis durum ſit poſt celerem reſolutio-
nem perſepe vnius diei tantum ſpatio
communis cum plurimis alijs cauſis
præmeditatam, illã amplius reuocare,
adhuc reſponderi poſſet, cauſas gra-
uiores rariſſime vnica propoſitione re-
ſolui, cęteras melius forſan eſt, bene,
vel male ſtatim reſolui, laudabile ta-
men videretur, vt ſaltem ad ſequen-
tem Rotam differrent reſolutionem in
cauſis non admodum clari iuris; ſingu-
lare autem eſt hoc huius egregij Audi-
torij, cętera enim Orbis, quamuis ſu-
prema

prema Tribunalia, Senatus, Parlamēta, ſiue conſilia, motiua reſolutionis vix proferant longe poſt latam ſententiam, quo tempore quodã modo inane eſt coram eiſdem, iuris, vel facti equiuoca detegere *l. Iudex poſteaquam ff. de ſent. & re iud.*

SVMMARIVM.

34 *RECENS. eſt ſtylus rotalis communicandi deciſionem ante prolationem ſententia.*

35 *Promiſcue per quemcunque Auditorem quolibet tempore compilabantur antiquitus reſolutiones Rotales.*

36 *Quandoque ex vnica reſolutione rotali, plures in contextu verborum diſſimiles compilata fuere deciſiones per diuerſos Auditores.*

37 *Exempla deciſionum per plures Auditores extenſa ex vnica reſolutione.*

38 *Tempore conſtitutionis Ioan. 22. non extendebatur deciſio per Ponentem ante ſententia prolationem.*

39 *Deciſio rotalis eſt compilatio conſiliorum DD. Coauditorum.*

40 *Tempore Ioannis 22. ſecreta eſſe debebant conſilia Auditorum, donec lata eſſet ſententia.*

41 *Vrbanus Octauus ſtricte inhibuit Auditoribus Rotę, Coauditorum vota reuelare.*

42 *Stylus extendendi deciſionem per Ponentem, & communicandi partibus ante prolationem ſententię fuit introductus ante conſtitutionem Pÿ quarti.*

43 *Non tamē erat introductus anno 1551. nec de anno 1554.*

44 *Poſt conſtitutionem Pÿ quarti, ſi Auditor ſententiam ferret, non extenſa deciſione, & Partibus petentibus non data, nulliter procederet.*

45 *Sententia pręſumitur lata, vt de Iure.*

46 *Dicens ſententiam fuiſſe latam, deciſione non extenſa, & partibus non data, tenetur probare, & non ſatis eſſet, quod in deciſionibus impreſſis Auditoris non reperiretur.*

47 *Probare tenetur impugnans ſententiã fuiſſe latam, non extenſa per Ponentem deciſione ad vnguem iuxta conſilia Coauditorum.*

49 *Pręter culpam D. Philippi Pirouani, tamen contigit in cauſa Florentina.*

50 *Tenor deciſionis difformis à votis DD. Coauditorum.*

51 *Inſtrumentum Quarantigię, habet executionem paratam.*

52 *Confeſſio de recepto, quę nocet confitēti, nocet etiam heredi.*

53 *Electa vna via, quando alia cenſeatur renunciatum.*

54 *Suprascripta deciſio non fuit extenſa iuxta formã conſiliorũ Coauditorum, quia omiſſa fuit detractio legitimę, quę reÿcit omne onus.*

55 *Stante obitu Procuratoris in Rota, proceditur per contradictas, etiam non Intimata morte principali in partibus.*

56 *D. Pirouanus relaxauit Mandatum executiuum abſque detractione legitima contra votum Coauditorum, quod fuit in partibus executioni demandatum realiter.*

57 *Signatura Iuſtitię non ſolet reſcribere, niſi cum clauſula ſine pręiudicio legitimę executionis, aut cum clauſula, ſi quid exequendum, quando actum fuit vigore Quarantigia, aut Cameralis obligationis.*

58 *Clauſula ſi quid exequendum, licet transferat executionem in Iudicem ad quem, non tamen vulnerat viam executiuam.*

59 *Appellatio admittitur ad vtrumque effectum, vbi nulliter, vel iniuſte Iudex proceſſerit, etiam in executiuis.*

60 *Commiſſa fuit ſimpliciter Cauſa Appellationis à relaxatione mandati executiui D. Pirouani.*

61 *Commiſſa Cauſa Appellationis ſimpliciter per ſignaturam, etiam proceſſus executiui, attentata eſſet executio emanata etiam ante admiſſam Appellationem.*

62 *Papa ſanauit nullitatem Mãdati executiui D. Pirouani, facta ſolutione expenſarum, mandando exequi pro ſumma debita.*

63 *D. Pirouanus mandans procedi ad vlteriorem executionem, pręſtita fideiuſſione de reficiendis expenſis, facta liquidatione,*

datione, non ſeruauit formam commiſ-ſionis.

64 *Decretum reficiendi expenſas, requirit actualem ſolutionem ipſarum.*

65 *Papa rurſus reſcripſit Pirouano, vt prauia repoſitione à d. Decreto procederet iuxta formam prioris reſcripti.*

66 *Datarius Papæ dedit licentiam adeundi ſignaturam Iuſtitię ad effectum deducendi grauamina, & nullitates per Papam non ſanatas.*

67 *Vbi Papa manus appoſuit, interdicta eſt inferioribus Iudicibus quęlibet interpoſitio.*

68 *Cauſa d. Florentina, in qua bis reſcripſerat Vrbanus octauus pro ſanatione, tandem per ſignaturam Iuſtitia committitur ſimpliciter D. Carillo Rotę tunc Auditori.*

66 *Reſcriptio triginta Annorum inducit præſumptionem ſatisfactionis debiti, & reſtitutionis dotis.*

34 Rblack Ecenter autē huiuſmodi ſtylum,
introductū fuiſſe, arguitur ex de-
ciſionibus Faſtoli, Biſignetti, & ex alijs
Gugliel. Horbort. quę iuxta ſeriem ti-
tulorum diſpoſitæ, nuncupantur anti-
quæ, & nouæ Moedani, Creſcentij,
Caſſadori, Gomez, Veralli Bellam,
Achil. de Graſſ. Putei, Peregrini, Fabij
Accoramboni, Marſicani S. Crucij,
Tholomei, Thomæ de Thanis, Neo-
manij, Io. Pauli Guidoboni, Antonij
Auguſtini, Fabij Proſperi, Rainaldi
Manſcotti, Aquenſis, Maceratenſis,
Roderici, Britorien. Campegij, Roma-
ni, Aragonę, Maioricen. Ioachimi An-
dreæ de Scholis, Paleotti, Clerici, Sil-
ueſtri Marci Antonij, quarum maior
pars ſunt impreſſę *in p. 3. diuer. lib. 1. 2. & 3.*

35 Cum enim ex eis pateat, plurimas,
ex dd. deciſionibus ęditas, ſeu extenſas
non fuiſſe per D. Auditorem Ponen-
tem, ſeu Relatorem, conſequens eſt,
tunc temporis huiuſmodi Diuinum, &
ſalutiferum ſtylum extendendi per Au-
ditorem ponentem, & communicandi
deciſionem, ante ſententiæ probatio-
36 nem, non viguiſſe; promiſcuè enim
per Coauditores, quandocunque con-
tingebat, deciſiones, ex reſolutioni-
bus conſcribi, vt præſertim liquet ex
deciſionibus Gomez, ſeu Sarnen. apud
Coccin. impreſſ. quæ licet in totum
ſint centum, & ſexaginta quatuor, ni-
hilominus decem, & ſeptem ſolummo-
do apparent factę, ex reſolutionibus
coram Sarnen. emanatis, cęterę autem
ex reſolutionibus Cauſarum coram
alijs Coauditoribus pendentibus, vnde
non mirum fuit, quandoq; in vna, ea-
37 demq; reſolutione rotali, plures ema-
nauiſſe deciſiones, non in totum ſimi-
les in contextu verborum, & omnium
rerum deductarum, vt alijs omiſſis ap-
paret *ex deciſ. 56.* Gomez *ſeu* Sar-
nen *tit. de locat. par. 1. & deciſ. 73.* quę
ſicut fuerunt ex reſolutionibus coram
Puteo, ita amphori apparatu per Puteū
explicato, vt liquet ex Putei *deciſ. 174.*
ſub qua bini continentur *deciſiones lib.
1. in corr.* idipſum cōſtat *ex deciſ. 193.
& deciſ. 1033. lib. 3. diuerſ.* quæ licet
coram Tholomeo emanauerint, Pu-
teus tamen, etiam illas edere voluit,
vt liquet *ex deciſ. 329. lib. 3.* Putei
in corr. & optime obſeruauit Rota.
in Burgen. Abbatiæ de Salaſ. 20 Nouembris. 1615. coram b. m. Vbaldo Sen *impreſſa in recen. deciſ. 706. nu. 6. par. 3.*
Idipſum *in Anglican. Matrimonij apud*
Creſcent. *deciſ. 2. de dol. & contum. &
apud* Sarnen. *deciſ. 8. par. 1. de Procur.*

38 Et quod tempore Conſtitutionis Pa-
" pæ Ioannis. 22. non viguerit, colligi-
tur ex verbis ipſius, in §. 6. Conſilia Co-
" auditorum ſecrete data, ſecrete tenere
" debeant vſque poſt ſententiam pro-
mulgatam, & in §. 10. item quod Au-
" ditor referens, facta relatione Coaudi-
" toribus ſuis, conſilia eorundem dili-
genter quęrat, & ex eiſdem conſilijs
" habitis dd. cauſas finire, & terminare
celeriter teneatur, & in §. 14. item
" quod eorundem Auditorum conſilia,
quæ prębentur in Cauſis ſcribantur per
Notarium illius cauſæ, in qua huiuſ-
modi conſilia impenduntur, & ſecre-
ta cauſarum, & conſiliorum eorundē,
tam per ipſos Auditores dd. cauſarum,
quam

Digitized by Google

quam per Notarium in eis ſcribentem
ſub ſigillo credentiæ teneantur, & in
§. 18. in forma Iuramenti Notarij. *ſe-
creta Cauſa ſecreta tenebo, & præſertim
conſilia Auditorum, & ſententiam, donec
ipſa ſit prolat.*
39 Cum enim non aliud ſit deciſio, quam
compilatio conſiliorum DD. Coaudi-
torum, quæ ex ipſorum ſententia per
D. Auditorem Relatorem fieri debet.
40 Si conſilia tunc ſecreta eſſe debeant,
donec lata eſſet ſententia, ergo deciſio
ante prolationem ſententiæ non com-
municabatur Partibus, alias conſilia, ſeu
41 vota Coauditorum nullo pacto ſecreta
fuiſſent; neque enim d. verba referri
poſſunt ad reuelationem coercendam
tantummodo reſpectu perſonarũ Co-
auditorum, vt nuper ſtrictiſſima con-
ſtitutione edita ſub datum 19. Nouem-
bris 1643. iuſſit Vrbanus 8. quia non
eſſet reſtricta, prout eſt d. prohibitio,
donec ſit lata ſententia.
42 Non tamen adeo recens eſt huiuſ-
modi ſtylus extendendi, communi-
candique deciſionem, vt ante conſti-
tutionem Pij quarti emanata Anno
1561. in Bullario 44. in ordine, recep-
tus non fuerit, vt conſtat ex eadem
conſtitutione Pij quarti in §. 8. ibi,
» *& inſuper* Auditor partibus petentibus
» copiam deciſionis in cauſa factę, cum
43 iuribus, & rationibus tradere debeat,
» prout antiquitus laudabiliter fieri cõſue
uit, &c. non longe autem antea fuiſſe
introductum, colligi poteſt, non ſolum
ex deciſione 427. *lib.* 3. Put. *in corr.*
quę emanauit ex reſolutione Cauſę co-
ram Roſſanen. 13. Nouembris. 1551.
vt ex eius tenore apparet, ſed etiam ex
deciſ. 521. *par.* 4. *diuerſor.* quæ, licet ex-
tenſa, ſeu compilata per Guidobon. vt
ex ea apparet, fuit tamen ex reſolutio-
ne cauſæ pendentis *coram* Merallo. *fa-
cta.* 2. *Maij* 1554.
44 Vnde ſi poſt huiuſmodi ſtylum cano-
nizatum per d. Conſtitutionem Pij
quarti, & alios ſucceſſores Pontifices,
nempe Paulum quintum d. conſtitut.
71. Auditor referens non extenderet
deciſionem, illamq; partibus non pan-
deret, nulliter procederet ex late de-
ductis in Sabinien. Syluæ *corã* Card.
Pamph. 13. *Iunij.* 1633. *tunc Rota Au-
ditore impreſſa apud* Poſti. *de manuten.
deciſ.* 469. *num.* 26.
45 Verum quia ſententia pręſumitur la-
ta, prout de iure ferri debet, præſer-
tim per Auditorem S. Rotæ Rom. *l.
Herennius de euictionibus.* Avm. *conſ.*
188. Rota. *in recent. deciſ.* 184. *par.* 2.
num. 2.
46 Ideo tenetur impugnans Sententiam
ex hoc capite plene, & concludenter
hanc negatiuam coarctare. *d. deciſ.*
469. *num.* 26. *apud.* Poſti. in qua non
ſatis probatam fuiſſe, reſponſum fuit,
licet inter deciſ. impreſſ. Card. Seraph.
deciſio non reperiretur.
47 Probatione faciliori iuuaretur ille,
qui opponeret deciſionem per D. Di-
latorem extenſam non fuiſſe adunguẽ
48 iuxta formam conſiliorum DD. Coau-
ditorum, quemadmodum enim hoc
quaſi videretur impoſſibile, vt contin-
gere poſſit, ob inſignem probationem,
& diligentiam Singulorum Auditorũ,
ita ſi contingeret facilis eſſet probatio,
quoniam ipſimet DD. Auditores
id teſtarentur, prout contigit in cauſa
49 Floren. dotis (citra omnem culpam
Auditoris) coram. b. m. Pirouano,
eius tenor eſt infraſcriptus;

R. P. D. Pirouano.

Florentina Dotis. Lunæ 15. *Iunii.* 1637.

50 MARIETTA decedens inſtituit
ſibi hæredes Iacobum, & Pe-
trũ Mariam, quibus ſine filijs
maſculis, & fœminis, morientibus, ſubſti-
tuit Monaſterium S. Iacobi de Ripolis
Ciuitatis Florentiæ, conditione poſ-
modum per obitum pręfatorum purifi-
cata, Moniales egerunt remedio adi-
piſcendę contra detinentes bona hære-
ditaria Mariettæ, Sententiaſque fauo-
rabiles reportarunt, demum omiſſo il-
lo iudicio, & comperto Mariettam eſſe
creditricem Dotis ſuæ d. 700. auri, &
donationis

donationis propter nuptias, egerunt
contra Matheum Caroſium heredem
Iacobi filij, & hæredem Petri Caroſi
Viri Mariettæ, & obligati ad reſtitu-
tionem dotis, & donationis propter
nuptias, & cum hodie dubitaretur, an
contra eundem Matheum eſſet rela-
xandum Mandatum, per DD. fuit af-
firmatiue reſponſum.

51 Quia conſtat de credito Mariettę ex
inſtrumẽto, quod datur habente clau-
ſulam quarantigiæ præceptum Iudicis
de ſoluendo continente, quod ſolet ha-
bere executionem paratam, vt dicunt
Rom. conſ. 133. num. 1. Marſil. ſingul. 7.
Theſaur. latiſſime comprobans deciſ. 26.
num. 12. & ſeq. Rota recent. deciſ. 300.
num. 6. part. 5. neque vis fieri poteſt,
quod agatur de dote per virum confeſ-
ſata, quia dum Matheus eſt hęres Pe-
tri Caroſij, mediante perſona Iacobi
52 filij ex propria confeſſione ad poſitio-
nes, certum eſt confeſsionem de rece-
pto præiudicare, ne dum confitenti,
ſed etiam ſuis hæredibus quibuſcun-
que, Gloſ. in l. 1. C. de dot. caut. non nu-
merat. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 1. num.
28. Menoch. conſ. 2. num. 273. Surd.
conſ. 151. num. 39. & deciſ. 71. num. 9. &
161. num. 26.

53 Non obſtat quod prius actum ſit ex
remedio quorum bonorum pro im-
miſsione contra detinentes bona hęre-
ditaria Mariettæ fideicommittentis,
vnde electa vna via, cenſetur alte-
ri renunciatum, per l.; in delictis.
§. ſi detracta, ff. de noxal. l. fin. C. de co-
dicil. Gabr. de action, concul. 2. in prin-
cip.

Quia cum iſtæ actiones ſint diuerſæ,
nempe prima realis contra detentores
bonorum hæreditariorum, ſecunda
perſonalis contra perſonaliter obliga-
tum pro dotis reſtitutione; rurſum di-
uerſæ ſint perſonæ, nempe gerentes ſe
pro hærede, vel pro poſſeſſore, & ve-
ri hæredes Petri Caroſii, nunquam per
electionem vnius actionis cenſetur al-
teri renunciatum, Bart. in l. 1. §. vnde
quęritur, verſ. & hoc ſi contra eundem.
ff. de public. action. Martan. Socin. in
cap. final. 11. Fallen. de libell. oblat. An-
gel. in l. final. verſ. item contra diuerſos.
de codicil. idem Garb. d. concl. 2. num. 18.
& ita Monialibus informantibus tantum-
modo. &c.

54 Hæc deciſio, vt dixi, ideo non fuit
compilata ad vnguem iuxta formam
conſiliorum DD. Coauditorum, quia
omiſſa fuit detractio legitimę quæ om-
ne grauamen, & fideicommiſſum, ſi-
cut reſpuebat, l. quoniam in prioribus. l.
ſancimus. C. de in offic. teſtam. Fuſar. de
ſubſtitut. quęſt. 26. D. Merlin. de
legit. lib. 3. tit. 2. quaſt. 1. nu. 3. Burat. de-
ciſ. 394. num. 8. ita, & DD. Coaudito-
res in ſuis votis dixerãt pro tertia parte
dotis fuiſſe detrahendam.

55 At quia in d. Cauſa procedebatur per
contradictas ſtante obitu Pauli Ghiſle-
rii Procuratoris Caroſii, nullo alio cõ-
ſtituto procuratore iuxta deciſ. 191. n.
6. par. 1. in recent. vbi quod proceditur,
etiam non intimata morte procurato-
ris, principali, vt latiſſime per adden.
ad Burat. deciſ. 943. num. 18. ad Greg.
deciſ. 430. num. 8. quanquam plurimis,
& validis rationibus contrarium tuea-
tur, Vantius de nullit. ex defect. citat.
num. 115. & ſeq. Bellamer. deciſ. 494.
idcirco nemine pro Caroſio compa-
rente, relaxatum, & expeditum fuit
mandatum executium per D. Piroua-
num ad inſtantiam monialium pro re-
ſtitutione integrę dotis, quod fuit exe-
cutioni demandatum Florentiæ, ante
quam Caroſius quicquam iſtorum ſci-
uerit; Delata igitur poſt executionem
pro parte Caroſij appellationis cauſa
ad ſignaturã iuſtitiæ, licet fuerit actum
56 vigore inſtrumenti cum clauſula qua-
rantigiæ, quo caſu non ſolet reſcribi, ni-
ſi cum clauſula ſine pręiudicio legiti-
mæ executionis, quæ non retardat vl-
teriorem executionem, Gonz. in an-
not. nullit. & attent. n. 224. Greg. deciſ.
91. nu. 13. Rot. in Spolet. manut. 12. Maij.
1645. coram R. P. D. Bichio.

57 Aut cum clauſula ſi quid exequendũ
fuerit, exequatur, ſin minus cauſam
appellationis cognoſcat, quæ licet trãſ-
ferat executionem in alium Iudicem,

non tamen tollit viam executiuam.
Mareſcot. *var. c.121. lib.2. num.17. &*
19. Cocin. *deciſ.216. num.3.* Burat. *de-*
ciſ. 213. num.2. & 7. & deciſ.650. nu.
17. & alias ſæpe.
58 Nihilominus, quia d. Mandatum, &
executio inde ſecuta de nullitate, & in-
iuſtitia redarguebantur, quo caſu non
iuuat prohibitio quælibet appellatio-
nis, ſed habet locum ad vtrunque ef-
fectum appellatio interpoſita. Alex.
conſ.91. num.2. lib.6. Natt. *conſ.51. nu.*
25. Barz. *deciſ. Bononien. 51. nu.1.* Scacc.
de appell. quæſt.17. limit. 1. num.62. &
limit.6. memb.7. nu.130. vbi plurimos.
Barat. *in l.4. §. condemnatum. num.2. de*
re iud. Ruin. *conſ.59. num.11. lib.5.* Gi-
59 br. *conſ.24. num.47. colum.1.* cum alijs
adductis, *in Romana cambiorum 12. Ia-*
nuarij. 1635. coram Pirouano, Thomat.
deciſ. Mater. 49. num.11. hinc comiſſa
fuit cauſa appellationis abſque clauſu-
la preſeruatiua iudicij executiui, quo
caſu ex iniuſtitia, vel nullitate in iudi-
cium ordinarium, executiuo tranſlato,
attentatorum vitio infecta executio
d. Mandati remanſit cum omnibus in-
de ſecutis; per inde ac ſi appellatio ſta-
60 tim admiſſa fuiſſet. *Rota coram Duran.*
deciſ.96. & deciſ.106. & deciſ. 160. &
deciſ 191. & 240. Burat. *deciſ.962. nu.*
6. Rota apud Poſt. de manut. deciſ.246.
61 *& in Lucen. Cantoria 23. Martij. 1640.*
& in Collen. Decanatus. 7. Maij. 1640.
coram R. P. D. Royas, & alias ſepiſſimè.
Pro parte monialium ad ſanandum
d. defectum nullitatis reſultantis ex
prædictis, fuit habitus recurſus ad ſum-
mum Pontificem Vrbanum VIII. qui
partibus in plena ſignatura auditis re-
ſcripſit eidem Pirouano, vt refectis ex-
penſis per Moniales d. Caroſio; pro-
cederet ad executionem pro duabus
partibus, cum autem D. Pirouanus mã-
dauerit deinde procedi ad d. executio-
nem vlteriorem pro duabus ex tribus
partibus, præſtita fideiuſſione, de refi-
63 ciendis dd. expenſis, illis liquidatis, gra-
uatus rurſus Caroſius ex d. Decreto
contra formam commiſſionis emana-
to à D. Pirouano, quæ requirebat
64 actualem ſolutionem expenſarum
Rot. deciſ.119. apud Put. in ſ.... lib.1. Greg.
& ibi addens deciſ.492. num.9. habuit
recurſum ad Papam, qui rurſus reſcri-
pſit eidem Pirouano, vt prævia repo-
ſitione à præ d. decreto procederet ad
65 executionem iuxta formam prioris re-
ſcripti, & ita vigore binæ commiſſio-
nis manu Papæ ſignatæ, ſanati fuere
dd. defectus, & ſic Caroſius gaudere
non poterat appellatione ſuſpenſiua,
licet admodum conquereretur, toties
ad Iudicem grauantem remiſſum fuiſ-
ſe.
66 Quapropter coram b. m. Patriarcha
Hieroſolimitano Egidio Vrſino de Via,
rijs Datario Vrbani VIII. toto eius lon-
gi Pontificatus tempore, non ſine ma-
gna laude eius probitatis, adductis plu-
rimis, & patentibus defectibus d. man-
dati D. Pirouani, etiam me informan-
te, tàm reſpectu nullitatis, quam in-
iuſtitiæ, quorum nulla fuarat facta mẽ-
tio, dum emanauero præfata reſcripta
ſanatoria, facto verbo per Datarium,
cum Sum. Pontifice, data fuit licentia
adeundi ſignaturam Iuſtitiæ, quæ de
his grauaminibus cognoſceret, & prout
de iure reſcriberet, etiam quod per ap-
67 poſitionem manus Papæ interdicta eſ-
ſet inferioribus iudicibus quælibet in-
terpoſitio. Caſſad. *deciſ.9. num.10. in*
fin. de appel. Borg. *deciſ.4. nu.39. lib.2.*
Neuiz. *conſ.44. num.11.* Gambar. *de*
off. legat. lib.6. n.708. Rot. diuerſ. deciſ.
102. num.10. in fine par.1. Lancell. *de*
attent. poſt inhib. de attent. poſt. vocat.
cauſę num.4. & cap.22. de attent. poſt
inhib num.2.
68 Cauſa propoſita ab Illuſtriſſimo, &
Reuerendiſſimo D. Gaetano, partibus
hinc inde informantibus, rurſus appel-
lationis cauſa per ſignaturam iuſtitiæ
commiſſa fuit ſimpliciter eidem D. Ga-
rillo in Rota, quoniam, vltra defectus
ſanatos per Summum Pontificem, ad-
modum vrgere videbatur, præter alios,
præſcriptio quadragenaria contra fi-
dei committentẽ à die reſtitutoris do-
tis, quæ ſola ſpatio annorum 30. ſatiſ-
factionem d. dotis præſumi faciebat,

l.reb.

Digitized by Google

l. vcb. §. fin. C. de iure dotium, Decian. *conſ.* 13. *num.* 55. *lib.* 2. Gratian. *deciſ. march.* 4. *num.* 11. *& diſcep.* 881. *nu.* 18. Surd. *deciſ.* 3. *num.* 23. Beltram. *d. lib.* 1. *par.* 1. *conſ.* 29. *Rot. in recent. deciſ.* 270. *num.* 1. *par.* 6.

Propoſita autem d. cauſa in executionem d. reſcripti in Rota coram D, Carillo ſub die 15. Iunij 1643. an mandatum executiuum per D. Pirouanum relaxatum, eſſet reuocandum, non fuit reſoluta, ſed mandarunt DD. vt iterum proponeretur, quod adhuc factum non fuit, ſed audio partes concordiam inijſſe.

SVMMARIVM.

70 *TEMPORIBVS Hieronymi Grati, & Mandoſi introductus non fuerat ſtylus extendendi deciſionem ante prolationem ſententiæ.*

71 *Laudes erga Rotæ Tribunal Grati, Surdi, & aliorum.*

72 *Rota Tribunal fuit tempore Grati, Surdi, & Mandoſij, vti aurora conſurgens, noſtra ætate vndique radijs coronatũ fulget, vt ſol Iuſtitiæ.*

73 *Commendantur, qui publicant deciſiones Rotales.*

74 *Auditor Ponens, non tenetur in omnibus articulis deciſionem compilare.*

75 *Tenetur Auditor in omnibus procedere iuxta voluntatem Coauditorum.*

76 *In articulis dubijs tenetur Coauditor conſulere Coauditores per viam dubij, & ſtrictæ diſputationis extendere deciſionẽ, ſecus in claris in quibus ſufficit per memoriale eos conſulere.*

77 *Varij modi conſulendi Coauditores.*

78 *Papa Ioannes 22. primus omnium ordinationum rotalium, legem tulit.*

79 *Conſtitutione Ioannis 22. cauetur nullum Auditorem poſſe abſque voto Coauditorum decreta interlocutoria, vel ſententiam diffinitiuam ferre.*

80 *Non longe poſt conſtitutionem Ioannis 22. introductus fuit ſtylus in Rota, vt cenſeretur interueniſſe conſenſus Coauditorum in cauſis dubij iuris, etiam quoad ſententias diffinitiuas, quia inter ſe, ita firmauerant Coauditores.*

81 *Vigore d. Generalis ordinis poterat Auditor in prolatione ſententiæ dicere de conſilio Coauditorum, licet re vera eos non conſoluiſſent.*

82 *Pius 4. anno 1561. conſtitutione d. voluit Auditorem, etiam in cauſis indubijs, conſulere Coauditores in diffinitiua, in alijs interlocutorijs, quatenus pars inſtaret, vt diffinitiua cenſeretur renunciatũ, voluit expreſſe de huiuſmodi renunciatione apparere ex actis.*

83 *Nulliter alias procederet Auditor inconſultis Coauditoribus, & num. 111.*

84 *In Decretis interlocutorijs dubij Iuris, etiam ſi pars non petierit, Auditor teneretur conſulere Coauditores.*

85 *Præſertim quando pars non petit, quia eſt contumax, vti citata per diligentias per contradias, vel per ędictum.*

86 *Ratio eſt certa, quia deficit hoc caſu votum Coauditorum.*

87 *Votum Coauditorum neceſſario requiritur, tam ex natura collegij, quam ex conſtitutionibus Pontificijs.*

89 *Vbi Princeps mandat procedi de conſilio alterius, neceſſariò ſequi debet huiuſmodi conſilium Iudex.*

70 CONSTAT igitur ex præmiſſis tempore Hieronymi Grati, & & Mandoſij huiuſmodi egregiam iudicandi rationem Rotæ non fuiſſe introductam, ſi ergo relatis verbis Hieronymi Grati infraſcriptis, *in*
71 *conſ. 21. in fine. lib.* 1. Plura ſcripſiſſem in hac cauſa maximi ponderis,, ſi coram
,, Reuerẽdiſsimis Auditoribus Rotę Ro-
,, manæ verba non facerem, qui vt Iudi-
,, ces totius Orbis ſunt, ita prima Iudi-
,, cem numina eſſe conſtat, adeout apud
,, eos ſolũ per Iudicẽ rẽ oſtendere liceat,
&c. ſcripſit *Quintilianus*, *Mandoſius*, *in prima formula commiſſionis in verbo cauſarum Auditoribus*, huiuſmodi formalia verba videlicet, *ſed quid diceres hodie Bononiæ, & Italię ſplendor*, ſicut
,, fama immortali, ita & vita viueres,
,, ac reſpiceres hodiernos Rotæ Audi-
,, tores, quippe qui longe alios, qui iam
,, fuerunt theorica, praxi, morum can-

 dore

,, dore, ac omni virtute excellant, &
,, qui cum Eccleſiaſte dicere poſſunt, ec-
,, ce magni effecti ſumus, & præceſſimus
,, omnes ſapientia, qui fuerunt ante nos
,, in Hyeruſalem; ex quibus non ſolum
,, Regina Auſtri, ſed, & Rex ſepten-
,, trionalis, maximus item ille Occiden-
,, talis, qui vtinam etiã Imperator Oriẽ-
,, talis euadat, dicere poterit, maior eſt
,, ſapientia, & opera veſtra, quam ru-
,, mor, quem audiui, &c.
72 Quod diceret hodie vterque ipſorũ?
quid Io. Petrus Surdus, qui *conſ.403.*
num.84. in fin.lib.3. faſſus fuit eximiam
auiditatem ſui perlegendi Deciſiones
Rotæ Romanæ, ob inſignem earum
grauitatem vna cum reſoluta doctri-
na, & verborum pondere? quid Fran-
ciſcus Burſattus *ex his, quæ ſcripſit in*
conſ.392. num.23. lib.4. quid Io. Fran-
ciſcus Ripa, dum in *reſponſ.3. num.11.*
de cauſis poſſeſſionis, & propriet. ita lo-
quitur, maxime eſt venerandum ſapiẽ-
,, tiſſimum Collegium DD. de Rota,
,, quo nullum aliud excellentius eſt, &
,, cuius deciſiones, iam vti canones vi-
,, demus obſeruari. &c. fuit eorum tem-
pore Aurora noſtra ætate, cum tot vo-
lumina deciſionum elegantiſſimo, &
puriſſimo calamo, profunda cum ſa-
pientia, conſcripta, & digeſta, ema-
nauerint, & ad publicam vtilitatem in
lucem prodierint, præfulſit oculis no-
ſtris, ſol huius nunquam ſatis laudati
Tribunalis radijs vndique coronatus.
Lapus *alleg. 51. num.1.* dum ſcripſit,
Stylum ſuum, quo tempore colunt in ſcri-
ptis redigerent, vt per orbem iure peritis
innoteſceret, ne præter culpam fruſtra-
rentur Clientuli, &c. nihil aliud, niſi de-
ciſiones rotales deſideraſſe videtur, ho-
die autem ſi viueret, prorſus voti com-
pos factus eſſet, quia eius præces,
quemadmodum etiam Martę *de tribu-*
nal. Vrbis. cap.5. exauditæ fuiſſent, & il-
le Theſaur. qui in proęm. *deciſ. Pedam.*
num.6. ſcripſit, *neque Rotę Romanę bre-*
uitatem ſecuti, quę obſcuritatem parit,
neque Boerij dicacitatem, quę confuſio-
nem producit, &c. hodie Palinodiam re-
cantaret, & ad partem fuiſſet gratiarũ,
quas debet vniuerſus Orbis, etiam il-
73 lis, quorum myniſterio publicatæ ſunt,
& pręcipue *Proſpero Farinac. Reuerẽdiſ-*
ſimo D. Ferentillo, D. Paulo Rubeo, D. Lu-
douico Poſthio, & alijs plurimis, qui vna
cũ eorũ doctiſſimis obſeruationibus,
& tractatibus deciſiones, per diuerſos
Auditores compilatas, ſeu extenſas, ti-
pys dedere, neque enim aſſentiri poſ-
ſum *Lotterio*, qui de hoc conquæritur,
ſub prætextu, factum fuiſſe abſque alio
delectu, *vt in d. apparatu nu.* 100. Quæ
enim tantorum Patrum iudicio ema-
nauere, nullo alio indigent delectu, vt
agnouit Theſaur. *d. præm. deciſ. Peda-*
mon. num.5. in fin. Sylua *nupt. lib.5. nu.*
62. mihi fol.553.
74 Non tamen tenetur Auditor ſuper
omnibus articulis deciſionem compi-
lare, ſeu extendere, & partibus illam
cõmunicare, nã quo ad articulos clari
iuris exiſtentes, quemadmodum ſu-
perflua cenſetur illa exacta diſputatio,
quę adhibetur in reſolutionibus con-
trouerſi iuris, ita etiam motiua reſo-
lutionis in vnum conſcribere, & parti-
bus exhibere, vt diſtinxit *Rota plari-*
bus in cauſis, & ſignanter *in Gerunden*
augumenti. 30. Martij 1600. coram Card.
Lancell. ibi *quantum ad nullitates, viſę*
,, *ſunt friuolæ*, nam quamuis cauſa non
,, fuerit ræſoluta per viam dubij, ſatis eſt,
,, quod R. P. D. meus Iuſtus habitis vo-
,, tis DD. ſuper illius expeditione de eo-
,, rundem ordine ſententiam protulerit,
,, nec verba Bullæ Pij iv. imperant ne-
75 ,, ceſſario, quod cauſa proponatur per
,, viam dubij, quando dubia ſunt ſuper-
,, flua, ſed intentio Papæ fuit, quod Au-
,, ditor de per ſe non poſſit cauſas expe-
,, dire, niſi conſultis DD. non autem il-
,, lũ adſtringere ad proponendum du-
,, bia, in quibus non adeſt difficultas, cũ
,, in commodis ex expenſis partiũ, &c.
hactenus deciſio, quę confirmata fuit
in *Ançonitana bonorũ. 12. Ianuarij 1607.*
76 *coram Patriarcha Manzanedo* relata
apud Marchel. *de commiſſ. tom.2. fol.*
159. & in Abulen. penſionis. 15. Decem-
bris 1610. coram Pirouano, impreſſa apud
Marcheſ. *de commiſſ. tom.1. fol.535.*
num.

*num.*8. duplicata *in recent. deciſ.* 308. *par.*3. *num.*5. bene obſeruat Lotter. *de rebeneſ. in appar.nu.*169. D. Rubeus *in* 2. *par. Sing. tit. de Auditor. Rotę* §.4. *fol.*13.

77 Verum, vt hæc innoteſcant, etiam illis, qui in hoc Sacro Tribunali verſati non ſunt, prætermittendum non putaui praxim adhibitam, per Auditores pro temporum, & rerum diuerſitate, vt communi Patrum conſilio, & aſſenſu, (prout natura Collegij fert) inſtruxiſſe, & expediuiſſe cauſas dicerentur.

78 Io. 22. qui primus omnium ordinationum Rotalium legem tulit, eius *Bulla* 14. *anno* 1326. *in* §.10. ita iuſſit, *Itē*
,, *quod* nullus Auditor aliquam diffiniti-
,, uam ſententiam, quæcunque fuerit,
,, ſeu quamuis interlocutoriam ſuper
,, deuolutione cauſarū in Romana Cu-
,, ria tractandarum; ſi inter partes de
,, ipſa deuolutione controuerſia fuerit,
,, vel ſuper admiſſione, vel ſuper repul-
,, ſione articulorum, aut ſuper remiſſio-
,, ne, ſuper eiſdem articulis, aut ſuper
,, alijs probationibus extra Curiam fa-
,, ciendis, niſi forſan de conſenſu partiū
,, fieret admiſſio, ſeu remiſſio ſupradicta,
,, nec non ſuper reſtitutione, ſeu reuo-
,, catione attentatorum, ſiue innouato-
,, rum, lite, vel appellatione pendente, ſi-
,, ue ſuper appellationibus ab interlocu-
,, toria, vel à grauamine interpoſitis, aut
,, aliam quancunque interlocutoriam,
,, ſuper de re, de qua agitur, contra alte-
,, ram partium finem negotio imponen-
,, tem, abſque relatione publica, & con-
,, ſilio coauditorum proferat, ſuper alijs
,, vero interlocutorijs abſque publica
,, relatione cum conſilio Coauditorum,
,, dd. ad eorum prolationem poſſit pro-
,, cedere, prout hactenus exiſtit in Pa-
,, latio laudabiliter obſeruatum, &c.

Igitur citra conſenſum amborū partium, Auditor, nec etiam ad decreta interlocutoria procedere poteſt incōſultis DD. Coauditoribus ſecundum conſtitutionem præfatam.

80 Non longe autem poſtea introductū fuit, quod huiuſmodi conſenſus Coauditorum cenſeretur interueniſſe in illis decretis, quæ D. Auditori ponenti, ſeu Relatori, clari iuris eſſe viderentur, etiam in diffinitiuæ ſententiæ prolatione, ne dum interlocutorijs, itaut dicere poſſet de conſilio, & aſſenſu DD.
81 Coauditorum vigore cuiuſdam generalis ordinis inter Coauditores firmati, vt liquet *ex deciſione 22. alias 751. de ſent. & re iud. in antiq.* ibi ſciendum eſt, quod ſi aliquis Auditor Sacri Palatij debet ferre ſententiam diffinitiuam, in qua nullum dubium habeat, cum ſit clara pro Iuſtitia adminiſtranda, nec eſt neceſſarium, quod ponantur conſilia, ſed tunc in prolatione ſententiæ poteſt dicere de conſilio, & aſſenſu, nam in iſto caſu data eſt poteſtas Auditori generaliter ſic dicendi per DD. Auditores Sacri Palatij, ſi autem Auditor habeat dubia, quæ ponat in conſilijs, tunc ſi conſilia ſint concordia, poteſt dicere in prolatione ſententiæ, ſi autem diſcordia conſilia, debet ſtare conſilio maioris partis, & etiam poteſt dicere in prolatione ſuæ ſententiæ de conſilio DD. Coauditorum.

Quam deciſionem refert, & ſequitur
82 Vant. *de nullit. ex defect. iud. ordinarij nu.*150. Conſtitutio Pij iv. anno 1561. ædita 44. in ordine, ſubſtulit huiuſmodi differentiam, dum ita iuſſit Auditor, ſiue magni, ſiue parui momenti cauſa, etiamſi eius deciſio clari iuris eſſe videatur, diffinitiuam ſententiam, vel interlocutoriā vim deffinitiuæ habentem, ferre non valeat, niſi cauſa in Rota propoſita, & habitis votis Coauditorum, niſi partes in actis expreſſè conſenſerint, quod ſine voto Coauditorum ferri poſsit, idemque in alijs quibuſcunque iudicialibus decretis ſeruari volumus, ſi Actor, vel Reus, quod negocium in plena Rota cognoſcatur inſteterit.

83 Ex quibus patet D. Auditorem non poſſe procedere ad ſententiam diffinitiuam, ſeu ad decreta vim diffinitiuæ habentia, etiam prætextu clari iuris, vel praui momenti, niſi conſultis DD. Auditoribus, & habitis votis, dum partes

Digitized by Google

partes aliter expreſſe in actis conſen-
ſum non præſtiterint, *vt Rota* reſpon-
dit Auximana *Anconitana florum. 10.
Ianuarij 1628. coram Pirouano impreſ.
apud Poſt. de manut. deciſ. 516. num. 6.* in
cœteris vero decretis eatenus procede-
re poſſe abſque Coauditorum conſilio,
quatenus partes illud non petierint,
ergo ſequitur, quod etiam in decretis
84 interlocutorijs, quæ aliquo modo Iu-
ris dubietatem admittunt, non poſſe
D. Auditorem Ponentem, inconſultis
DD. Coauditoribus, aliquid decerne-
re, quamuis partes votum DD. Coau-
ditorum non petierint, & vt conoſca-
tur in plena Rota huiuſmodi interlo-
cutoria proteſtatæ non fuerint, præ-
ſertim quando decreta emanauerunt
85 abſque citatione perſonali, ſed per di-
ligentias, per contradictas, & affixio-
nem per loca publica, vt fit in contu-
macibus præſumptis, ſeu fictis, vel ve-
86 ris, patet conſequentia, quia manda-
tum generale præfatum DD. Coaudi-
torum, eſt reſtrictum ad decreta cla-
ri iuris, & indubij, vnde non applica-
87 tur ad iſta decreta, quæ iuris dubieta-
tem patiuntur, ac proinde deficiente
in iſtis decretis conſilio, & aſſenſu DD.
Coauditorum, neceſſario requiſito tã
88 ex natura Collegij, vt infra dicemus n.
106. quã ex dictis cõſtitutionibus Apo-
ſtolicis conſequens eſt nulla, & inua-
89 lida eſſe cenſenda per doctr. Bart. *in
l. Titium de adminiſtratione tutorum*,
Bald. *in conſ. 123. Romanus num. 2. lib. 5.*
cum plurimis, quos refert, & ſequitur
Vant. *de nullit. & defect. iuriſd. Iudicis
ordinarij num. 150. & 152.* & poſt eum
Lotter. *de benef. lib 1. quaſt. 21. num. 95.
annuit Rota in Mediolanen. pecuniaria.
19. Ianuarij 1633. coram Pirouano im-
preſſ. in recent. deciſ. 170. numer. 10.
par. 6.*

SVMMARIVM.

90 **A***VDITOR quando poſſit exequi ſuam ſententiam inconſultis Coauditoribus.*

91 *Exequi poteſt quando nulla interpoſita fuit appellatio inconſultis Coauditoribus.*

92 *Quando conſtat ex actis nullam fuiſſe interpoſitam appellationem, neceſſe non eſt præfigi tempus ad docendum de appellatione.*

93 *Secus quando dicitur non fuiſſe legitime appellatum.*

94 *Conſenſus Coauditorum diuerſimode adhibetur in cauſis rotalibus.*

95 *Virtualiter, & implicitè ex generali ordine.*

96 *Per ſtrictam diſputationem dubij.*

97 *Per memoriale.*

98 *In reſolutionibus rotalibus emanatis per Memoriale, non tenetur Auditor ponens, extendere deciſionem.*

99 *Poſſet tamen ſi vellet.*

100 *Aliquando tamen tenetur Auditor, etiã in reſolutionibus emanatis per memoriale extendere deciſionem, quia Auditores hoc iuſſerunt.*

101 *Plura exempla deciſionum, reſolutionum per memoriale, & nu. 102. & 103.*

102 *Manutentio conceditur per Rotam, etiam pendentibus ferijs, etiam per memoriale, & in relatione cauſarum.*

104 *Concedi debet de iure, cuilibet condennato modica dilatio.*

105 *Non poteſt opponere de compenſatione debitor, qui ſuſcepit poſt cõdennationem dilationem ad ſoluendum, neque in hoc Rota variauit, vt ait Beltram.*

106 *Relationes rotales emanatæ ex ſtricta diſputatione dubij, regulariter non ſufficiunt ad conſenſum Coauditorum, neceſſarium tam ex natura Collegij, quam ex conſtitutionibus Summorum Pontificum.*

107 *Quatuor Auditores regulariter votum præſtant, exceptis cauſis admodum grauibus, & exemplaribus, aut in quibus de ordine Sãctiſſimi omnes Domini vident.*

108 *Auditor ponens, non præſtat votum in cauſis coram eo pendentibus, niſi ſint paria.*

109 *Emanata deciſione, quando in Rota ad ſententiam deueniatur.*

110 *Dum data copia deciſionis, inſtat pars, pro expeditione cauſæ, & obtinet conſenſum Coauditorum, aut maioris partis inter-*

Digitized by Google

interueniſſe dicitur, ad formam conſtitutionum pontificiarum.

90 ET huic ſequitur, poſſe D. Auditorum ponentem, ſeu relatorem, exequi ſuam ſententiam in iudicatum tranſactam, quando tamen liquido de re iudicata cõſtat, etiam inconſultis DD. Coauditoribus, vt puta; quia nulla fuit interpoſita appellatio,
91 quemadmodum etiam tali caſu, non cenſetur neceſſaria præfixio termini; ſeu terminorum ad docendum de appellatione, eiuſque legitima proſecutione, ex latè deductis per *Rotam in Peruſina bonorum. 3. Maij 1612. coram* Coc. *Apud Poſt. deciſ. 22. num 2. de manut.* ſecus autem ſi aliquo modo res iu-
92 dicata in controuerſiam deduci poſſit, quælibet enim difficultas, operari debet, vt D. Ponens, non poſſit procede-
93 re, inconſultis DD. Coauditoribus, ad executionem ſententiæ, vt præter mox adductas, *Rota diuerſ. deciſ. 95. lib. 2. par. 3.* Patet igitur conſenſum
94 Coauditorum, non pariformiter in omnibus actibus iudicialibus decretis, & ſententijs adhibendum eſſe, nam
95 primo loco implicite, & virtualiter cẽſeri poteſt adhibitus, dum ex generalitate pæd inter ipſos Coauditores firmata, habetur pro præſtito, vt ſupra diximus, *num.* 80. 81.

96 Secundo, quando Auditor conſulit DD. Coauditores per ſtrictam diſputationẽ dubij, quàm elegantiſſime deſcripſit Lotter. *d. appar. beneſ. n.* 167.

97 Tertio quando conſulit DD. non per deſtrictam diſputationem, ſed per memoriale datum hinc inde per partes informantes, & hoc caſu non tenetur D. Auditor Ponens, ſeu relator exten-
98 dere deciſionem, ſecus autem ſi ſtricte fuit diſputatum dubium, quo caſu tenetur extendere deciſionem, illamque partibus petentibus communicare, vt bene diſtinguitur in D. Gerunden. *& alijs ſuprad. num.* 44. *& ſeqq. & 74. & 75.*

99 Poſſet autem Auditor, etiam vbi cõſulit DD. Coauditores per memoralia, partibus informantibus, iuxta reſolutionem rotalem, deciſionem ædere, ſed non tenetur, niſi iubeant DD.
100 Coauditores, vt iubere *in cauſa Cordubeñ. pecuniaria, propoſita in congregatione rotali in relatione cauſarum 31. Iulij 1624. coram Patriarcha Hieroſ. Manzanedo, impr. in par. 4. recent. deciſ. 569. tom. 3. fol. 121.*

Aliud exemplum deciſionis rotalis
011 per D. Ponentem extenſæ, licet reſolutio non emanauerit ex diſputatione dubij, ſed ex reſolutione cauſarũ per memoriale partibus informantibus fuit cauſa *Peruſin. ſocietatis. 31. Iulij 1624. coram Vbaldo*, quæ *eſt deciſio 21. apud Poſt. de manut.* vbi poſt reſolutionem factam, conſtat de cauſis reſtitutionis in integrum, aduerſus rem iudicatam, ex ſententia rotali, fuit in Congregatione rotali, (quę ſolet fieri poſt indictas ferias) conceſſum mandatum de manutenendo, quod ſolet etiam pendentibus ferijs per Rotam relaxari, vbi contingit, clari iuris eſſe, illius conceſſionem, Burat. *in cauſa Veneta donationis. 14. Aprilis 1617 inter eius impr. deciſ. 238. num. 3.* vbi quod relaxatur per viam memorialis in relationibus cauſarum, & quod in dictis Ferijs, mandata de manut. relaxentur per Rotam. Mellin. *in repert. in verbo feriæ. fol. 159. à tit. Rota apud Poſt de manut deciſ. 616. & 8. num. 102.* Amat. *deciſ. 26. num. 1. & 10.*

103 Alterum exemplum huiuſmodi in cauſa *Romana. 15. Iunij 1613. coram Sacrato, in praſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 771.* licet re vera, ea non ſit deciſio rotalis; cum in ea aliud non includatur, niſi, quod DD. noluerunt reſoluere per memoriale articulum propoſitum, an poſſit opponi de compenſatione per debitorẽ, qui faſſus fuit debitum iudicialiter, & obtinerat modicam delationẽ de iure
104 ſibi competentem, ex latè deductis, *per Rotam in Romana vinea, Saluiani interdicti de Ruſconibus, 18. Februarij 1612. coram Sacro*, impreſ. apud Cenc. *de cenſibus. deciſ. 268.* & ideo ordinarunt

rũt DD. vt diſputaretur articulus per viam dubij, prout factum ſub die 15. Nouembris eodem anno coram eodem Sacrato, & eſt deciſio, quam refert. Beltramin. ad Greg. *deciſ.* 342. *num.* 7. qui licet dicat, Rotam variaſ-
105 ſe in huiuſmodi reſolutione, re vera variatio nulla eſt, & idem tenuit *Rota in recent. deciſ.* 773. *num.* 5. *par.* 2. duplicata apud Burat. *deciſ.* 144. *numer.* 6.

Quartum exemplum eſt *in Romana tranſact.* 22. *Decembris*. 1604. *coram* Cocc. *deciſ.* 217. *& deciſ.* 300.

106 Plura alia adduci poſſent, ſed iſta ſunt ſatis, concludo igitur regulariter, reſolutiones rotales emanatas per ſtrictam diſputationem dubij non ſufficere de per ſe, vt D. Auditor Ponens, ſeu relator poſſit procedere ad ſententiæ diffinitiuæ prolationem ad formam eiuſdem deciſionis, quia non concludunt conſenſum totius Tribunalis, aut ſaltem maioris partis, prout neceſſe eſt, tam ex natura Collegij, vt ſupra diximus, quam ex conſtitutionibus Summorum Pontificum.

107 Quoniam exceptis cauſis admodum grauibus, aut illis, quæ pluries propoſitæ, reſolutæ non fuerint, vel dum Papa mandauit, quod omnes DD. videant, quatuor ſunt Auditores, qui ſolent ſuffragium præbere, qui nuncupantur correſponſales, & ex his tribus concordibus reſolutio dicitur facta, quoniam D. Auditor Ponens, ſeu relator, votum non habet, niſi in acceſſu, dum paria eſſent ſuffragia. Veral. *deciſ.* 110. *par.* 2. *num.* 2. Gomez. *ad reg. de trien. quaeſt.* 10. *verſ. non obſtat*, Lotter. *de re beneſ. in appar. num.* 178.

109 D. Rubeus *par.* 2. *tit. de Rot. audit.* §. 9. *fol.* 13. & ideo ſtylus eſt Rotæ, emanata deciſione, & partibus communicata, vt ille qui vrget pro ſententia fauorabili expedienda ad formam deciſionis, intimet parti pro certa die, & audentia rotali, qualiter D. Auditor Ponens, faciet verbum ſuper expeditione d. ſententiæ ſeu cauſæ, qua die, eius onus eſt, ſingulis DD. Auditoribus copiam deciſionis tranſmittere, prius per alteram partem habitam, vt conſulat ſibi, an obſtare velit d. expeditioni detegendo, ſi qua ſint equiuoca in facto, vel in iure, illis enim quoquomodo detectis, nõ indignantur DD. petitam nouam audientiam indulgere, & rurſus eundem punctum diſputando, diſcutere, an ſit
110 recedendum à deciſis, quod ſi calumniam ſapiat hæc petitio, mandant expediri, & tunc verificatur, quod dicitur poſtea in ſententia per D. Auditorem Ponentem, de voto DD. Coauditorum, licet enim ſolummodo tres in reſolutione propoſiti dubij conueniunt, dum tamen emanauit deciſio, omnes mandant, & concurrunt, aut ſaltem maior pars, quæ ſufficit.

Lib. 1. Cap. 2. de Sacro Rotæ R. Auditorio.

SVMMARIVM.

1 *Primis temporibus, Auditores Rotæ Summo Pontifici referebant tantummodo.*
2 *Summus Pontifex ſecundum Relationem Auditorum Rotæ reſpondebat.*
3 *Decretales epiſtolæ emanauerunt, ad relationem Auditorum Rotæ.*
4 *Poſtmodum autem, Auditores Rotæ praeuia relatione S. Pontifici, decidebant.*
5 *Relaxata fuit neceſſitas referendi Summo Pontifici.*
6 *Æquinocum Catalamai, in indagando tempore erectionis Rotæ, & n.* 8. *&* 10.
7 *Priuilegium Alexandri* 5. *Rotæ Auditoribus conceſſum.*
9 *Speciale eſt in Auditoribus Rotæ procedendi ad collationem Beneficiorum, abſque alia commiſſione.*
11 *Papa Io.* 22. *primus conſtitutiones rotales edidit, vide num.* 15.
12 *Signa Collegij, &* 14.
13 *Collegia etiam ſine iuriſditione condunt ſtatuta.*

16 Car-

16 *Cardinalis Vicecancellarius director Rota.*

17 *Auditorium Rotę ex reformationibus tribunalium auxit iuriſditionem.*

18 *Electi Auditores Rota, ſtatim deſerunt curiam Cardinalium in quorum familiaritate reperiebantur.*

19 *Auditores Rota nihil poſſunt, tanquam ſinguli ex natura Collegij, circumſcriptis etiã conſtitutionibus Põtificijs, & 23.*

20 *Variatio rotalis primi, & ſecundi gradus, qua fuerit, quamdiu durauerit, & 22.*

21 *Speculator quo tempore floruit.*

24 *Auditor quando abſque commiſſione ſpeciali procederet.*

25 *Hodie abſque commiſſione, Auditores Rota non procedunt.*

26 *Commiſſio, licet directa vni ex Auditoribus Rotę, dat iuriſditionẽ ſingulis Auditoribus collegialiter, vide infra, nu. 57. 58. 61. & 62.*

27 *Omnes Auditores habent inſtructionem Cauſarum, ita ut, quod vnus incepit, alter proſequatur, vide infra num. 64.*

28 *Per promotionem, ſeu per obitum Auditoris, non expirat iuriſdittio, quoad alios Auditores.*

1 IVRISDITIO Auditorum Rotæ
non ſemper vna eadẽque fuit, pri-
mis enim temporibus ſolummodo
Summo Põtifici referebant, vt teſta-
tur Speculator, *tit. de Iud. delegat. §. iam*
nunc dicendum, verſ. non obſtat ſi obicis,
num. 9 Gomez. *in proem. ad reg. cancell.*
tit. de Rot. immutat. verſ. erat enim, in
2 *cap.* 1. *de reſcript. nu.* 41. *in fin.* Summus
autem Pontifex ſecundum ipſorum re-
lationem reſpondebat, vnde emana-
3 uere decretales epiſtolæ, pars magna
iuris Canonici, Veſtr *in praxi lib.* 2.
cap. 17. *num.* 2. Lotter. *d. appar. num.* 89.
Mart. *de Trib. Vrbis cap.* 3. *num.* 2. D.
Paul Rubeus *in præfactione ad partem* 7.
recen. n.
4 Poſtmodum autẽ conceſſa fuit eiſdẽ
Auditoribus diffiniendi facultas, prę-
uia tamen relatione Summo Pontifici
facienda ad effectum decidendi, & iu-
dicandi iuxta mentem eius, & volun-
tatem. Specul. *tit. de citat. Audit. Papę*
in primo, & de audit. num. 2. *& in tit. de*
ſententia, ſeu forma ſententiarum. §. vt
autem, num. 22. *verſ cæterum ſi Auditor*
Palatij, & verſ. poſtea ſubiungat, vbi
apparet expreſſe de hoc in formula
ſententiæ fieri mentionem, Gomez. *de*
Rota immut. d. verſ. poſtea vero.
5 Relaxata pariter hæc neceſſitas refe-
rendi fuit, vt patet *ex Clement. Auditor.*
de reſcrips. quæ emanauit in Concilio
Viennen. *tẽpore Clementis* 5. *anno* 1305.
6 Vnde patet equiuocum D. Io. Bapti-
ſtæ Comitis Cantalamai, dum in præ-
factione ſintaxis Rotæ Auditorum ad-
ſcribit Io. 22. anno 1326. erectionem
huius tribunalis, freti literis eiuſdem
Pontificis impreſſis, apud Geminian.
in conſ. 113. & in alijs in Bullario fol.
166. quarum neutræ hoc concludunt;
literæ nanq. impreſſæ apud Geminian.
7 continent priuilegiũ Auditoribus Ro-
tæ conceſſum, *per Alexandrum* 5. *ante-*
ceſſorem Io. 22. quod dedit cauſam con-
ſulendi, non ſolum Geminiano *d. conſ.*
113. quem ſequitur Creſcent. *deciſ* 10.
de priuil. num. 9. ſed etiam *Romano*, licet
in diuerſis terminis, vt liquet *ex eius*
conſ. 436. Cum autem Alex. 5. vitam cũ
morte commutauerit, antequam expe-
ditę fuerint literę præfati priuilegij, ex-
peditę fuerunt poſtmodũ per eius ſuc-
ceſſorem in forma. Rationi cõgruit, ſub
data conceſſionis iuxta ſtylum, & reg.
8 cancell. & ideo dd literæ, tantũ abeſt,
vt concludant erectionem Tribunalis
Rotę, fuiſſe factam per Io. 22. vt retor-
queantur, dum ante aſſumptionẽ ipſius
ad Pontificatus apicem, fuerit etiam
Auditorium Rotale per anteceſſores
9 Pontifices priuilegijs decoratum, prout
eſt illud procedẽdi ad collationem be-
neficiorum abſque alia commiſſione,
iuxta *d. Clem. Auditor. de reſcript.* quòd
eſſe ſingulare, latè *per Card. Zabar. in*
d. Clem. Auditor. q. 14. quem refert, &
ſequitur Decius *in cap. ſuper eo. num.* 48.
de off. deleg. Mandol. *ſuper reg.* 8. *ratio-*
ni congruit. num. 7. vbi de communi.
Mantic. *deciſ.* 231. *num.* 3. reſpondit *Ro-*
ta in Mediolanen. Paroch. 26. *Martij* 1588;

coram Card. Platto, & in Aretina Cappellania.4. Iunij 1603.*coram Attebraten.* vt teſtatur Lotter. *de benef. lib.* 2. *q.* 13. *num.*72. *fol.*416. & nonullas alias Riccius *in collect.* 1598.

10 Secundæ autem literæ per D. Comitem Cantalamarium adductæ à P apa Io.22. anno 1326. emanatæ in ordine Bullarij 14. continent vere ordinationes, & ſtatuta, quoad Rotæ Auditorium, & eius Notarios, per quæ, *vt inquit* Gomez. *in proem. regul. cancell. tit. de Epiſ. dignitate dimin. verſ. inter hac tamen, &c.* ornatum fuit Tribunal ſaluberrimis conſtitutionibus, quæ quotannis, initio audientiarum publicè leguntur, ſed non concludunt erectionem fuiſſe factam per d. Pontificem, quia iam per plura ſecula floruerat, dederatque Vrbi, & Orbi ex ſuis doctiſſimis reſponſis (emanatis decretalibus epiſtolis) exemplum, ius ſuum vnicuique tribuendi. *cap. in Cauſis de ſent. & re iud.* Veſtrius *in praxi. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. *cum alijs mox adductis, num.* 3.

11 Et licet, ſummus ille Pontifex primus omnium ordinationum rotalium, legem tulerit, vnde antea, deficientibus ſtatutis, Collegium appellari non potuiſſe videatur, ex Mant. *deciſ.* 175. *nu.* 1. *verſ. item quia, &c. & deciſ.* 215. *nu.* 1. in quibus allegatur *conſ.* Rom. 436. *n.* 6.
12 *& ſeq.* tamen hoc non obſtat, eſto enim inter varia ſigna, ex quibus concluditur Collegium eſſe ſtatuta, cum etiam Collegia iuriſditione carẽtia, ſtatuere poſ-
13 ſint ſuper rebus, & negocijs eius adminiſtrationis, *l. ſodales, de colleg.* Soccin. *in cap. cum dilecta.* 14. *num.* 78. *de exceſſ. pral. & ſub. num.* 20. Bald. *in l. per iniquum fin. C. de iur. omn. Iud. in prin.* latiſſime per Mandoſ. *conſ.* 99. *nu.* 5. Verum, neceſſe cum non ſit, omnia ſigna concurrere, Mant. *deciſ.* 215. *ſub. nu.* 5. *verſ. neque etiam, cum alys per adden.* ad Burat. *deciſ.* 455. *ſub. nu.* 5. tanto minus eſt de eſſentia Collegij, vt etiam, ſtatuta ipſius ex lege ſcripta prouenerint, *ad l. de quibus ff. de legibus,* cum ſaltem aliquæ ordinationes, & ſtatuta, quod erectionem, & manutentionem tribunalis viuæ vocis oraculo Summi Pontificis, introducta etiam eſſe potuerint, quæ ad regimen tantorum Patrum ſufficientia vila fuerint, iuxta illud Taciti *lib.* 1. *Hiſtor. vigilias, ſtationes, & ſi qua alia vſus indixerat, ipſi partibantus, tanta equalitate, & conſtantia, vt Regi crederes, &c.* & conſilium Romani, qui loquitur de Auditoribus Rotæ retorquetur, quia licet, tunc temporis d. Io. 22. longe antea emanauerit, nihilominus Romanus nullum verbum facit ad concludendũ Collegium de dd. ſtatutis, ſeu ordina-
15 tionibus; verum licet, vt teſtatur. Gomez. *d. proem. reg. cancell. de Epiſc. dignitate diminut. verſ. inter hac tamen, &c.* dd. conſtitutiones Rotales admodum ſalutares fuerint, nihilominus potius videntur promulgatę, quia ſummus ille Pontifex, tanquam gloriæ, & immortalitatis cupidus, vt fuiſſe teſtatur. Petrarcha *lib.* 2. *rerum memorabiliũ tract.* 3. *cap.* 53. ad recolendam ſui memoriam, illas prodire voluerit.

Nenque enim diſtrictio Apoſtolica neceſſaria videbatur, erga illum ordi-
16 nem, qui nutus etiam Cardinalis Vicecancellarij, tanquam directoris Tribunalis coluerit, vt liquet ex *deciſ.* 1. 2. *&* 3. *de conſtitut. in antiq.* inducias indictas Auditoribus per d. conſtitutionem ab aula Cardinalium tempore publici muneris, plumbo firmari, opus non videbatur in eum Anditoriũ ſemper ſibi ita ſimile, etiam reformationes
17 Summorum Pontificum Tribunalium Vrbis, non ad coercendam, ſed ad extendendam Iuriſditionem ipſius emanauerint, vt liquet ex conſtitut. *Martini* 5. *anno* 1418. *&* 1422. quę ſunt 3. *&* 5. *in ordine Bullari, Sixti* 4. *anno* 1472. in Bullario 2. *Innocentij* 8. *anno* 1487. quæ eſt 13. *Pauli* 3. *anno* 1535. quę eſt 12. *Pij* 4. *anno* 1561. quæ eſt 44. *Pauli* 5 *anno* 1611. quæ eſt 71. alias 44. tit. de Auditorio Rotæ.

18 Tanta enim eſt obſeruantia, ſingulorum Auditorum, & zelus rectè exercendi, demandatam prouiciam creuit in dies, vt experti ſimus annis præteri-

tis

tis Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimũ Cerrum Auditorem generalem Emin. Cardinali Barberini nepotis Vrbani 8. tunc regnantis, vbi primum in hunc ampliſſimum Ordinem coaptatus fuit, vt prorſus illi vacare poſſet, Nuntium d. Aulæ dominanti remiſiſſe, & id ipsũ poſtea feciſſe Illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos DD. Celium Bichium, & Celſum, vbi primum ad tanti Magiſtratus faſtigium euecti fuere. Vt Auditor abſque Coauditorum, ſeu Collegarum ſuffragio, cauſas expedire non valeat, ex natura collegij, prouenit, quoniam nihil valent tanquam ſinguli, ſed decernant opus eſt tanquam vniuerſi, *ad l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſione*. Oldrad. *conſ. 65. num. 7. & conſ. 66. num. 1.* Roman. *conſ. 436. num. 7. verſ. item proprium locum*. Aym. *conſ. 63. num. 1.* Gratian. *diſcept. 933. num. 1. cum ſeq.* Achil. *deciſ. 10. num. 2. de prab. addenſ. ad* Greg. *deciſ. 482. Rota in recen deciſ. 148. num. 16. par. 7.* optime Lotter. *de re beneſ. quaſt. 14. nu. 61.* & ideo licet d. conſtitutio idipſum præcipiat, id non d. conſtitutioni, ſed rei naturæ acceptum referendnm videtur, argumento I. C. *in l. 16. de furtis*, tanto magis, quia *Pius 4. conſtit. 44. & Pauli 5. conſtit. 71. alias 44. tit. de Rota Audit.* idem conſtituerunt, cum enim tanto minus eorum conſtitutionibus opus fuerit, annuere videntur, monumentum recolendæ eorum memoriæ hinc quæſiuiſſe.

20 Alteram variationem tribunalis traditam per Gomez. *d. proem. de Rotę immut.* reſpectu Auditorum primi, & ſecundi gradus deductam ex dubio *Faſtoli 42 & ex ſubſcriptione conſilij Oldradi 266. quam refert* Gomez. *ex conſ. 304 in prin. eiuſdem Old.* quod Auditores primi gradus, cauſas cognoſcerent in 1. inſtantia, & ſecundi in gradu, appellationum, diù non valuiſſe, conſtat, ex paucis admodũ monumentis ipſius, quæ cum ſint reſtricta *ad annum 1337.* circiter, quo emanauit d. dubium Faſtoli, & floruit Odra. concludi poſſe videtur, eodem fere tempore ortũ, & occaſum paſſam fuiſſe, adhibita huiuſmodi ratiocinatione.

Tempore conſtitutionis Io. 22. & antea excluditur huiuſmodi gradus differentia, quia *Speculator*, qui vt ipſe teſtatur *in tit. de libel. concep. in §. iam nunc videndum. num. 5.* Floruit in hoc Auditorio tempore *Clementis 4. Gregorij 10.* aliquam mentionem feciſſet, ſi eo tempore viguiſſet, Priuilegium. Alexand. 5, relaxatum apud Gemin. *conſ. 113.* & confirmatum per Martinum, & Eugenium, vt teſtatur Roman. *d. conſ. 436. prope ſinem. verſ. de priuilegio alias conceſſo, &c.* pariter aliquam mentionem feciſſet, *& litera Io. 22.* ſilentio illam præterire non potuiſſent, dum nõ ſolum qno ad Rotæ Auditorium, ſed etiã quo ad Notarios, & eorũ officiũ, iuramenta, & omnia alia etiam minima, generalem continent conſtitutionem, quinimmo contrarium annuũ illa verba eiuſdem conſtitutionis in §. 13. Auditor nullus ipſorum Cauſas recipiat audiendas, ſi committatur eidem, in qua conſilium dederit, ſed ad Cancellariam ipſam incontinenti remittere teneantur, &c. ſi enim tunc viguiſſet huiuſmodi Ordinis diuerſitas, fruſtra fuiſſet mandatum huiuſmodi, cum igitur nullum verbum de hac gradus differentia fecerint præfati omnes, probatum remanet primum extremũ, quod ſcilicet vſque ad annum 1316. quo emanauit d. conſtitutio Ioannis vigeſimi ſecundi, non reperiebatur inter Auditores huiuſmodi differentia.

22 Secundum extremum, quod ſcilicet poſt annum 1337. diù non valuerit cõprobatur, quia deciſiones Biſignetti, quæ ſunt antiquiores reperibiles, exceptis illis, quæ continentur in dubijs Faſtoli antiquę, nec nouę, compilatę per Gugliel. Norbont, annuunt huiuſmodi gradus differentiam, neque d. Gugliel. dum nominatim, poſuit ſingulos Auditores, qui non excedebant numerum 10. quicquid meminit de hac diuerſitate, vnde ſi eo tempore non vigebat, conſequens eſt, huiuſmodi ſecundo extremo coarctatam d. gradus

differentiam breuem fuiſſe, & in vnicum ordinem ceſſiſſe, qui licet ex numero duodenario conſtet, vnicum ta-
23 men cenſetur Tribunal indiuiſibile, vt bene liquet, *ex deciſ.60. & deciſ.61. de appell. in nouis.* Puteus. *deciſ.339. in fin. lib.3. Rota in legionem Canon.25. Octobris 1554. coram Clemente* 8. *tunc Rota Auditore, impreſſ. apud* Marchel. *de cõm.p.1 fol.*366. Seraph *deciſ.*318. *num.*2. *Rota in Nouarien. bonorum deciſ.*199. *num.*6. *par.*5. *rec.* duplicata *apud* Poſt. *de manut. deciſ.*241. *la prima*, Burat. *deciſ.*818. *num.*1. *& ibi adden.* Card. Caual. *deciſ.* 33. *num.*5. Geor. *deciſ.*369. *num.* 2. *& ibi add. Rota in recens. deciſ.*91. *num.*37. *& deciſ.*85. *nu.*9. *par.*6. adeo quod Auditores nihil valeant tanquam ſinguli, ſed vt decernant opus tanquã vniuerſi, ſic cogente natura Collegij, vt eſt Rotæ Auditorium, Roman. *conſ.*456. *num.* 7. *verſ. item proprium locum*, cum alijs ſupradd. n.

Et licet, vt monuit Speculator *in tit. Iud. deleg. §. iamnum dicendum. nu.*9. *verſ. item non obſtat ſi obiicis, &c.* quod ratificat *in tit. de ſent. §. de formula ſent.* incipit, *vt autem. ſub. num.*22. *verſ. hoc quod quando Auditor tanquam generalis Auditor, &c.* & *in tit. de libell. concep. §. iamnunc videnr. num.*5. *verſ. ſi quid fuerit tempore Clem.* 4. *Greg.*10. Gambr. *qui alios de off. leg. lib.*9. *num.*74.

24 Auditor Rotæ ſine commiſſione ſpeciali à parte aditus per viam ſimplicis querelæ, cauſas appellationum vſque ad duas dietas, exceptis prælaturis, & maioribus dignitatibus cognoſceret, quanquam, non ferat ſententiam, niſi facto verbo cum Sanctiſſimo, nihilominus quia poſtmodum Romani Pontifi-
25 cis hoc duxerunt immutandum, vt teſtatur idem Specul. tactum eſt inde, vnicum eſſe modum introducẽdi cauſas in Rotam per viam commiſionis,
26 ſeu delegationis, quæ licet non dirigatur, niſi vni ex Auditoribus. *Rota deciſ.* 60. *& 61. de appell. in nou.* Loter. *de re beneſ. lib.* 2. *quaſt.* 54. *num.* 114. *verſ. & ideo.*

Hoc tamen fieri dicitur, ratione diſtributionis cauſarum pro commodiori expeditione, at Iuriſditio totius eſt Tribunalis, vt bene obſeruant Socc. Senior. *in cap. Sacris de ſenten. excomm. num.*200. *mihi fol.*220. *a tergo. par.*2. *lib.* 5. reſpondit Gemin. *in conſ.*95. *praſuppenitur ante. num.*1. *verſ. quia illa impetratio, qua fit in curia, &c.* Gambar. *de off. legat. lib.*9. *num.*67. *&* 68. *fol.* 282. Gratian. *diſcep.* 573. *numer.*45. *&* 46. Poſt. *obſeru.* 102. *num.*31. *de manut. Rota deciſ.*60. *& 61. de appell. in non. cum alijs ſupra adductis n.*

27 Et ideo omnes Auditores habent, nihilominus inſtructionem cauſarum, licet commiſſio vni ſoli videatur directa. Accoramb. *deciſ.* 4. Greg. *deciſ.* 176. bene obſeruat D. Theodor. *in ſuis ſing. par.*2. *tit de Auditorio Rota. §.*5. *fol.* 13. Itaut, quod vnus Auditor incepit, alter proſequi poſſit, vt præter mox adducta fuit reſolutũ in Burgen. *fructuũ.* 28. *Maij.* 1590. *coram praclara memoria Cardinali Hieronymo Pamphilio apud* Poſt. *de manut. deciſ.*50. *num.*2. *& in Romana Dotis, ſeu Saluiani coram Quippo apud eund.* Poſt. *deciſ.*282.

28 Vnde per promotionem ad Cardinalatum, ſiue per obitum Auditoris, cui præſentata fuit commiſſio, ſeu delegatio, non expirat iuriſditio, quia remanet penes Auditorium, *Rot. deciſ.*9. *de reſcript. in antiq. & in Burg. S. Sepulchri bonorum.* 28. *Maij.* 1597. *coram Orano*, impreſſ. *in* 4. *par. deciſ.*16. Veral. *deciſ.* 172. *num.*3. *cap.*4. *par.*1. Put. *deciſ.*339. *num.* 2. *lib.*3. Lotter. *de re beneſ. lib.*2. *quaſt.*54. *num.*114. *verſ. vt ideo.*

SVMMARIVM.

29 *AVDITORES Rota ſunt in procedendo ordinarij, & in ſententiando delegati contra. num.*30. *dic, vt num.*33.

31 *Auditores Rota ſine commiſſione ſpeciali, an abſoluant ad cautelam ab excommunicatione, & num.*44.43. *&* 44.

32 *Iuriſditio ordinaria, & delegata, an ſimul ſtare poſſint.*

34 *Auditores Rota an habeant territorium*

rium, vide num. 32. in fine.
35 *Auditores Rotę antiquitus, omnia ſub nomine S. Pontificis decernebant.*
36 *Quando hoc immutatum fuerit, & quomodo.*
37 *Rotæ Auditores quando abſque ſpeciali commiſſione ſententias, & rem indicatam exequerentur, & 43. & 44.*
38 *De natura delegationis eſt, vt delegatus exequatur, vide num. 30. in fine, & num. 49.*
39 *Commiſſa cauſa, cenſetur attributa facultas, vt delegatio finem executionis ſortiri poſſit.*
40 *Auditores Rotæ ad obſequium Romani Pontificis, abſtinebant ſe, ab executione rei indicatę, abſque ſpeciali commiſſione, vide ſupra num. 36.*
41 *Auditores Rotę, cur non permitterēt, ſuam prorogari iuriſdictionē à partibus, neque ſubdelegarent.*
43 *Pius 4. iuſſit Rotæ Auditores vnica commiſſione omnia abſoluere.*
45 *Auditores Rotę iuriſdictionem ſibi reſtringebant ad obſequium S. Pontificis.*
46 *Auditores Rotę etiam ante conſtit. Pij 4. potuiſſe exequi ſuas ſententias abſque alia commiſſione, & num. 51.*
47 *Auditores Rotę, poſſunt conferre Beneficia in executionem rei indicatę.*
48 *Delegat. non procedunt ad collationem Beneficiorum.*
50 *Auditor Camerę, & Auditor contradictarum ſunt ordinarÿ, nec tamen procedunt ad collationem Beneficiorum abſque ſpeciali commiſſione.*
52 *Quod venit ex identitate rationis, ſeu maioritatis, non dicitur extenſio, ſed comprenſio.*
53 *Deciſio 61. de appel. in nou. declaratur, vide ſupra num. 32. & 36.*
54 *Reſcripto, an, & quando poſſit, inuito impetrante, altera pars vti, & 59.*
55 *Impetratio reſcripti, requirit ſpeciale mandatum.*
56 *Quando ſatis conſtare dicatur de ſpeciali mandato obtinentis reſcriptum.*
57 *An, & quando, parte non citata ad dicendum contra, poſſit, altera pars vti reſcripto, parte impetrante inuita, nu. 59. & 60.*
58 *Particula deciſionis Hiſpalen. pręeminentiarum.*
61 *Lis quando actorem, dicitur incepta per ſolum decretum citationis.*
62 *Deciſio Caputaquen. in manuſcriptis.*
64 *Auditor Auditori inhibet, & quomodo, & 70.*
65 *Auditori reuocat attentata alterius Coauditoris, 71.*
66 *Cauſa appellationis non poteſt committi eidem, qui pronunciauit.*
67 *Valet commiſſio appellationis eidem, qui pronunciauit, dum Papa ſciuit, illum pronunciaſſe.*
68 *Auditor Rotæ in appellationibus rotalibus, cognoſcit, vt nouus homo.*
69 *Cauſa ſemel rotalis, ſemper rotalis.*
72 *Preſentia Papę, an faciat Iudices Romanę Curiæ non cenſeri ordinarios, & preſertim Rotę Auditores, vide ſupra num. 30.*
73 *Redarguuntur Iudices, qui in praſētia Papę, etiam pretextu æquitatis, recedunt à Iuris regula.*
74 *Ad Principem ſpectat iudicare caſus æquitatis.*
75 *Rota in caſu æquitatis remittit partes ad Signaturam Sanctiſſimi.*

29 ET hinc eſt, quod dicitur Rotę Auditores in procedendo eſſe Iudices ordinarios, & in ſententiondo delegatos, vt tenuit Bald. *in l. quoties 3. ſub n. 4. verſ. reſpondeo, quod ipſe Magiſter, &c.* Alexander *in l. more. n. 18. de iuriſ. omn. Iud.* Felin. & Butr. *in rub. de off. deleg. ſub num. 4. verſ. quæro,* Soccin. Senior. *in cap. Sacris de ſent. excom. num. 200.* Specul. *tit. de off. ordin. §. 1. num. 3.* Vant. *de nullit. & coram quo num. 15. et ſeq. Rota deciſ. 60. et 61. de appell. in nou.* Veſtr. *in prax. lib. 2. cap. 17. num. 2.* Veral. *deciſ. 90. num. 2. & deciſ. 276. par. 1. & par. 2. deciſ. 388. & par. 3. deciſ. 72.* Scacc. *de Iud. lib. 1. cap. 26. num. 3. & de appell. lib. 3. queſt. 7. art. 2. num. 120. Rota. in Zamoren. benef. d. Morales. 4. Iunÿ. 1593. coram Orano,* de qua teſtatur D. Rubeus *in ſing. par. 2. §. 2. tit. de Rot. Audit. fol. 13.*

*fol.*13. Marcheſ. *de commiſſ. par.3.num.* 94. *fol.*391. Grat. *diſcept.*573. *num.*45. Lotter. *de re benef. lib.* 3. *cap.* 32. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2 *quęſt.* 54. *num.* 114. *verſ. vt ideo*, *Rota in recent. deciſ* 48. *num.* 26. *par.*4. *recent. tom.* 2. *& tom.* 3. *deciſ.* 568. *num.* 54. vbi quod propterea congregatio Eminentiſſimorũ Interpretũ S. Cõcilij Trid. declarauit decretum *d. Concil. cap.* 3. *de reſor. de monit.* ad effectũ reuelandi, non comprærhendere Rotæ Auditores, & per eandem rationem, *cap.*1 *de reſcrip. in* 6. non habere locũ in Rotæ Auditorio. Marian. Socc. Senior. *in cap ſacris. num.* 199. *& nu.* 200. *de ſent. excomm. Rota deciſ.* 2. *de excom. in antiq.* Vant. *de nullit. ex deſec. Iur Iud. deleg. ſub num:* 88.

30 Contrarium, quod Auditores Rotę, non cenſeantur ordinarij. Bellam. *deciſ.* 746. *ſub num.* 3. vbi quod extra cauſas ſibi commiſſas, nullam habent iuriſditionem, & in cauſis eis commiſſis, cenſētur delegati, nec aliquam iuriſditionem ordinariam habent, Hoſtien. *in cap. cum contingat: de foro competen.* quem refert, & ſequitur Ancharan. *in Clem. Audit. num.* 1. *de reſcrip.* & alios refert Felin. *in rub. de off. deleg. ſub num.*4. quoniam eorum iuriſditio, non choæret territorio, nec perſonis, ſed de die in diem ſingulis Auditoribus committuntur cauſę per Papã. Ludou. Gomez. *in compen. vtriuſq. ſignat. col.* 6. ibi, *licet Auditores iuriſditionem ordi-*
„ *nariam in cognoſcendo cenſeantur habe-*
„ *re iuxta notata in Clem. Auditor. de re-*
„ *ſcrip. itaque illos poſſe procedere viacre-*
„ *tur in cauſa, tamen non poſſunt, vt opi-*
„ *nor, ante præſentationem, dupleci ra-*
„ *tione.*
„ *Prima, quia propter præſentiam Papæ,*
„ *illa Iuriſdictio ordinaria eſt quaſi impe-*
„ *dita, propter quam omnes exiſtentes in Cu-*
„ *ria cenſētur delegati iuxta notata per* Ar-
„ chidiac. *in c. experientię. vndecima q.* I.
„ vbi dixit, quod nullus in Curia habet
„ Iuriſdictoinē ordinariam, niſi Papa, ſed
„ iudicatur, aut ex generali delegatione
„ Papæ, aut ex ſpeciali commiſſione, vt
„ dicit *Archidiac.* referendo ſpeculato-
„ rem, ratio eſt, quia iuriſdictio ordina-
„ ria regulariter prouenit ratione Terri-
„ torij, vt notatur *in cap. cum contingat. de*
„ *foro comp.* quod Auditores non habent
„ & licet quædam *deciſio Egidij* 658. in-
„ cipiens compulſio dicit, quod Audito-
„ res habent totam Romanam curiam
„ pro territorio, illud eſt verum ad ef-
„ fectum, vt ſtatuere poſſint ſuas deciſio-
„ nes in Curia, quæ habent vim ſtyli, &
„ legis, quamuis Gloſator regularum in
„ regula de ſubrogandis, negat Audito-
„ res, & quoſcunque alios in præſentia
„ Papæ, ſtatuere poſſe, cum non habeant
„ plenã Iuriſdictionem ordinariam, ſed
„ dicat hoc fieri ſciente, & vidente Papa.
„ Et ideo cēſentur quod hoc habere terri-
„ torium per quandam fictionē non ve-
„ re, patet, quia ſi vere tota Curia eſſet
„ nobis data pro territorio, non habere-
„ mus ſtrictiorem poteſtatem, quam ha-
„ bent alij delegati in curia, vt dicit *Rota*
„ *deciſ.* 306. *incipit, ſic Actor. in nou.* quæ
„ probat hoc exemplo, quia videmus ali-
„ os delegatos abſoluere poſſe ad caute-
31 lam, ſed nos Auditores non poſſumus
„ ſine ſpeciali mandato, vbi dicitur, &
„ propterea non ſine cauſa Bonifacius 8.
„ interlocutus fuit, neminem in curia
„ Romana iuriſd. ordinariam habere, niſi
„ Papa, vt refert Archidiaconus, &c.

Hactenus Gomez. in cuius confirmatione, ſcilicet quod Auditores Rotæ nõ poſſint abſoluere ad cautelam ab excommunicatione, ſine commiſſione ſpeciali, quia habent ſtrictiorem, quam delegati Iuriſdictionem. *Rota deciſ.* 3. *de renun. in nou. verſ. cum quia, &c. & per addin. num.* 5. *& deciſ.* 3. *& deciſ.* 4. *de excommun. in antiq.* Burat. *deciſ.* 88. *num.* 4. Vant. *de nullit. Iud. deleg. num.* 18.

32 Augetur difficultas, quia iuriſdictio ordinaria, & delegata nõ concurrunt, & videntur incompatibilia, vt late oſtendere conatur Anch. *in c.* 1. *num.* 13. *de conſt. in.* 6. *fol.* 13. Butrius *in cap. cum ex officijs.* 16. *de praeſcript. num.* 8. *verſ. non puto, arguit* Marta *de Tribunal. Vrbis. c.* 2. *num.* 27. *&* 28. *plurimis declarat* Riccius *deciſ. Neap.* 205. *per tot. p.* 1.

*tit. p.1.fol.*150. annuere videtur Gamb. *de off. leg. lib.* 9. *num.* 71. dum inquit DD. Auditores in proceſſibus ſuis ſemper vti via ordinaria, & non delegata, ſequitur *Rota in rec. deciſ.* 568.*num.*55. *p.*4.*tom.* 3.

Quinimmo *deciſ.* 61. *de appellat in nou.* quæ eſt magiſtralis ſuper hac materia, & continuo allegata, vbi firmatur commiſſiones, quæ fiunt cauſarum Rotæ Auditoribus, potius eſſe diſtributiones cauſarum, quoniam ipſarum vigore iuriſdictio, quæ habitu competit Auditoribus ad actum, ſeu ad exercitium deducitur, ac proinde iuriſdictione ordinaria in proceſſu delegata in ſententiando procedere, reuocatur per Mœdan. *deciſ.* 4. *de reſcript.* & canonizatur reuocatio *in cauſa Romana de Guicciardinis.*19. *Nouembris.* 1610. *corã* Pirouano *in recen. deciſ.* 317. *num.*3. *par.*2. duplicata apud Marcheſ. *de commiſſ.par.*1. *fol.* 172. vbi allegatur *deciſ.* 178. Caputaquen. *in manu ſcrip. cuius tenor, infra nu.*62. lattiſſime Buratt. *deciſ.*138. *numer.*2. *in deciſ.* 871. *quæ eſt* Barchionem Vicariæ. 6. *Iunij* 1625.

33 Verum prædd. & alijs non obſtantibus, recedendum non eſt à præmiſſis concluſionibus, Auditores Rotæ in procedendo ordinariam, & in ſententiando delegatam iuriſditionem habere, non ſolum quia, ita tenet communis Doctorum calculus, vt teſtantur Gamb. *d. lib.*9.*nu.*67.*de off. legat.* Marta de Trib. *cap.*20. *num.*37. frequentiſſimis rotalibus reſolutionibus mox adductis expreſſe firmatur, verum etiam, quia fundamenta ex aduerſo deducta, reuera non ſubſiſtunt, non enim ſolum Romanam Curiã, ſed vniuerſum Or-
34 bem habent pro territorio Auditores Apoſtolici Palatij, Grat. *conſ.*21.*in fin. lib.*1. Ferret. *conſ.*204.*num.*27. *Rota in rec. deciſ.*48. *nu.*26.*par.*4.*tom.*2. Marta de Trib. Vrbis. *cap.*7.*num.*15. egregie teſtatus fuit S. M. Pius 2. *lib.*11. *comment. fol.*559. cuius verba referuntur, *infra num.*86.

Neque quicquam minuunt eorum iuriſditionem, relata per Gomez. ſuperius, ponderando ſeriem temporum, iuriſditionis huius almi Tribunalis, etenim conceſſa Auditoribus abſque aliqua gradus differentia, vt ſupra diximus facultate definendi, remotaque neceſſitate relationis Summo Pontifici faciẽdæ, vt diximus ſupra nihilominus omnia ſub nomine Pontificis agebantur per Auditores, vt latè. Io. de Imola, *& alij, quos refert, & ſequitur* Gamb. *d. lib.*9. *num.*74. itaut non ſolum litteras pro eſecutione ſententiæ ſub nomine Pontificis in forma Bullæ ſub plumbo expediri opus eſſet, *Rota deciſ.*39. *de ſent. & re iud. in antiq.* Roman. *conſ.*336. *num.*1.*verſ. eo quia ipſius effectus.* Caſſad. *deciſ.*6. *num.* 11. *de cauſ. poſſ. propriet. & clarius in deciſ.*13. *n.*4. *de reſcrip.* liquet ex Caſtren. *conſ.*281. *ſub num.*13.*verſ. ſed cauſa, & conſ.*282. *par.*1. *Rota deciſ.*4.*de appell. in nou. verſ. propter expeditionem executoria*, & in Gerumden. *abſolutionis d. deciſ.* 568. *num.*60.*par.*4.*tom.*3.*rec.*

Sed etiam literæ remiſſoriales pro examinandis teſtibus extra Curiam, Biſig. *deciſ.*111. *de teſtib. Rota deciſ.*28. *de indicijs, & deciſ.*23. *de teſtib. in antiq.* Caſſad. *deciſ.*9. *de appell. num.*10. *in fine*, vbi quod propterea ob appoſitionem manus Papæ, Actor non poterat poſtea abſque noua commiſſione procedere, etiam ſi pars renunciaſſet huiuſmodi litteris per eam obtentis.

36 Anno autem 1487. vigore conſtitutionis Innocentij 8. quæ eſt 13. remiſſa fuit hæc neceſsitas, quoad literas remiſſoriales pro teſtium examine extra curiam faciendo, non tamen quo ad litteras pro executione ſententiæ in iudicatum tranſactæ, illę enim ſub nomine Auditoris, hæ ſub nomine Summi Pontificis expediendę erant, vt liquet combinando *deciſ.* Caſſad. 9. *nu.* 10. *in fin. de appell. & deciſ.* 13. *num.*4. *de reſcrip.*

Vigebat enim regula Cancellariæ 69. executoriales, aliter quam ſub plumbo expeditas non valere, quę fuit deinde immutata. *per reg.*47. quę hodie eſt 48. & exinde mandatũ fuit ſub nomine Iudicis

Iudicis expediri, Rota d. deciſ.568. nu.
60. par.4. tom.3. in recen. Poſtquam au-
tem ſub nomine Auditoris literę pro
37 executione ſententię,& reiudicatæ ex-
pediri iuſſum fuit, non tamen Auditor
eas relaxabat, niſi præuio mandato
Summi Pontificis vigore commſsionis
executoriales nuncupatę, non quidem
ex defectu poteſtatis, ſeu Iuriſditionis,
cum ea ineſſe cenſeretur ex natura de-
38 legationis, cap. quærenti. de offic. delega-
ti, cap. quod conſultationem, de ſent. &
re iud. & ad leg. properandum. C. eod. tit.
Grati. diſcep.40. nu.44. Scacc de ſent.
et re iud. Gloſ.14. quæſt.11. num.8. Lot-
ter. de re beneſ. lib.2. quæſt.13. num.77.

39 Certa eſt enim iuris regula, quod cō-
miſſa, cauſa cenſetur etiam data omnis
facultas, ſine qua expediri non poſſet,
Egid. deciſ 666. Vant. de nullit. tit. qui-
bus modis ſententia nulla deſendatur, n.
66.67. & 68. Rota in nouarien. bonorum.
28. Iunij 1628. coram Cocc. in rec. de-
ciſ.199. num.2. et 3. p.5. Lotter. d. lib.2.
quæſt.13. num.75.

40 Sed ad obſequium, & reuerentiam
ſummi Pontificis, ob facilem aditum
ipſius, propter illius pręſentiam, abſti-
nebant ſi Auditores, non ſolum à d.
executione rei iudicatę, niſi pręcede-
ret commiſsio executorialis. Rota deciſ.
39. de ſent. et re iud. in antiq. Vant. de
nullit. ex defect. iuriſdit. delegati, num.
19. Caſſad. deciſ.3. de dolo, & contum.
in fine verſ. licet Auditores Rotæ, & de-
ciſ.13. de reſcrip. in fin. Papaz. in addit.
ad deciſ.3. de renun. in nou.

41 Neque permittebant ſuam proroga-
ri iuriſditionem vllo modo à partibus,
neque alteri vices ſuas delegabant, vt
teſtatur Bellam. deciſ. 97. incipit, In-
dex prope finem. Vant. de nullit. ex de-
fect. iuriſd. Iudicis delegati, num.18.

42 Sed etiam ab abſolutione ab excom-
municatione ad cautelā, & ad pronū-
ciandū ſuper deſertione appellationis,
à pręfixione termini, ad docendum de
attentatis, & de cauſis reſtitutionis in
integrum, ad docendum de appellatio-
ne, eiuſque legitima proſecutione, ſe
abſtinebant, Rota deciſ.57. de appell. in
antiq. et. deciſ.72. eod. tit. Vant. de nul-
lit. ex defect. iuriſd. Iudicis delegati, nu.
19. Pariſ. de reſignat. lib.7. quæſt.18. per
totam.

43 Donec Pius 4. anno 1561. eius Bulla
ex conſtitutione 44. ad euitandum cir-
cuitum, & expenſas collitigantium,
iuſsit vnica commiſsione omnia abſo-
lui poſſe per Rotę Auditorem, & ex
tunc abſque ſpeciali commiſsione, ab-
ſoluerunt Auditores ad cautelam, pręe-
fixerunt terminum ad docendum de
attentatis, & ad vltimam lineam exe-
cutionis ſententiæ deuenerunt abſque
alia commiſsione ſpeciali, ſolummo-
do vigore ipſius delegationis, vt ele-
gantiſsime illuſtrauit b. m. Coccinus in
Gaunden. abſolutionis 31. Iulij 1624. in
rec. deciſ.568 num.52. cum pluribus fre-
quentibus p.4. tom.3. quod ipſum con-
firmauit Paulus 5. anno 1612. conſtit.
71. alias 44. tit. de Rota Auditorio, dixit
Buratt. deciſ.95. num.7. & deciſ.890.
numer.1. & coram Durano. deciſ.180.
num.9.

His præmiſſis non videntur obſtare
ſupra adducta n. 30. cum pluribus ſe-
quen.

45 Quia apparet ſtrictiorem adhibitam
per Auditores iuriſditionem, quā per
alios delegatos, non autem, quod an-
guſtiorem iuriſditionem haberent,
etiam ante d. conſtitutionem Pij 4. &
Pauli 5.

46 Et quod Auditores, poſſent citra cō-
miſsionem executorialē procedere ad
executionem rei iudicatæ, ante d. con-
ſtitutionem Pij 4. patet expreſſe ex Cle-
47 mentina Auditor, de reſcrip. quæ ema-
nauit anno 1305. cuius vigore conceſ-
ſum fuit Auditoribus Rotæ, vt præce-
derent ad collationem beneficiorum,
abſque alia commiſsione, licet huiuſ-
modi rei iudicatæ, executio, adeo ſit
48 ſpecialis, & inſignis vt non ſolum non
competat alijs delegatis Apoſtolicis
extra curiam. Card. Zabar. in Clem. Au-
ditor. quæſt.14. quem ſequitur Decius in
cap. ſuper eo, num.48. de off. de leg. Man-
dol. ſuper reg.8. nu. 7. vbi de com. Man-
tic. deciſ.231. num.3. cum alijs ſupra
num.9.

nn.9. addnctis, & poſt hac ſcripta in-
ſeſulana Oratorij, 26. Iunij 1648. coram
r. p. d. Bichio. Licet ad alias executio-
nes iudicati, abſque alia commiſſione
procedere valeant, ex latè deductis in
d. Gerunden. abſolutionis coram Coc-
cino, *deciſ. 568. par. 4. rec. tom. 3. nu-*
mer. 59.

50 Sed nec etiam Auditoribus Cameræ,
& contra dictarum, licet in curia ful-
geant ordinaria iuriſditione, iuxta
Gloſ. in d. Clementi. *Auditor, in verbo*
Auditor, & Card. num. 5. & de Auditore
Camera pronunciauit Rota in Gerunden.
benef. 13. Octobris 1600. coram Penia, de
qua Gonzal. *gl. 23. num. 16.* Lotter. *de*
re benef. d. lib. 2. quaſt. 13. numer. 73.
fol. 416.

51 Ergo multo magis, cenſeri debet cō-
ceſſam fuiſſe Auditoribus iuriſditionē
procedendi ad executionem omnium
iudicatorum, quæ communia eſſent
cum delegatis de partibus tāquam mi-
noris notę, per doctrinam Gloſ. *in c.*
capitulum. in verbo relaxetis in fine, de
reſ. ruat. Couar. *in cap. alma mater. p. 1.*
§. 12. num. 8. de ſent. excom verſ. Index
vero. cum alijs adductis in d. Gerunden.
abſolutionis, in rec. deciſ. 568. nu. 41. p. 4.
tom. 3. fol. 120.

52 Neque enim dicitur extentio, ſed cō-
prehenſio, quod prouenit ex identita-
te rationis, vel maioritate. Surd. *conſ.*
553. num. 44. Farinac. *in frag. par. 1. nu.*
52. in verbo extenſio, quando fit facien-
53 *da ex identitate.* Buratt. *deciſ. 253. in*
Romana Domus, 2. Iunij. 1617. n. 6. Rota
in Romana retract. corā Merlin. *23. Ia-*
nuarij 1630. inter recent. deciſ. 339. nn.
16. p. 5. deciſ. 61. n. 70. de appell. in nou.
non reuocatur per Mœd. *deciſ. 4. de*
reſcrip. & per deciſ. 317. num. 3. par. 2.
in rec. quatenus firmat, commiſſiones
rotales fieri in Rota pro diſtributione
cauſarum deducendo iuriſditionem ad
actum, ſeu ad exercitium, quę in ha-
bitu Auditoribus competit, ſed quate-
54 nus hinc inferebatur, poſſe alterā par-
tem, inuito impetrante vti reſcripto,
antequam per citationem ad dicendū
contra cōmiſſionem declarauerit Im-

petrator velle vti, quod omnino eſt
abſurdum, ex late deductis *per Rotam*
deciſ. 17. de dolo, & contum. in nou. Achil.
deciſ. 10. de reſcrip. Beltram. ad Greg.
deciſ. 552. num. 7. Buratt. *deciſ. 817.*
num. 3.

55 Etenim cum de iure impetratio re-
ſcripti requirat ſpeciale mandatum, *ad*
tex. in cap. nulli, in fine, & in cap. ex par-
te Decani de reſcriptis. Vant. *de nullit.*
iuriſd. deleg. num. 87. Gratian. *diſcep.*
573. num. 41. Veſtr. in Paraxi. *lib. 3.*
cap. 11. num. 3.

56 De huiuſmodi ſpeciali mandato con-
ſtare nequit in curia, niſi conſtet vere
de acceptatione impetrantis, quia pra-
xis alium modum Romana Curia non
reperijt ex quo conceduntur etiam
ad inſtantiam aſſerti procuratoris, vt
latè per Vant. *d. n. 87. &* Veſtr. *d. lib. 3.*
cap. 11. num. 3. Lotter. *de re benef. lib. 2.*
quaſt. 20. num. 147.

Et ideo quando aliunde re vera con-
ſtaret de mandato impetrantis huiuſ-
57 modi reſcriptum, & de ipſius vſu, eſto
quod non fuerit pars altera citata ad
dicendum contra, nihilominus dice-
retur effectum commune, itaut pars
altera, inuito impetrante, eo vti poſſet,
Gratian. *d. diſcep. 573. num. 42.* Burat.
deciſ. 871. num. 5. vbi adducitur deci-
ſio Hiſpalen. preeminentiarum *16.*
nouembris. *1618.* coram Vbaldo, quę
cum non ſit impreſſa, incongruum, nō
58 duxi illam hic inſerere. R. P. D. Vbal-
do ſeniore Hiſpalen. pręeminentia-
rum, 16. Nouembris 1618. DD. Bene-
ficiati, etc.

Pars beneficiatorum non fuit citata
ad dicendum contra commiſſionem,
vnde licet curati obtinuerint citatio-
nem cum inhibitione, non tamen vide-
batur firmata iuriſditio, nec commiſ-
ſio effecta communis, cum pars impe-
trans poſsit pęnitere, & illi renuncia-
re. Butr. *in c. ex quaſt. num. 12. de reſti-*
tut. ſpoliator. verſ. in caſu autem, & fuit
reſolutum in Siracuſana Canonicatus.
26. Martij 1604. coram Reuerendiſſimo
Attebraten. & in Romana pecuniaria, de
Guicciardinis 14. nouembris 1610.

D coram

coram R. P. D. meo Pirouano, *& la-*
te in Compoſtellana Beneficij, 2. Decem-
bris 1617. coram R. P. D. meo Buratto,
in quibus aliæ deciſiones Rotæ antiquæ,
& modernæ referuntur,
60 Sed hoc non obſtante contrarium in
caſu iſto DD. cenſuerunt, limitantes
præd. non procedere, quando conſtat
impetrantem vſum fuiſſe commiſſio-
ne, non ſolum obtinendo decretum
citationis cum inhibitione, ſed etiam
vlterius, facienda acta ex quibus taci-
ta, ſiue expreſſa ratificatio commiſſio-
nis arguat, ita tradit Felinus *in cap. non-*
nulli. §. ſunt per alios. num. 13. verſ. limi-
ta hanc fallentiam, de reſcrip. poſt Egid.
deciſ. 582. ſequitur Mœdan. *deciſ. 4. in*
fin. de reſcrip.
61 In hoc autem hæc concurrunt, nam
procurator Archiepiſcopi obtinuit de-
cretum citationis per quod decretum
dicitur incohata lis, quoad Actorẽ, *Ro-*
ta deciſ. 4. vt lite pendente, in antiquis,
& deciſ. 6. eodem tit. Creſcen. *deciſ. 12.*
num. 1. de cauſis poſſeſſ. & propriet. Veral.
deciſ. 169. num. 3. par. 2. cum aliis per
Lancellot. *de attentatis lite pendente, in*
præfact. num. 35. & ſeq. & num 43. in
fi. 1. & fuit dictum *in Toletana ſepultura*
21. Feb. 1614. coram me, & dicitur per-
petuata iuriſditio, quo ad Iudicem,
adeout proceſſus non poſſit dici nullus
ex defectu iuriſditionis, vt tenuit in
terminis *Rota in vna Fauentina hæredi-*
tatis. 2. Iunij 1561. coram Oradino, vt in
copia data; concurrit etiam vſus com-
miſſionis, cum idem procurator inhi-
bitionem, quam eius vigore accepit
preſẽtari curauerit Nuntio Hiſpania-
rũ, & ita vtraque parte informante, &c.
Deciſio autem 178. Caputaquen. ma-
nuſcripta allegata in d. pecuniaria de
Guicciardinis *in recentior. deciſ. 317.*
num. 3. par. 2. ita loquitur, videlicet.
62 Commiſſione obtenta per aſſertum
procuratorem, cui principalis, quam
primum ſciuit, renunciauit, non potuit
vti aduerſarius, adeo quod cõpulſoriales
literæ illius vigore dicũtur nulliter de-
63 cretæ, non obſtante *deciſione 61. de*
appellat. in nou. quia loquitur in appel-
lat. ſecus in prima inſtantia, cum nemo
inuitus ſit cogendus agere in Gerun-
den. *beneficij D. Coſmæ, & Damiani co-*
ram Oradino. 28 Aprilis 1553. hactenus
deciſio.
64 Quod ſi replicaretur forſan aduerſus
deciſ. 61. de appell. in nou. cum concord.
ſupra adductis, num. 26. quod non ſtant
iſta duo ſimul, quod ſinguli Auditores
habeant inſtructionem cauſarum, vt
ſupra, *num. 27.* & quod vnus Auditor
alteri inhibeat, prout inhibetur, *Rota*
deciſ. 25. eſt ſecundum, de dolo, & contum.
in antiq. & deciſ. 31. eod. Mandoſ. *de*
65 *inhibit. quæſt. 4, num. 12.* & reuocantur
tanquã attentata geſta in ſpretũ inhi-
bitionis, ſeu litis pendentis coram al-
tero Coauditore, reſpondendum vide-
tur, quod licet regulariter non ſoleat
66 committi cauſa appellationis eidem
Iudici, qui pronunciauit, vt firmant.
D. D. in l. eos. C. de appll. Veronen. *cant.*
199. difficile, num. 4. fol. 52.
67 Poteſt tantum per Papam committi,
& commiſſio valet, dum Papa ſciuerit
illum pronunciaſſe, vt bene per Bald.
in d. l. eos num. 1. C. de appell. num. 1.
68 Hoc tantum caſu Auditor cognoſcit,
vt nouus homo iuxta *gl. in d. l. eos C de*
appell. quam ſequitur Bald. *ibi ſub*
num. 2.
69 Et ideo licet commiſſa ſemel cauſa in
Rota, ſemper, & quacunque inſtan-
tia ſit rotalis, itaut alteri Rotæ Audito-
ri ſoleat committi in quocunque gra-
du appellationis, vt latiſsime per Men-
doſ. *in formul. 17. commiſſ. appell. in*
verbo alicui alteri. mihi fol. 95. Ruginel.
70 *in tract. de appell. quæſt. 17. art. 2. nu. 10.*
tunc tamen conſiderantur Auditores,
tanquam noui Iudices, ac proinde non
mirum eſt, ſi inhibitio afficit, vt reuo-
71 carentur innouata, tanquam geſta in
vim prioris, in ſpretum appellationis,
& commiſſionis cauſæ, & ita ceſſare
videtur obiectum huiuſmodi.
72 Quoad præſentiam Papæ, quod illa
faciat, vt in Curia nullus cẽſeatur ordi-
nariùs, conſtat ex præmiſsis, referri nõ
poſſe, niſi ad quoddam debitum obſe-
quij erga ſedem Apoſtolicam, ex quo
incon-

incongruum videtur, vt cauſæ graues, inconſulto S. Pontifice eſſe expediendas per quoſcunque Iudices, & hinc vidimus Auditorem Cameræ, Gubernatorem Vrbis, Cardinalem Vicarium Papæ, & Senatorem, licet ordinarij ſint Iudices Romanæ Curiæ, nihilominus Cauſas capitales, & relegationis, & alias huiuſmodi, quæ reputantur graues, non expedire inconſulto Sum. Pontifice, cęterum, cum Papa ſit Princeps, ordinarij ſint Iudices, præſentia Principis eis non imminuit iuriſditionem, itaut non cenſeantur ordinarij, cum re vera ſint, licet, vt dixi, eos obliget ad præfatum obſequium; quod vero dicebatur incopatibilia eſſe iuriſditionem ordinariam, cum delegata, reſpectu eiuſdem Iudicis, inane eſt, quia excepto Butrio, omnes Canoniſtæ cōtrarium tenent, *in c. cum ex officio, 16. de preſcript.* Innocen. *num.* 3 Felin. *n.* 19. Io. Andr. *num.* 5. *verſ. notat etiam*, Bald. *in l.* 1. *C. de furt. nu.* 30. Ripa. *reſponſ.* 2. *num.* 1. *de reſcrip.* Vant. *de nullit. ex defect. iuriſd. ordin. num.* 171. Carol. de Craſſ. *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 756. *fol.* 138. *Rota in Burgen. iuris pręſidendi impreſſa apud* Poſt. *de manut. deciſ.* 667.

73 *num.* 28. & ſic vedentur ceſſare obiecta omnia, notandum tamē videtur, quod ſi Papæ præſentia operatur, vt Iudices ad modum parce exercere debeant iuriſditionem, quam vere habent, vt cōſtat ex præmiſſis, præcipue *num.* 10. tanto magis abſtinere debent, ne quid præter leges moliantur, quodq. iuſtitiam ex pręſcripto tantum iure, non eorum ſenſu facere præſumant, nec arrogent ſibi in facie S. Pontificis, quam non habent iuriſditionem etiam ſub

74 prætextu equitatis non ſcriptæ, quia ad Principem, non ad Iudices ſpectat interpretari caſus æquitatis, vt eſt *tex. apertus in l.* 1. *C. de leg.* Cuiac. *conſul.* 38. *ad finem*, Lotter. *lib.* 1. *num.* 99. & ideo

75 Rotæ Tribunal, licet ſupremum remittit in caſu equitatis, vt deflectere poſſit à iuris rigore ad ſignaturam Sāctiſsimi, vt liquet *ex deciſ.* Card. Seraph. 664. *num.* 5. quam obſeruauit in propoſito Lotter *d. num.* 99. & 100.

Itaque iuris rigore ſeruandus eſt, vbicunque æquitas non eſt ſcripta, *l. proſpexit, & ibi ſcribentes, ff. qui, vel à quibus*, Decian. *conſ.* 36. *num.* 43. *lib.* 1. & adductis pluribus auctoritatibus, ita monuit *Rota in Vrbeuetana reſciſſionis contractus, coram* Mulino, *in par.* 6. *rec. deciſ.* 172. *num.* 59 *fol.* 327.

Et certe cum ſint execrabiles Iudices, qui ad deflectendum a iuris tramite, ſeruiendumq. proprijs affectibus, obliti proprij muneris, legiſlatoris, & Principis vſurpant officium, execrabiliores ſunt, quando in poſſeſſorijs manutentionis, & reintegrationis pręſertim, immiſcent petitorium, reluctante parte, quæ ſuſpendit petitorium, iuxta notata per Poſtiū *de manut. obſer.* 8. *per totam*. Vix enim Princepsqui iudicat, vt Deus, ac proinde poſt habito iuris ordine, Marc. Anton. de Amat. *deciſ.* March. 61. *num.* 27. Honded. *conſ.* 94. *num.* 51. *vol.* 1. *Rota diuer. par.* 1. *deciſ.* 99. *num.* 6. Poteſt omiſſo poſſeſſorio, pronunciare in petitorio, vt bene obſeruat Theſaur. *deciſ. Pedam.* 15. *per totam, Rota apud* Cenc. *de cenſibus. deciſ.* 232. *nu.* 11. *& ſeq. fol.* 518. *iuxta nouiſſ. impreſſ.* vbi quod præſertim in manutentione, & ideo reſcribit plerunque ipſemet S. Pontifex, non ſimplicter, & abſolute cumulato petitorio, ſed cum clauſula arbitrio, quæ licet regulariter à iure, aliquid tamen ab eiuſdem rigore relaxat, itaut liceat ſequi ęquitatem, ac proinde vbi poſſeſſorium eſt turbidū, ſecus tamen ſi clarum eſt, Rota ex huiuſmodi reſcripto admittit cumulationem, *vt in Virdunen. Abbatia.* 20. *Feb.* 1615, *coram* Buratto. *deciſ.* 100. *n.* 1. *& per add. num.* 21. *fol.* 135. *Rota in rec. par.* 4. *deciſ.* 177. *num.* 4. *&* 5.

Præſertim reſpectu ſummariſsimi retinendæ. *Rota diuer. deciſ.* 99. *par.* 1. *n.* 6. *verſ. id tamen, & par.* 2. *rec. deciſ.* 698. *num.* 2 *& ſeq.* Vt enim petitorium abſorbeat poſſeſſorium, requiritur, vt bonum ius reſpectu petitorij ſit indubitatum, ac proinde, quod reſultet, vel ex re iudicata, vel ex confeſsione iudicial

vel ex inſtrumento publico, in reliquis enim probatio, probationem non excludat, diſtinguitur poſſeſſorium à petitorio, itaut prius illud terminandum ſit, *l. ordinarij. C. de rei vind. l. incerti. C. de interd.* Buratt. *d. deciſ.* 100. *num.* 1. *& ſeq.* cum alijs ſupra adductis, et ita diſtinxit *Rota in rec. deciſ.* 374. *num.* 6. *par.* 1. declarando *deciſ.* 555. *n.* 8. Card. Seraph. *duplicata in par.* 2. *diu. deciſ.* 269. *& deciſ.* 436. *nu.* 4. *par.* 3. *rec.* quæ videbantur reſtringere huiuſmodi liquidam probationem (deſideratam, vt petitorium abſorbeat poſſeſſorium) ad ſolam rem iudicatam, & confeſſionem iudicialem, quam reſtrictiuam pariter improbauit *in deciſ.* 435. *num.* 4. *verſ. per publicum inſtrumentum. par.* 2. *rec.* & in alijs de quibus Lotter. *de re benef. queſt.* 34. *lib.* 1. *num.* 30. *fol.* 219. *fuit dictum in Volaterrana Cappellania.* 27. *Iunij* 1650 *coram Illuſtriſſimo D. meo Dunuzzetto Decano poſt hac ſcripta*, quæ infra habetur impreſſa.

Verum non omne publicum inſtrumentum ſatis eſt ad inducendam hanc liquidiſſimam probationem, ſed ita demum, vbi contra illud, quicquidam colorate nō obicitur, iuxta tradita per Soccin. ſen. *in conſ.* 266. *ſub nu.* 4. *verſ. ad minus. lib* 2. Burſatt. *conſ.* 305. *num.* 3. *& conſ.* 349. *num.* 9. bene obſeruant, Lotter. *d. lib.* 1. *queſt.* 34. *num.* 31. & Poſt. *de manut. obſeru.* 42. *num.* 161. *& ita diſtinxit Rota in lucana iuris patron.* 20. *Decemb.* 1628. *&* 7. *Maij* 1629. impreſſæ apud eundem *de manut. deciſ.* 332. *num.* 6. *& deciſ.* 333. *num.* 2.

Pariter, vt res iudicata redarguat de bono iure in petitorio ad effectum, vt poſſeſſorium abſorbeatur, requiritur vt contra rem iudicatam non pendeat imploratum remediū reſtitutionis in integrum, quoniam non aliter quampendente cauſa appellationis in quacunque inſtantia, & in quacunque parte iudicij, impartitur Iudex appellanti petitum mandatum de manutenendo, ex cumulatis per Poſtium *de manut. d. obſer.* 8. *à num.* 35. *cum pluribus ſequen.*

Ita & pendente reſtitutione in integrum aduerſus rem iudicatam manutenetur vnuſquiſque ad ſtatum litis pēdentis, donec de iniuſtitia ſententiæ diſputatur. Gratian. *diſcep.* 796. *num.* 42. Poſt. *d. obſeruat.* 8. *nu.* 94. vbi etiam idipſum pendente nullitate.

Intelligendo tamen mox adducta dū ſumus in cauſa ex ſui natura appellabili ad vtrunque effectum, ſi enim appellatio ſuſpenſiua de iure communi, vel municipali denegatur, tunc pendente, vel appellatione deuolutiua, vel reſtitutione in integrum, non poteſt concedi manutentio ſententia priuato, niſi ex eiſdem actis cōſtaret, iudicem nulliter omnino proceſſiſſe, quo caſu non denegatur manutentio, etiam ex capite notoriȩ iniuſtitiæ reſultantis, ex quo nullo velamine offuſcari poſſit, vt corā Cardinali Caual. *deciſ.* 470. *num.* 4. *& deciſ.* 137. *per totam apud.* Poſt. *de manut. & ita diſtinxit Rota in Volaterrana Beneficij.* 24. *Maij.* 1638. *coram* Corillo *in fine.*

SVMMARIVM.

76 *MALEFACIVNT Iudices, qui ſpernunt nullitates, & attentatorum reuocationem inuita parte. &* 78.

77 *Munus eſt Principis, & non Iudicis ſanare nullitates, & reijcere attentata, &c.*

77 *Differentia inter reſcripta Signaturæ Iuſtitiȩ vel gratia, ibidem.*

79 *Nulla maior iniuſtitia, quam nullitas.*

80 *Iudex, parte non opponente poteſt confirmare ſententiam nullam, dummodo ſit iuſta.*

81 *Secus, vbi pars opponit de nullitate certa.*

82 *Nullitates, quæ ſunt extra naturam cauſȩ, ſed extrinſecè, adiecta, vt plurimæ ſunt Florentiæ, dicuntur odioſȩ, & ſtricte interpretandȩ.*

83 *Reiciuntur nullitates, quæ non ſunt ex tribus, quando, & quibus cauſis.*

84 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis eſt nulla.*

Redar-

85 *Redarguitur Albericus loquens de Auditoribus Rota.*
85 *Cauſę grauiores in Rota committi ſolita.*
86 *Pij 2. hiſtoria, & ſententia Rotę de Auditoribus.*
87 *Vrbis, & Orbis eſſe Iudices Auditores Rotæ, teſtimonio Pij 2.*
88 *Cauſas demandaſſe Summos Pontifices Cardinalatibus, æque ac Rotę Auditoribus.*
90 *Et promiſcue, & inſtuſtim, vel diuiſim. & 91.*
92 *Cauſa commiſſa vni Auditoribus Rotę, tenetur conſulere Auditores, etiam vigore compromiſſo.*
93 *Habet Rota vtramque iuriſditionem.*
95 *Iuriſditionis forma pendet à cōmiſſione, quæ aliquando dat facultatem Rota procedenai cum facultatibus Auditoris Cameræ.*
96 *Facultas tamen huiuſmodi, non dat receſſam a. ſtylo tribunalis rotalis.*
97 *Commiſſa cauſa cum facultatibus A C. in Rota, non tamen poteſt reponere, vt A.C.*
98 *An ſit ſatis, quod Auditor dicat DD. inclinaſſe. 99.*

76 PARITER culpabiles ſunt Iudices, qui negligunt nullitates, & attentatorum reuocationem, renuente parte, putantes Regia Maieſtate, ſe decoratos, itaut pro libidine ipſorum poſſint in his rebus attendere merita negotij principalis, nullitates vero, & attentata reſpicere; ſi enim diſparitatem conditionum eorundem, & Principis noſſent, non vſurparent hæc ſpecialia Principatus munera, iuxta tradita per Vant. *de nullit. tit. quibus modis reparetur nul. num.* 23. & 24. *Rota coram* Burat. *deciſ. Barchinon. Vicaria.* 6. *Iunij* 1652. inter eius impreſ. *deciſ.* 871. *num.* 7. *fol.* 233. vbi de reſcripto emanato per ſignaturam Iuſtitiæ, quæ quamuis reſcribat nomine Papæ, non tamen poteſt reſcribere, niſi prout de iure, & ideo requiritur, ad tollendum obſtaculum nullitatis, Signatura gratiæ, vt bene *per Rotam in rec. par.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 778. *numer.* 11. & *ſeq. fol.* 150.

78 Quapropter Bald. prudenter monebat Iudices, ne fingerent ſibi ſententiã validam, vbi vere nulla ſit, quoniam vltra damna, ad quæ tenetur parti læſæ, tanquam falſarij ſunt obnoxij pœnis, vt latè declarauit in *l.* 1. *num.* 10. *C. ſi à non cōpetente iud.* ſequitur. Vant. *de nullit, quid ſit nullitas, num.* 21. Contard. *in l. vnica. limit.* 7. *num.* 13. & 14. Gonzal. *in reg.* Cancell. *in tit. annot. nullit, & attent. num.* 170 *mihi fol.* 265. *Rota in rec. deciſ.* 474. *num.* 11 *par.* 2.

79 Nulla enim maior iniuſtitia eſt, quam nullitas. Innocen. *in cap. dilecto de appell.* Egid. *deciſ.* 343. Vant. *d. tit. quid ſit nullitas. num.* 19. Contard. *d. limit.* 7. *num.* 19. *cum alijs mox adductis.*

80 Eſt tamen verum, quod parte non opponente Iudex poteſt confirmare ſententiam nullam, dummodo iuxta ſit, ſecus autem parte opponente de nullitate, ſi quidem eo caſu debet procedere ad reuocationē cum condēnatione partis in expenſis, Put *deciſ.* 72. *num.* 2. *lib.* 3. plures cumulat Ricc. *deciſ.* 134. *num.* 1. & *ſeq. par.* 2. *mihi fol.* 123. *Rota diuerſ. deciſ.* 53. *num.* 4. *par.* 4. *fol.* 21. *mihi*, & *in rec. deciſ.* 474. *num.* 11. *par.* 2. & *par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 244. *num.* 3. *fol.* 300. & *deciſ.* 323. *num.* 1. & *tom.* 3. *deciſ.* 578. *num.* 10. & *deciſ.* 599. *num.* 43. & alias paſſim.

81 Dummodo tamen nullitas clara ſit, & euidens, quando enim velari ſaltem, aut offuſcari poteſt, reici debet à bono Iudice, *Rota in rec. deciſ.* 474. *num.* 11. & *ſeq. par.* 2.

82 Præſertim vbi nullitas nullo pacto influit in inuſtitiam, nec quicquam commune habet cum meritis cauſę, vt contingit Florentiæ, vbi ex legibus municipalibus, plurimæ ſunt introductæ nullitates, ob non ſolutionem gabellę ſportularum, & alia huiuſmodi, quæ vere tanquam odioſę ſunt omnino reſtringendæ, itaut capienda ſit omnis poſſibilis interpretatio, ad ſuſtinendam ſententiam, quod ſi nullitas habeat aliquã connexio-

connexionem cum meritis cauſę attẽdenda eſt etiam in foro eccleſiaſtico,
83 quamuis non ſit ex tribus, nõ obſtante conſtitutione Pij 4 Clemẽtis 8. & Pauli 5. iuxta quam paſſim reſpondit Rota, & ſignanter, coram Greg. 15. *decis.* 508. *num. 2. fol.* 572. & coram Buratto. *decis.* 337. *num.* 31. *fol.* 465. dummodo ex ea reſultet defectus ſubſtantialium iudicij, vt diſtinxit *Rota, par. 4. diuers. decis.* 351. *num. 2. duplicata apud* Pacif. de Saluian. *decis. 6. addens* ad Buratt. *d* 337. *num.* 34.

84 Et hinc eſt, quod attenditur nullitas reſultans, ex quo ſententia non iuſtificatur exactis, quamuis iſta nullo pacto ſit ex tribus, vt late per *Rotam* coram Greg. *decis. 1. num. 4. & ibi addens. n. 6. & ſeq. & par. 4. rec. tom. 2. decis. 349. num. 22 & tom. 3. decis. 644. num. 3. & par. 3. decis. 409. num. 3. & decis. 159. num. 5.*

85 Ex quibus patet nullo pacto eſſe aſſentiendum Alberico in dictionario, dum in verbo *Auditor*, ita loquitur. *Auditores in Curia Romana*, vocantur Audi-
„ tores Sacri Palatij, quibus Cauſæ com-
„ mittuntur à Papa, vel à Vicecancella-
„ rio, & vt plurimum cauſæ minores, vel
„ deuolutæ ad Sedem Apoſtolicam per
„ decretalem, Statuimus, de electione in
„ 6. Maiores autem, & arduæ commu-
„ niter committuntur D.D. Cardinalibus
„ præſertim quæ deuoluuntur ad Sedem
„ Apoſtolicam per decretalem, Cupien-
„ tes, eodem *tit. de elect. lib. 6.* Hi tamen
„ inter ſe differunt, nam primi, Audito-
„ res Sacri Palatij, referunt inter ſe, &
„ pronunciant, &c. Secundi vero Cardi-
„ nales, referunt Papæ, vt plurimum, ni-
„ ſi Papa eis committat definitionem, &
„ quamuis nõ vocentur Auditores, ſunt,
„ vt dixi, &c.

Confunditur enim non ſolum, quia ex præmiſſis conſtat, quaſcunque cauſas grauiores in Sacro Rotæ Romanæ auditorio fuiſſe ventilatas, & ideo tempore Clementis 7. Matrimonij Cauſam Regis Angliæ, d. tribunali fuiſſe delegatam, conſtat *ex decis.* Creſcen. 2. *alias* 43. *de dol. & cont.* Sarnen. *decis.* 8. *de procur.* verum etiam ex teſtimonio Põ-
86 tificis vere Maximi Pij 2. *qui in lib. 11. ſuorum com. m. mihi fol.* 559. adfert infraſcriptam hiſtoriam, cuius verba, quoniam non minus ſapiunt magnianimitatem tanti Pontificis, quam decus huius Sacri Auditorij, incongruum non putaui illa referre, ad maiorem corroborationem præmiſſorum *num. 34. & 35.*

Aquilani per hoc tẽpus greges ouiũ, quæ in Eccleſiæ paſcuis, maritimiſque locis hiemauerant ad maontana reducere ſatagebãt, Pontifex violaſſe Aquilanos induciarum federa reſpondebat, qui Piccinino Sulmonam obſidenti commeatus præbuiſſent, atque hoſtis copias in ſuis Municipijs admiſiſſent, prædas que coemiſſent in agris Eccleſiæ factas, & alia quamplurima aduerſus induciarum formulam, datamque fidem patrauiſſent, propter quæ pœnam aureorum quinquaginta millium ſæpe incurriſſent, oues pro pęna retinẽdas fore, Aquilani contra, liberas oues dicere, neque retineri poſſe ob inducias violatas, aliudue delictum, etiam ſi læſæ Maieſtatis crimen interciderit, ita cũ publicanis Eccleſię fuiſſe conuẽtum, cum miſſæ ſunt oues. Procurator fiſci publicanorum eam poteſtatẽ eſſe negare. Rebus in contentionem deductis, Pontifex Auditores Sacri Palatij ad ſe, quaſi ob aliam cauſam vocatos, iuramento adigit, vt taciti veritatẽ inquirant, ſibique ſuum iudicium afferant, liceat ne, ſtante publicanorum conuentione, ob violatum fædus Aquilanorum greges retinere. Illi tempus deliberationis expoſcunt, atque 8. diebus inter ſe dubio diſcuſſo, Pontifici nunciant in quęſtione propoſita, quid iuris ſit compertum habere. Pius accerſitis Cardinalibus publicum Conciſtorium edicit, & Aquilanorum legatos adeſſe iubet, atque in hunc modum affatur, quamuis duobus de Regno Siciliæ contendentibus, cum Aquilani complecti Regem, venarique debeãt, cui Sancta Sedes Apoſtolica, Regnum decernit, immemor tamen honeſti,

iuſtique

iuſtique Ciuitas Aquilana, tanquam nihil in ſe iuris habeat Romana Eccleſia, Ferdinando à nobis Rege declarato ſe oppoſuit, Rhenato eiuſq. filio paruit, Duces noſtros Ferdinando militantes armis aggreſſa eſt, Piccinino agrum Eccleſiæ vaſtanti, peditatum adiecit, nec verita eſt modis omnibus aduerſus Dominum ſuum Romanum Pręſulem hoſtilem ferre animum, cumque noſtri Superiores in bello eſſent, diripereturque rebellium Aquilanorũ ager, rogati ſumus bellum remittere atque inducias amplecti: miſerti filiorum, Ceſſare ab armis placuit, temporaneáq. pacem Aquilanis elargiri, his adiectis legibus, ne hoſti commeatus miniſtrarent, ne Piccinini exercitum intra fines ſuos reciperent, ne ve prędas emerent ex noſtris agris ereptas, ſi contra facerent, aureis quinquaginta millibus toties multarentur, quoties delinquerent.

His communi conſenſu conſtitutis, greges ſuos, quoniam alibi per hiemẽ ſeruari non poterat ad loca noſtra marittima miſerunt, fide publicanorum accepta, quod nullam ob cauſam retineri poſſent, poſt hæc bis, terque violata ſunt ab Aquilanis fœdera induciarũ, propter hoc diximus perdiſſe oues. Vos oratores eorum, quamuis delictũ
87 fateremini, violataque pacta, negatis tamen retentioni ouium eſſe locum, publicanorum obſtante conuentione. Nos rem omnem ad Auditores Palatij noſtri retulimus, qui Rotam faciunt, orbemque iudicant, ab his audietis perdita ne ſint animalia veſtra: Dicite Auditores quid tandem in hoc dubio ius decernat. Tunc Decanus Rotæ vir grandeuus natione Hiſpanus, qui multos annos reddendo iuri in Apoſtolico Palatio dediſſet operam: Adſumus inquit Beatiſſime Pater Cappellani tui Auditores Rotæ, fecimus, quod mandaſti, examinauimus diligenter propoſitam quæſtiõem, factum quomodo ſe haberet diligenter cognouimus: vidimus conſtitutiones Apoſtolicæ Cameræ; vidimus conuentiones Aquilanorum, & publicanorum, quæ ſupermittendis ouibus interuenere, vidimus induciarum fœdera, Aquilanorum notoriam rebellionem, & in te commiſſum Maieſtatis crimen, & inducias manifeſtè violatas conſiderauimus, inuenimuſque publicanos tuos non potuiſſe promittere, quæ promiſerunt, neque te illorum pactis adſtringi, quę decreta Cameræ prohibent. Quibus ex cauſis manifeſti iuris eſſe dicimus, Aquilanorum oues, abſque vlla reprehenſione per te poſſe retineri. Ex inde Põtifex: omnium veſtrum hęc inquit ſententia eſt, an aliqui contradixere? Aderat Sanctius vnus Auditorum, & ipſe item Hiſpanus, atque penultimus in Collegio Haſſurgens, dinde Genua flectens, omnes inquit, vt ait Decanus noſter, eius ſententię ſunt, quę dicta eſt, ego ſolus diſſentio, & cur diſſentiam inter Collegas dixi. Tum alij diſſenſiſſe quidem Sanctium à ſe dixere verum diſſentionis cauſam, quæ pondus haberet nullã adduxiſſe; poſt hęc Pontifex; audiſtis inquit, oratores Aquilanorum, quę ſit Auditorum Sacri Palatji ſententia. Oues veſtrę perditę vobis ſunt, & factę noſtrę, iure poſſumus illas retinere, quod ſi fecerimus, minor erit pœna veſtra, quam delictum, nec quiſquam, qui ſapiat dixerit, non iure factum, quod primum in Orbe tribunal, inſtum conſuerit; poſſumus ab ingratis, & rebellibus filijs pœnam exigere; non faciemus, maior erit noſtra clementia, quam veſtra perfidia; Ite, & animalia veſtra, quæ iure perdideratis, domum reducite, dono ea damus Reipublicæ veſtræ; quamuis male merenti. Diſcite inter Eccleſiaſticum, & ſæculare Imperium quantum interſit. Nemo qui Regem quempiam offenderit, quemadmodum vos Eccleſiam offendiſtis, ab illo eam gratiam reportaſſet, quam vos hodie refertis à nobis. Vos deinceps, niſi prorſus fueritis ingrati, Romanam Eccleſiam abſtinebitis lædere. Reſumpſére ſpiritum Aquilanorum legati, his auditis, qui prius quaſi attoniti, quò

tende-

tenderent verba Pontificis expectabant anxij, meliorem longe ſortiti finem, quam ſperauerant, confeſſi errorem Ciuitatis ſuæ, Pontifici gratias egerunt. Admirati ſunt omnes liberalitatē Præſulis; nam ſupra centum millia ouium ea die donauit Aquilanis. Miſerat, & ante aliquos dies Præſul ad Aquilanos Prothonotarium Bononienſem, cum decreto Rotæ, vt in Senatu ciuiū perditas oues oſtenderet, ac benignitate Præſulis prioribus Dominis recuperatas, quod ideo factum eſt, ne legati Aquilanorum ſuæ diligentiæ adſcriberent, quod benignitate Pontificis erat factum, &c. hactenus hiſtoria.

88 Quid maius teſtimonium ad confundendum Albericum, adhiberi poteſt? Ecce, qnod ex ore tanti Præſulis Canonizatur Rotę Auditorium primarium Orbis Tribunal, oraculum proprium S. Pontificum verum eſt, quandoque Romanum Præſulem cauſas demandaſſe alicui Cardinali, vt conſtat *ex c. cum Bertoldus, de ſent. & de re iud. ex c. Rainutius, 16. de teſtam. & in c. Rainaldus, 18. eod. tit. in c. ad præſentiam. 16. de appell. in c. cum cauſam. 62. eod. tit. in c. Nicolao, 64. & in c. ſua 65. eod. tit. in c. dilecta 5. de ſupplen. negl. Prælatorum, in c. cum dilecta, 34. de off. deleg. c. expoſuit 4. §. nos igitur, de dilation. in c. cum Piſanis, 19. in fin. de reſtit ſpoliat. c. veritatis 8. verſ. qua de cauſa, de dol. & contum. in c. præſentia. §. dilectus, de prob. c. licet in primo, de teſt. c. cum venerabilis 6. de excep. in c. cum Io. 10. de fid. inſtr.*

98 Non tamen verum eſt, vt dicit Albericus, cauſas grauiores poſthabitis Rotæ Auditoribus, Cardinalibus, vt plurimum fuiſſe cōmiſſas, promiſiuè enim S. Pontifices appellantur Auditores, tam Cardinales, quam Rotę Auditores,
90 vt de Cardinalibus liquet *ex cap. dilecto 25. de preben. & in cap. dudum 20. de conuerſ. coniug. cum alijs ſupra adductis*, de iſtis liquet, *ex cap. dilecto 63. de appell. cap. veniens. §. ad quem cum veniſſet, de renunciat. & in cap. cum dilectus 15. in 1. de purgat. canon.*

91 Et quod aliquando commiſſa fuerit aliqua cauſa extra Rotam alicui Auditori Rotæ vna cū Cardinalibus, liquet, *ex conſ. 314.* Oldrad. *& ex deciſ.* Putei. 428. *lib. 3. & par 3. diu. deciſ. 741. in 1. Caſtren. 281. & ſeq. p. 1.*

92 Semper tamen tenetur Auditor Rotę procedere de voto Coauditorum, illoſque in omnibus conſulere, etiamſi agatur de cauſis compromiſſis Auditori per conſenſum priuatorū, *Rota diu. deciſ. 423. lib. 3. par. 3. & deciſ.* 1060. Buratt. *deciſ. 899. num.* 10.

93 Pariter ex præmiſſis apparet Auditores Rotæ, habere vtramque iuriſditionem, nempe Eccleſiaſticam, & laicalem, vt fuit firmatum *in Romana Domus, de Scappuccis. 19. Ianuarij 1611. coram* Coccino, *impreſſa apud Marcheſ. de commiſſ. p. 1. fol.* 1020. *& duplicata apud* Pacif. de Saluian. *deciſ.* 238.

94 Pendet tantum magna ex parte ex particulari commiſſione, quę in vnaquaque cauſa ſignatur, & ideo reſcribitur quandoque, vt Auditor Rotæ in
95 certa cauſa procedat cum facultatibus Auditoris Camerę, *vt in deciſ. 752. nu. 7. fol 96. & in rec. par. 1. deciſ. 415. nu. 10. & par. 2. diu. lib 3. deciſ. 946.*

96 Quæ tamen clauſula cum facultatibus A.C. non operatur, vt Auditor Rotę recedat à ſtylo rotali, ſequendo Auditorem Camerę, vt dixit *Rota in rec. deciſ. 604. num. 12. par. 4. tom. 3. nu. 12. fol. 192.*

97 Et ideo non reponit à decretis Auditor Rotę, vt facit A. C. vt firmatum fuit coram Coccino, *deciſ. 78. num. 9.*

98 Non extraneum autē hinc eſſet quęſitum, an ſatis ſit ad mentem pręfatarū conſtitutionum Pij 4. & Pauli 5. & pręceſſorum, pręſertim Io. 22. requirentium vnanimi conſenſu patrum cauſas reſolui, & terminari, vt ſupra diximus, prout fert etiam natura ipſa Collegij, quod D. Auditor referens apponat illa verba ſonantia inclinationem, vt dicitur, *in Firmana hoſpitalis. 27. Nouembris 1577. impreſſ. in p. diuer. deciſ. 508. ſub nu. 3. verſ. tamen,* Seraph. *deciſ. 586. fuit inclinatū,* Creſcent. *deciſ. 11. alias. 14. de reſcrip.*

de reſcrip. verſ. omnes D.D. inclinarunt in fin. & deciſ. 2. de dol. & contu. alias 43. num. 9. prope finem, verſ. tanto magis. Rota diuerſ. deciſ. 627 in princ. verſ. & inclinabant par. 1. & par. 3. lib. 3. deciſ. 898. Put. *deciſ. 6. de iur. patron. verſ. et ita inclinarunt D.D. fol. 37.*

99 Et pro negatiua videtur vrgere *d. deciſio in Romana Domus de Scapucijs. ad S. Auguſt. inuin 29. Ianuarij 1611. impreſſ. apud Paciſ. de Salui. deciſ. 238. numer.* duplicata apud Marchet. *de commiſ. par. 1. fol. 1020. & deciſ. 124.* apud Zach. *de oblig. Camer. num. 1. verſ. inclinabant, deciſ. 369. num. 3. par. 2. rec. replicata* apud Fel. recor. Greg. Papæ. *deciſ. 577. num. 3.*

De S. R. R. Auditorio. Cap. 3.

SVMMARIVM.

1 **R**OTA *Romana facit Communem opinionem, & ei praualet. & 25.*

2 *Contrarium. Dic vt num. 3.*

4 *Quid, vbi deciſiones ſunt inter ſe pugnantes.*

6 *Plures deciſiones inter ſe pugnantes. ad 22.*

23 *Stylus varius, nihil eſt, & 24.*

26 *Rota non recedit leuiter.*

27 *Spolium praſcribitur ſpacio triginta Annorum, & contra Eccleſiam quadraginta. & 28. 31. & num. 57.*

30 *Reintegratio, & manutentio quando concurrant. & 31.*

43 *Fines quomodo probentur. & ſequen.*

46 *Manutentio, neque reintegratio, non datur, non probata antecedenti poſſeſſione. et 47.*

48 *Poſſeſſio non transfertur in heredem. 49. & 50.*

51 *Limita ſtante Statuto, de continuanda poſſeſſione.*

52 *Reintegratio non datur heredi, vbi defunctus poſſedit vſque ad mortem.*

53 *In bonis Emphytheuticis, ſtatutum de continuanda non iuuat ad manutentionē heredis.*

55 *Poſſeſſione ciuili manutenetur, vbi naturalis per decennium non fuit amiſſa. 56.*

De magna auctoritate Rotæ, & an, & quando præferatur communi, & magis communi, & quæ deciſiones ſint attendendæ, vbi Rota variauit. Cap. 3.

MAXIMAM auctoritatem præſeferre, opinionem Canonizatam per Rotam Romanam, itaut præualeat communi, plurimi voluere, vt liquet ex Ceual.
1 *in rom. contra com. in præm. à num. 25. ad 29.* Gratian. *diſcept. 104. num. 56. & & cap. 266.* Loter. *in apparat. de re benef. num. 105.* Petrus Cabal. *conſ. 114. nu. 6. fol. 300. par. 2.* Cait. *de cred. cap. 4. quaſt. 7. num. 279. fol. 336.* Fular. *conſ. 46. num. 4.* Contard. *in l. vnica in intellectu. num. 7. verſ. tantum abeſt mihi fol. 86.*

2 Contrarium, quod non præualeat, neque faciat communem, comprobare nititur Ant. Maria Coraticij. *lib. 2. tit. 8.* allegando Corneum *in conſ. 331. num. 1. verſ. tamen his non obſtantibus. lib. 1.* Menoch. *conſ. 1050. num. 32.* vbi quod quando verè conſtat communē opinionem aliter ſe habere, deferendum ſit communi, & non Rotæ.

3 Verum quod præualeat opinioni cōmuni, bene reſpondit Rota coram Andrea. *deciſ. vltima num. 6.* quam ſequitur *Rota in recent. par. 7. deciſ. 256. num. 17.* Buratt. *deciſ. 863. num. 13. & c.*

4 Difficultas eſt quādo hinc inde reperiuntur deciſiones inter ſe contrariæ, quod eſt præcipuum argumentum illorum, qui minuere malunt maieſtatem iſtius tribunalis, quorum cathalogum referunt Albericus in diction. *in verbo Curia Romana.* Excelentiſ. D. Lęlius Mancinus *Preceptor meus de relax. iuram. cap. 1. num. 10. & ſeq.* & hoc plu-

5 ribus exemplis comprobari poſſet, vt liquet *ex deciſ.*945. *lib.*3. *par.*3. *diuerſ. & deciſ.*1032. vbi quod beneficia Protonotariorum non participantium nō ſunt reſeruata, quod pugnat cum plurimis deciſionibus relatis per Loter. *de beneſ. lib.*2. *quæſt.*28. *num.*44. *in recen. deciſ.*407.*num.*1.*par.*1. Varias hinc inde deciſiones, an penſio tranſlata ſit

6 noua penſio videre eſt, *in deciſ.*401. *nu.*7.*par.*4.*tom.*2.*fol.*523. & quoad nullitatem ſententiæ ex actis non iuſtificatæ pro negatiua eſt *deciſ.*18. *num.*19. *in rec. par.*4. *tom.*2. *fol.*26. quod repugnant *deciſ.* coram S.M.Greg.XV. *deciſ.* 1. *& deciſ.*349. *num.*22.*par.*4. *tom.*2. *& tom.*3. *deciſ.*644. *num.*3.*& par.*3. *recent. deciſ.*409. *num.*3. *& deciſ.*159. *num.*5.

7 Quod fideiuſſor non agat, etiamſi obnoxius ſit obligationi habenti exequtionem paratā, deciſit Rota *deciſ.*195. *num.*10. apud Cenc. *de Cenſ. fol.*495. & in contrarium Buratt. *deciſ.*401. *nu.*9. *& ibi addenſ.num.*18.*fol.*39.

8 Quod *auth. res quæ non procedat in fidei commiſſo conuentionali*, Rotam variè ſenſiſſe, liquet *ex deciſ.*50. *num.*14. *fol.* 62. *apud D. Auditorem Merlinum de pignor. & hip.*

9 De qualitate gentilitia immixta cum hæreditaria variatio Rotæ liquet, *ex deciſ.*134. *num.*6. *fol.*297. *& deciſ.*70. apud Viuian. *de Iure patron fol.*121.

De alia variatione patet *ex deciſ.*9. cum ibi annotat per D. Paulum Rub. *num.*10. *fol.*12. *par.*4. *tom.*2. *recent.*

10 Quod ſententia nulla ſit, quoad citatos etiam reſpondit Rota, corā Card. Cauallier. *deciſ.*396. Greg. *deciſ.* 319. *num.*1. *& ibi addens. contra*, *coram* Buratt. *deciſ.*304. *num.*7. *& in recen.p.*4. *tom.*3. *deciſ.*601. *num.*14. *& tom.*2. *deciſ.*31. *num.*16.

11 Quod adiudicatio requirat præcedentem eſtimationem ſunt hinc indè *deciſ.* Buratt.96. *num.*9. Rota apud D. Merlin. de Pign. *deciſ.*81. *nu.*4. *& ſeq. fol.*94. *Rota in recent. par.*4.*tom.*2.*deciſ.* 463. *num.*3.*fol.*445.

12 Auocationem Cauſæ factam per Papam afficere ipſo Iure, Puteus *deciſ.*10. *in lite pendent. fol.*104. *in correctis* Lancellott. *de attentatis*, qui alias refert, *par.*2. *cap.*10. *de attent. poſt auocationem cauſæ num.*16. *mihi fol.*187.

13 Contrarium, cum non afficiat, niſi poſt inhibitionem, idem Puteus *deciſ.* 222. *lib.*3. *fol.*563. *in correctis*. Buratt. *deciſ.*144. *num.*4. *alias* Gratian. *diſcept.* 981. *num.*4.

14 De varietate quoad ſubrogationem gratioſam, liquet *ex deciſ.*469. *num.*3. *& 4. par.*4. *tom.*2. *& par.*3. *deciſ.* 398. *num.*1.*mihi fol.*403. *recen. cuncta deciſ.* 472. *par.*3. *lib.*3. *diuerſ.* Lotter. *de beneſ. lib.*2. *quæſt.* 20. *num.*60. *& nu.*110. *fol.*466. *& num.*187.

15 Quod beneficia manualia dicātur vacare per reſignationem, & per obitum pugnant inter ſe *deciſ.*487. *par.* 4. *diuerſ. num.*3. *mihi fol.*362. *& deciſ.*142. *& deciſ.*48, *num.*5. *coram Greg.XV.*

16 Quoad reſtitutionem in integrum liquet ex Scac. *de appell. quæſt.*19.*remed.* 2. *num.*98. *mihi fol.*582.

17 Reſpectu retentionis occaſione melioramentorū pugnantia, liquet ex adductis per Rubeum *in ſingular. ad deciſ.* Acorrombon. *deciſ.*8. *par.*2. *fol.*131. *&* 133. Buratt. *deciſ.*169. *num.*11. *& ibi addenſ. num.*15. *deciſ.* 189. *num.*7. *par.*5. *recen.*

18 An gratia Papę ſatis probetur per teſtes, vel neceſſariæ ſint, omnino literę Apoſtolicæ pugnātes refert Ceccal. *quæſt.* 722. *mihi fol.*97.

19 Quod conſtitutio ſynodalis Florentina prefigens terminum bimeſtrem, ad proſequendam cauſam appellationis, non afficiat appellantes ad Papam reſpondit *Rota in Florentina Cappellæ* coram Pirouano, impreſſa apud Viuianū *de iure patronat. deciſ.*64.*num.*7. *& in* Piſtorien. *beneſicij* 22. *Aprilis* 1616. *coram Buratto.*

20 Contrarium tamē tenuit *Rota in recen. par.*1. *deciſ.*81. *num.*3. dupplicata apud Coccin. *deciſ.*183.

Item quod conſtitutio ſynodalis au-

21 ferens appellationē ſuſpenſiuam à ſententia inſtitutionis ſit nulla, reſpondit Rota coram Greg. *deciſ.*339 *n.*5 *f.*375.

22 Con-

22 Contrarium vero coram Penia. *deciſ.*
626. in fine. fol. 444. iuſta impreſſionem
Lugdunenſem, plurimę addi poſſent ad
colorandum argumentum, impugnā-
tium autoritatem maximam, huius Sa-
cri Tribunalis, has adduxiſſe ſufficiat,
vna cū notatis per Scacc. *de ſenten. & re*
iudicata gloſ. 14. *q.* 24. *num.* 17. *mihi*
fol. 433.
23 Cum igitur ſtylus varius, & inconſtās
nihil valeat per ea quæ notat Felin. *in*
cap. Rodulphus. §. cęteriſ. col. 21. *de re-*
ſcrip. Curt. *in l. more, ff. de iuriſd. omn.*
iud. Sylua. *nup. lib.* 3. *num.* 32. Oſaſch.
deciſ. 22. *num.* 6. *& ſeq. & num.* 15. *Rota*
apud Viuian. *de iure patron. deciſ.* 139.
num. 35. *fol.* 315. quæ eſt in cauſa Cre-
monen. *præpoſitura* 23. *Maij* 1644. *corā*
Eminentiſſimo Domino meo Cardinali
24 *Corrada*, hinc arguunt ſtylum Rotæ
non eſſe ex neceſſitate amandum in
Curijs, & tribunalibus extra curiam.
25 Verū, prędictis non obſtantibus rece-
dendum non eſt (citrà audaciam) à
placitis tanti tribunalis, recolendo ver-
ba Io. Papon. *in Areſtis Franciæ*, quæ
ſunt ſimilia proditis per Caſſadorum,
deciſ. 9. *de cauſ. poſſeſſ. ſub num.* 16. Sil-
ua *nuptialis lib.* 6. *fol.* 71.
26 Non enim tribunal Rotæ leuiter re-
cedit ab opinionibus ſemel per ipſum
approbatis, quod eſſet deteſtabile, vt
annuit Caſſador. *deciſ.* 22. *ſuper regu-*
lis ſub num. 6. *verſ. iter, quia maior, &*
in recen. deciſ. 656. *num.* 2. 659. *num.* 3.
& 9. *par.* 2. Loter. *de re benef. in aparat.*
num. 66. *&* 95. *& num.* 74. Creſcent. *de-*
ciſ. 10. *de priuileg. ſub num.* 2. *verſ. tamē,*
ne forſitan. Poſt *de manut. obſeruation.*
103. *num.* 5. Menoch. *conſ.* 1050. *nu.* 32.
vbi repręhendit Contardum, & Gale-
ſium obloquentes de hoc Sacro Tri-
bunali, dicendo quod facilius eſſet, cla-
uam e manu Erculis carpere, quā Ro-
tā mutare vellé oppinionem, vt reme-
dium Canonis reintegrandę eſſet im-
præſcriptibile.
27 Sed ad confuſiònem ipſorum Rota
non ſolum non fuit obdurata in prædi-
cta opinione, ſed etiam conſtantem il-
lam deinde reſpicit, vt liquet *ex deciſ*
Serap. 1060. *num.* 1. *repetita apud* Me-
noch. *d. conſ.* 1050. *et apud Coſtam de iu-*
riſ. et facti ignorantia. diſtinct. 60. *Cent.*
2. *fol.* 478. *ad* 488. vbi omnes allega-
tiones, factas hincindè, dum emana-
uit *d. deciſ. coram Card. Seraph.* adamuſ-
ſim, & per extenſum retulit, quam
opinionem exinde fuiſſe ſemper con-
ſtantiſſimè ſequtam, bene liquet *ex Bo-*
nonien. perceptoria 27. *Iunij* 1605. coram
28 *Letta, inter recen. deciſ* 97. *par.* 1. *et deciſ.*
409. *apud Poſtium deciſ.* 248. *num.* 11. *de*
manutenen. quemadmodū contra Ec-
cleſiam requirit ſpatium quadraginta
annorum, *Rota apud* Pacif. de Saluiano
deciſ. 68. *num.* 6. *et apud poſtium de ma-*
nutenen. deciſ. 44. *num.* 7. & nihilomi-
nus contrarium, ſequti ſunt Reueren-
diſſimi DD. mei Auditores. Nuncij
Apoſtolici in cauſa admodum graui
Piſana tenimenti, vt liquet ex eorum
motiuis, quę indè ſubijcitur, vna cum
29 allegationibus meis in eadem cauſa fa-
ctis ad inſtantiam Illuſtriſſimi, & Re-
uerendiſſimi Domini Scipionis ex Co-
mitibus Ilcij Archiepiſcopi Piſani Nū-
tij Apoſtolici, tunc temporis apud Se-
reniſsimam Regiam Republicam Ve-
netam, nūc verò apud Maieſtatem Cę-
ſaream, in quibus omnibus munerebus
ſe ſemper ſibi ſimilem prębuit, itaut ni-
hil deſiderari potuerit.

PISANA TENVTÆ
Die Martis 5. Octobris 1649.

POST vaſtam immenſi proceſſus molem, innumeris pęnè inſtrumentis refertam, & diligentem loci controuerſi viſitationem, nec non plurimorum Teſtium examē, tandem, Deo adiuuante, habita matura cauſę diſcuſſione, ſententiam tulimus pro reintegratione ad poſſeſſionem Tenutæ controuerſæ ex parte Excellentiſſimi D. Ducis Actoris intentata. Et licet pluribus fundamētis ad eiuſmodi pronunciationem faciendā moti

ſuerimus, ne tamen longa rationum
ſeries potius obnubilet, quam declaret
ſententiam, ad infraſcriptas tantum
nos reſtringere ſufficiens viſum fuit.
Neque dubitauimus prædictum D.
Actorem potuiſſe agere, prout egit tã
remedio retinendæ, quam recuperan-
dæ poſſeſſionis, licet enim talia reme-
dia contraria prima facie appareant,
tamen certiſſimum eſt illa poſſe cumu-
30 lari, cum quis petat in ciuili non turba-
ri, & naturalem occupatam ſibi reſti-
tui. *Rot. Rom. deciſ.*560. *num.* 3. *&* 161.
num. 5. *par. prima, recent. & coram* Ludo-
uiſ. *deciſ.* 555. *vbi Addent. n.* 11. Caſtrenſ.
conſ. 78. *num.* 1. *lib.* 2. Alba *conſ.* 78. *nu.*
13. *verſ. nam etiam*. Et nos cenſuimus
verſari extra omnem difficultatem, cũ
ex inſpectione libelli, & per ſeparatã
orationem manifeſtò dignoſcatur di-
cta remedia fuiſſe conditionaliter, &
ſubordinatè intentata. *Rota poſt Poſtium
de manutenendo, deciſ.* 165. *nu.* 10. *& de-
ciſ.* 691. *num.* 5. *& ſeqq. idem* Poſtius *ob-
ſeruat.* 57. *num.* 87. *& ſeqq.* Aimon. *conſ.*
678. *num.* 5. Borellus *in ſumma deciſ.
tit.* 49. *num.* 89. *par.* 1. Monachus *deciſ.
Bonon.* 30. *num.* 35. Minuſq. obeſſe po-
tuit experienti dictum remedium re-
cuperandæ aliqua temporis interpoſi-
ta mora, quia illud datur in perpetuũ,
& eſt inpræſcriptibile aliquo temporis
curſu. Honded. *conſ.* 17. *n.* 84. *& conſ.*
31 82. *num.* 48. *lib.* 1. Alex Galuari. *conſ.* 19.
num. 6. Eugen. *conſ.* 58. *nu.* 60. *lib* 1. Caſ-
ſadorus *deciſ.* 6. *de reſtitut. ſpoliator.* Pu-
teus deciſ. 115. *num.* 12. *lib.* 1. Mœdanus
deciſ. 18. *de reſtit. ſpoliat.* Competitque
contra quemcumque poſſeſſorem, etiã
ſi prætenderet ſe poſſidere bona fide, &
cum titulo. Honded. *dicto conſ.* 17. *nu-
mer.* 83. Surdus *conſ.* 28. *num* 58. Vbi
quamplurimos concordantes conge-
rit, & ſæpius iudicatum affirmat ea po-
tiſſimum de cauſa, ex quo non eſt con-
ſiderandum, an reus poſſideat ſine vi-
tio, vel cum vitio, ſed an Actor ceci-
derit à ſua poſſeſſione ſine iuſta cauſa.
32 His præmiſſis, cum Bona, de quibus
agitur, ſint duplicis naturæ, alia vide-
licet emphiteutica, & ſub directo do-
minio Eccleſiæ S. Nicolai de Migliari-
no, alia verò libera, & allodialia, di-
ſtinctè procedendo neceſſarium duxi-
mus, ea primum afferre fundamenta,
quibus ad conceſsionem poſſeſsionis
bonorum emphiteoticorum, moti fui-
mus. Siquidem Tenutam bonorum in
calce libelli primo loco deſcriptam, &
ſub infraſcriptis finibus deſignatam, vi-
delicet *(tenet vnum caput in mare, aliud
caput, partim in lacu de Maſſacinccoli,
partim in fouea nuncupata Foſſa magna,
latus vnum in fouea nũcupata Foſſa nuo-
ua, aliud latus in Terra olim Nobilium
de Orlandis, fouea mediante, qua dicitur
Foſſa di montione)* ad D. ducem Acto-
rem procul dubio ſpectare arbitrati
fuimus.
33 Fines enim ſupradicti optimè cohoe-
rent Confirmationi Apoſtolicæ Inno-
centij Secundi de anno 1135. directæ
Priori, & Fratribus Eccleſiæ S. Nico-
lai, tunc regularem vitam degentibus,
alteri Confirmationi Vrbani PP. Ter-
tij de anno 1186. locationi, ſeu fide-
iuſsioni de anno 1452. & ſentẽtiæ Pro-
uiſorum Gabellæ, Doganęque Ciuit.
Piſarum latæ de anno 1423. quæ con-
finium probatio redargui non poteſt,
cum in hac materia admittantur etiam
præſumptiones, & coniecturæ, *cap. cum
cauſam.* 13. *vbi* Felinus *in princ. de pro-
bat.* Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 15. *& conſ.* 104.
num. 24. *lib.* 1. Decius *conſ.* 42. *num.* 10.
verſ. his tamen. Gratian. *diſcept. foren.
cap.* 595. *num.* 7. Coccinus *deciſ.* 4 0. *nu.*
6 Ludouiſ. *deciſ.* 434. *num.* 4. Imò etiam
ſufficiant enunciatiuæ. Pariſ. *d. cõſ.* 104.
num. 24. Mantic. *deciſ.* 143. *nu.* 10. Coc-
cinus *dicta deciſ.* 460. *num.* 4. Præcipuè
vbi ſunt plures, & metam centum an-
norum excedunt. Aegid. *deciſ.* 70. *Rot.
deciſ.* 793. *nu.* 2. *par.* 4. *diuer.* Prout etiam
nobis clarius innotuit, non ſolum ex
plantis ab vtraque parte exhibitis, ſed
etiam ex oculari inſpectione per nos
habita in viſitatione loci, in qua pro-
batione finium habuit D. Dux funda-
tam ſuam intentionem, vt quicquid in-
tra illos ſic expreſſos cõtineretur, pręſ-
ſumeretur iure dominij, & poſſeſsionis
ad ipſum

ad ipſum pertinere iuxta inſignem tex-
34 tum in *cap. ſi diligenti, vbi* Hoſtie. *de preſcript. l. ſi. fines, 10. C. de euictionib.* Socc. *conſ. 86. num. 6. lib. 1.* Natta *conſ. 501. num. 31.* Crauet. *conſ. 434. num. 6. lib. 3.* Decius *conſ. 347. n. 2. verſ. tertio reſponderi poteſt,* Pariſ. *conſ. 64. num. 33. lib. 1.* Cephal. *conſ. 311. num. 27. lib. 3.* Menoch. *conſ. 13. n. 9.* Intrigliol. *conſ. 20. num. 148.* Ciofus *conſ. 29. num. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 552. num. 1.* Gratian. *diſcept. Foren. cap. 293. num. 27. & 557. num. 26.* Viuius *deciſ. 289. num. 27. Rot. deciſ. 636. num. 3. par. 3. deciſ. 236. num. 10. par. 6. recent.* Neque eiuſmodi probatio infringi videbatur ex eo, quod per Informantes pro patre Illuſtriſſimæ Menſæ oppoſitum fuit, nempè, quod ſupradicta confinia, tanquam omninò generalia, nihil concluderent ad fauorem D. Ducis, quia ad effectũ, de quo agitur, ſufficiunt etiam confinia generalia, ſub quibus veniunt omnia, quæ includuntur, niſi reperiatur aliquid, quod ſpecialiter coſueuerit locari, vel dari in emphiteuſim, vt poſt Bald. *in l. emptorem, verſ. item quæro, C. loc. & ſignanter tradit* Decius *conſ. 146. num. 14. verſ. & cum vinea.*

35 Poſſeſſio verò penes dictam Eccleſiã Sancti Nicolai exiſtens optimè, & concludenter probata fuit (circumſcriptis antiquiſſimis conceſſionibus Comitiſſæ Matildæ, & Marchionis Rabodi de anno 1113. & 1117.) per dictas Bullas Innocentij Secũdi, & Vrbani PP. Tertij, nec non per locationes anni 1345. 1446. 1452. 1455. 1461. 1467. 1470. 1473. 1474. & 1476. de quarum effectuatione per exactionem affictuũ nõ ſolum ex prædictis Inſtrumentis ſatis ſuperque in proceſſu doctum fuit, ita, vt nulla potuerit remanere dubitatio, quin dicta poſſeſſio Eccleſiæ ſufficienter fuerit iuſtificata, etiam ad præiudicium tertij, Innoc. *in cap. veniens de verbor. ſignificat.* Caſtr. *conſ. 81. col. 2. in fin. lib. 2.* Decius *cõſ. 36. ſub n. 6.* Aimon. *conſ. 54. num. 11. & de antiquit. tempor. par. 1. §. viſo de fama, numer. 71.* Abbas *conſ. 64. num. 13.* Pariſ. *conſ. 107. num. 21. & 22. lib. 1.* Ruyn. *conſ. 14. nu. 5. lib. 4. & plenè conſ. 115. num. 16. 17. & 18. lib. 5.* Menoch. *de retin. poſſ. remed. 3. num. 574.* Gabriel. *de locato concl. 4. num. 2. 3. & 7.* Maſcard. *de probat. concl. 1185. nu. 5. & 6. & 1186. num. 11.* Mareſcot. *variarum reſolut. lib. 1. cap. 59. n. 46.* Boer. *deciſ. 105. num. 14.* Ludouiſ. *deciſ. 6. vbi Addent. num. 6. & deciſ. 318. nu. 2. Rot. deciſ. 407. num. 2. par. 5. recent.* Ceſar. de Graſ. *deciſ. 10. in fin. de reſtit. ſpol.* Sed etiam ex libro cenſuali dictæ Eccleſiæ incipiente de anno 1344. tempore R.P. Locti Marini del Nicchio eiuſdem Eccleſiæ Prioris, cui cum ſit antiquus, & agatur de locationibus antiquis vltra annos 300. magna debuit adhiberi fides, etiam contra tertium. Cephal. *conſ. 508. num. 23. & ſeqq.* Genua *de ſcriptura priuata lib. 5. tit. de libris Monaſterij, cap. 2. num. 3. & 13. & de libris, Capitulo num. 1.* Aimon. *conſ. 158. num. 4. & 5. & conſ. 434. num. 14. Romanus conſ. 127. in princ. verſ. non hoc tamen, et conſ. 165. per totum,* Decius *conſ. 596. num. 4.* Anchar. *inn. quæſt. famil. lib. 1. quæſt. 60. num. 6. Rota deciſ. 290. nu. 5. par. 1. recent.*

36 In omnibus autem ſupradictis bonis per Eccleſiam S. Nicolai poſſeſſis, & vt ſupra confinatis de anno 1510. 29. Ianuar. ſucceſsit Tinorus de Bellaccis, qui obtinuit illa ſibi concedi per publicum Inſtrumentum pro ſe, & eius filijs, & deſcendentibus maſculis in perpetuũ pro certo annuo canone, & alijs conditionibus ibidem expreſsis, & talis conceſsio præuio Reſcripto Pontificio ſi in euidentem, &c. Et proceſſu eius occaſione fabricato fuit authoritate Apoſtolica confirmata, & ſucceſſiuè de anno 1517. hæredes dicti Tinori Bellaccis in cataſto, ſeu libris augumenti Decimarum eodem anno facto, & ſub eorum nomine cantante confeſſi fuerunt ſe conduxiſſe, & tenere in affictum perpetuum ab Eccleſia S. Nicolai Paſcum, & Paſturam ſupranominatam ad dictam Prioriam ſpectantẽ; & anno 1525. die 16. Iunij Marcus, & Carolus Tinori de Bellaccis ceſſerũt, & tranſtu-

tranſtulerunt omnia eorum iura dictæ emphiteuſis D. Ioannem de Serriſtoris, cum conſenſu tamen Rectoris Eccleſiæ, quod facere potuit iuxta tradita per Fulgineum *de emphiteuſi quaſt. 10. per totam*, qui conſenſus explicitè reſultat ex pluribus, & præcipuè ex libris Decimarum Eccleſiaſticarum de anno 1525. 21. Iulij, in quibus D. Checcus de Orlandis tunc Prior dictę Eccleſiæ S. Nicolai per infraſcripta verba ita confeſſus fuit, *Gode il ſopraddetto liuello della Prioria di S. Niccolò di Migliarino Giouanni Seriſtori Cittadin Fiorentino*, & tandem de anno 1578. D. Antònius Rau Canonicus Piſanus tanquam Rector dictæ Eccleſiæ S. Nicolai habita omnimoda relatione ad Inſtrumentum Inueſtiturę de anno 1510. aſſerens ſe potius continuare dictam veterem locationem, quam de nouo concedere, locauit D. Marchioni Iacobo de Saluiatis pro ſe, eiuſque filijs, & deſcendentibus maſculis Paſcum, & Paſturā Migliarini deſcriptam, & confinatam, vt in dicto Inſtrumento anni 1610. videlicet, *Primum caput in mari, alterum caput in lacu Maſſaciuccoli, & in Fouea magna, latus vnum in Fouea montionis, & aliud latus in Fouea noua*; vnde gradatim apparet poſſeſſio naturalis, primò dicti Tinori de Bellaccis, & eius filiorum, ſecundò D. Ioannis Serriſtorij, & vltimò D. Marchionis Iacobi de Saluiatis authoris D. Ducis, in quos tranſlata fuit ſimul cum dominio vtili, cum Eccleſia, concedendo Bona à ſe poſſeſſa ad emphiteuſim, ſibi dicatur retinere poſſeſſionem ciuilem ſimul cum directo dominio. *DD. in l. tertia §. ex cōtrario ff. de acquir. poſſ.* Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 1. num. 68.* Valaſch. *de iur. emphiteuſis quaſt. 18. num. 1.* Fulgoſ. *conſ. 1. num. 3.* Ruyn. *conſ. 156. num. 6. vol. 1.* Tiraquell. *in tract. le mort. in 6. declarat. par. 4. num. 1.* Imò etiam ipſemet emphiteuta ratione ſui iuris emphiteutici videatur quodammodò habere quandam quaſi ciuilem poſſeſſionem ex inſigni doctrina Iaſ. *in l. tertia §. ex contrario, num. 45. ff. de acquir. poſſ.* ...

37 Neq; obſtare putauimus allegatam poſſeſſionem pro parte dictæ Menſæ Archiepiſcopalis, quæ pretendebatur reſultare ex pluribus Inſtrumentis locationum; probata enim anteriori poſſeſſione ex parte D. Ducis illa præſumitur continuata, vſque ad tēpus turbationis, & moleſtiarum, *vulgata. l. ſiue poſſidetis*, vbi notant *DD. C. de probat.* Seraph. *deciſ. 1154. num. 4.* Poſtius *de manutenendo obſeruat. 17. num. 9.* Gratian. *diſcept. foren. cap. 384. num. 20.* Et tanquam antiquiſsima præſumitur habere iuſtitiam permanentem. Maſcard. *de probat. concl. 1377. num. 20.* Neuizzan. *conſ. 79. num. 28.* Rolan. *conſ. 32. num. 10. lib. 4.* Imò tanquam titulata inducit præſumptionem iuſtioris poſſeſſionis. *Rota deciſ. 457. num. 4. apud Poſtium de manutenendo, idem* Poſtius *obſeruat. 71. num. 107.* Aſſerta poſſeſſio dictæ Menſę, vti poſterior præſumitur vitioſa, clandeſtina, & turbatiua, *cap. licet cauſam, vbi* Felin. *num. 8. de probat.* Bart. *in l. ſi de eo §. fin. ff. de acquir. poſſ.* Neuizzanus *conſ. 81. num. 23. & 26. Rota deciſ. 189. num. 3. & deciſ. 487. num. 1. par. 2. recen.* Cualer. *deciſ. 2. num. 1. & 185. num. 4. & ſeqq.* Ludouiſ. *deciſ. 171. num. 2.* Buratt. *deciſ. 32. num. 3.* Mantic. *deciſ. 227. numer. 1. 5. & 6. & deciſ. 346. per tot.* Seraph. *deciſ. 810. num. 1. & deciſ. 1038. num. cum alijs latè cumulatis per Poſtium de manutenendo dicta obſeruatione 71. num. 2.* Data præſertim (prout ex ſupradictis controuerti non poteſt) ciuili poſſeſsione per Eccleſiam continuatè retenta, ita vt quicumque actus per Menſam Archiepiſcopalem medio tempore circa naturalem poſſeſſionem geſti dici debeant ſpoliatiui, & non ſint habendi in conſideratione. Menoch. *de retinen. poſſ. remedio 3. num. 22. & ſeqq.* Poſtius

38 *obſeruat. 57. num. 82. & Rota poſt illum deciſ. 327. num. 13. deciſ. 330. num. 30. & deciſ. 554. num. 35. et 36.* Beltramin. ad Ludouiſ. *deciſ. 555. num. 11.* Cum ſufficiat Actori docuiſſe de antiquiori poſſeſſione, abſq; eo, quod neceſſe habeat oſtendere ſe à naturali iniuſtè cecidiſ-

eidiſſe. Berous *conſ.64. num.4. lib.3.* Decian. *conſ.37. nu.26. lib.3.* Honded. *conſ.23 num.39. lib.2.* Alexand. Galuan. *conſ.19. num.7. et 8.* Et ſupradicta omnia Excellentiſs. D. Duci Actori ad victoriam in bonis emphiteuticis obtinendam ſufficienter proſuiſſe cenſuimus, omiſsis pluribus alijs rationibus, & adminiculis, quæ latiſsimè pro eius parte deducebantur.

Altera verò pars medietatis Sylue Palatinæ, quam tanquam liberam ad nobiles viros totius familiæ de Orlandis pro indiuiſo olim ſpectare comperimus, licet diuerſæ ſit naturæ, tamen ob eius vicinitatem, choerentiam, & cõnexitatem multis iuuatur rationibus occaſione honorum liuellariorum S. Nicolai ſuperius allatis, quas hìc denuo recenſere breuitati conſulendo ſuperfluum omninò duximus, reſeruato vnico, ſed ſolidiſsimo fundamento, quod noſtro quidem iudicio quicquid informãtes pro Illuſtriſsima Menſa in contrarium dixerint, mittit gladium ad radices, & ius D. Ducis in tuto ponere videtur.

39 Præmittendo igitur reſcontrationem confinium huius partis liberæ, non dubitauimus illam reſultare ex iuribus luculenter in proceſſu deductis, & primo ex locatione anni 1344. ex quadã donatione anni 1365. ex libro poſſeſſionũ Nicolai del Nicchio de anno 1366. ex locationibus anni 1456. 1455. 1467. 1468. 1472. 1482. 1484. 1485. 1487. & 1494. Quippe eiuſmodi enunciatiuæ tam antiquę pleniſsimè concludũt probationem continium. *Rota deciſ.602. num.14. par.4. tom.3. recent.* Fulgineus *de emphiteuſi tit. de contractib. quæſt.26. num.22. & ſeqq.* Siue illorum expreſsio contineatur in libris antiquis. Ioan. Andreas *in cap cum cauſam, de probat.* Corneus *conſ.171. num 3. verſ libris enim vol.1.* Hyeron. de Monte *de finib. cap. 62. num.1. & ſeqq.* Siue contineatur in Inſtrumentis. *Rota deciſ.215. num.2. & 3. deciſ.254. num. 28. par.7. recent.*

40 Poſſeſſio DD. de Orandis auctorum D. Ducis clariſſimè deducitur ex antiquiſſimis documentis inueſtituræ Comitiſſæ Matildæ anni 1113. & Marchionis Rabodi anni 1117. & ex alijs Inſtrumentis anni 1271. & 1336. quæ etiam deſeruirent ad probationem dominij *l. in ditia, vbi* Bart. *C. de rei vindic.* Burgo de Paz. *conſ.16. num.12. & 17.* Menoch. *conſ.21.* Valent. *conſ.10. num. 44. lib.1.* Sed præcipuum in hac parte, vt ſupra diximus, fundamentum eſt indiuiſibilitas, quæ in tenuta libera ſemper ſeruata fuit. Nam ex actis apparet nunquam deuentum fuiſſe ad effectiuam, & realem diuiſionem huius partis, ſed ſolum pro indiuiſo fuiſſe poſſeſſam tam à nobilibus de Orlandis, quam ab alijs, qui ab ijs cauſam habuerunt, & ſucceſſiuam participationem in dictorum bonorum iuribus. Indiuiſibilitas autem ex hoc irrefragabiliter cognoſcitur, quod hæc pars fuit intellecta aliter diuiſa in viginti quatuor carathos, quorum paucis inter plures participãtes diuerſis temporibus diſtributis, vel titulo emptionis, vel venditionis, donationis, dotis, reſtitutionis dotis, alijſue ſimilibus modis, maiori nihilominus parte, ſemper apud illos de Orlandis remanente nunquam recenſita fuit inter eiuſmodi acquirentes Illuſtriſsi-
41 ma Archiepiſcopalis Menſa Piſana ita, vt neceſſariò concludendum ſit illius Miniſtros in poſſeſsionem talem qualem huius partis clandeſtinè poſtea irrepſiſſe. Plotus *conſ.49. num.6. Rota deciſ.514. nu. 1. verſ. & conſequenter par. 2. tom.1. & deciſ.110. num.2. par.5. recent.* Præterea probatur præfata indiuiſibilitas, primò ex Sententia DD. Prouiſorum Gabellæ Ciuit. Piſarum lata de anno 1403. in quà per DD. Iudices fuit aſſertum ſe vidiſſe plura Inſtrumẽta locationum, nempè de anno 1370. 1384. 1408. & 1409. & talis Sententia licet inter alias perſonas lata probat ſaltem præſumptiuè. Bart. *in l. admonendi num.32. ff. de iur. iur.* Riminald. *conſ. 699. num.7. vol.4.* Cephal. *conſ.176. nu. 31. vol.2.* Maſcard. *de prob. concl.1273. num.1.2. & 3. & ſeqq.* Deinde ex Inſtrumentis anni 1449. 1455. 1484. 1464. 1510.

Digitized by Google

1510. 1512. 1525. & 1533. quorum enũciatiuas, vt pote numero plures, & antiquiſſimas, non eſt dubitandum conſtituere plenam probationem. Gloſ *in cap. cum olim de cenſibus*. Rald. Caſtrẽſ. *Scilicet. & alij in l. cum aliquis, C. de iur. delib.* Syluan. *conſ. 57. num. 7.* Alex. *conſ. 90 num. 11. & 12. lib. 6.* Decian. *conſ. 11. col. 6.* Gratian. *diſcept. foren. cap. 554. nu. 50. Rota deciſ. 684. nu. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 567 num. 6. par. 5. & deciſ. 261. num. 7. par. 6. & deciſ. 71. n. 14. par. 7. recent.* Seraph. *deciſ. 1141. nu. 5.* Imò ſi concurrant adminicula, probãt, etiam ſi emanauerint à perſonis ſuſpectis, & habentibus intereſſe. Ioan. And. *in cap. cum cauſam num. 10. de probat.* Engen. *conſ 44. num 47.* Riminal. *iun. conſ. 137. num. 30* Decian. *conſ. 32. num. 92. lib. 2.* Achilles *deciſ. 1. de confeſſis*, Puteus *deciſ. 149. lib. 3. Rota deciſ. 75. par 1. & deciſ. 352. num. 5. par. 4. recent. & coram* Coccino. *deciſ. 235. num. 6. & 249. num. 2.* Et in caſu noſtro pro vehementiſſimo adminiculo deſeruire viſa fuit poſſeſſio, & obſeruantia, quæ correſpondet enunciatiuis. *Rota deciſ. 257. num. 8. & 9. par. 8. recent. & coram* Penia *deciſ. 343. num. 11.* Supra dictis probationibus accedit vltimo loco ſententia Almæ Rotæ Florentinæ de anno 1572. lata ad fauorem DD. de Lanfranchis pro tribus carathis, & alia quinta parte alterius carathi, & contra Illuſtriſſimum D. Iacobum de Saluiatis, qui reliquum Paſcus, & Paſturæ Migliarini, vſque ad viginti quatuor integros carathos poſſidebat, & hæc pariter ſententia ex Iuribus ſupra allatis plurimum confert.

43 Minus obſtat, quod ex parte Illuſtriſſimæ Menſæ obijciebatur, ſcilicet ex poſseſſione DD. de Orlandis, quatenus eſſet probata, non potuiſſe inferri ad poſſeſsionem Excellentiſsimi D. Ducis, ſiue eius authorum, quia contrarium omninò conſtat ex reuolutione actorum. Siquidem D. Ioannes Serriſtorius author D. Ducis de anno 1510. titulo emptionis acquiſiuit à Roſſo de Roſsis carathos ſex, de an. 1520. à Dioniſio de Lanfranchis carathos duos, de anno 1524. à Ludouico Lãte carathos duos, de anno 1525. carathos decem, & ſex decimaſexti à Marco, & Carolo Tinori de Bellacois, qui omnes carathi vna cum tribus alijs, & quinta parte adiudicatis DD. Lanfranchis per ſupradictam ſententiam conſtituunt integram ſummam carathorum viginti quatuor, vnde ex his potius dominium, quam poſſeſsio colligi videtur.

Deniq; nullum credimus illatum fuiſſe præiudicium Excellentiſsimo D. Duci in hoc Iudicio per ſententiam aliàs contra ipſum latam in ſummariſsimo; quia cum illius exequutio, & effectus per momentaneam poſſeſsionem exinde ſecutam conſumatus fuerit, non debet attendi, nec nocet in plenario poſſeſſorio, nec in petitorio Iudicio; *l. & an eadem §. vlt. ff. de except. rei Iud.* Gail. *obſeruat 7. num. 6. lib. 1.* Poſtius *de manutenendo obſeruat. 3. num. 28. verſ. quodque ſententia.* Chriſtophorus Paz. *de tenuta cap. 3. num. 6.* Sicuti etiam parui momenti reputauimus reuelationes Samminiatelli, & aliorum in dicto Iudicio poſſeſſorio emanatas; deficientibus enim interrogatorijs, & citatione partis nullam potuerunt fidem facere, Coſta *de facti ſcientia, & ignorantia cenſ. 2. diſt. 55. num. 11.* Petrus Anton. Lazzarius *de monitorio ſect. 4. quæſt. 9. num. 1. & 2. Rota deciſ. 138. numer. 9. poſt vol. 2. conſilior.* Farinac. Caualer. *deciſ. 20. num. 3. & deciſ. 310. num. 13 par. 5. & deciſ. 250. n. 23 p. 6. recent.* Et talis nullitas nõ valuit per eorũ mortẽ ſuppleri, ne plus credatur voci mortuæ, quam viuæ, Imol. *in l. nuda ff. de donat.* Natta *conſ. 394 num. 24.* Hondéd. *conſ. 101. num. 2. lib. 1. Rota deciſ. 781. nu. 13. par. 1. diuer. & poſt.* Poſtium *deciſ. 166. num. 45.* Quinimò cum depoſuerint in alio Iudicio, in hoc abſolutè nihil probant. Gratian. *diſcept. foren. cap. 573. nu. 1.* Poſtius *obſer. 29. num. 3. & 4.* Quamuis vtrumque Iudicium ſit poſſeſſoriũ. Gabriel. *conſ. 40. num. 44. lib. 2.* Nam eo tantum caſu teſtes examinati in vno Iudicio probant in alio inter eaſdem perſonas,

Digitized by Google

ſonas, quando fuerunt plenariè examinati ſuper tota cauſa, vt optime declarat Beltramin ad Ludouiſ. *deciſ.357. num.6.*

Quò verò ad prætenſam pro Parte dictæ Menſæ Archiepiſcopalis confeſſionem miniſtrorum D. Ducis ex libris æſtimi reſultantem, placuit reſponſio, quod cum ex tot Inſtrumentis emphiteoticarum conceſſionum, & aliarum acquiſitionum appareat dictam expreſſionem fuiſſe erroneam, nemini præiudicare potuit, *l.cum falſa C. de iuris, & facti ignorant.* Roland.*conſ.69.num. 52.lib.3.* Ruyn. *conſ. 127. num.14. verſ. & quia lib.3.* Gratian.*diſcept. foren.cap. 3. num.10. & cap.503. num.2.5.& ſeqq. Surd.deciſ.130. nu.2. & ſeqq. Rota deciſ. 83.num.2. par.1. diuer.& deciſ.142.num. 26.par.6.recent.* Error autem probatus dicitur eo ipſo, quod conſtat rem aliter ſe habere, *l.ſi poſt diuiſionem, vbi DD. C. de iur. & fact. ignor. & in l.error. eodem tit.* Alex. *conſ.81. num.15. lib.6.* Roland. *conſ.69. num.51. lib.3. Rota deciſ.1166. nu.3. par.3. diuer. et deciſ.282. num.22. par.5. recent. et coram* Buratt. *deciſ.200 num.23.*

44 Præterea notauimus aſſertam narratiuam, ſeu prætenſam confeſſionem non emanaſſe ad fauorem dictæ Menſæ Archiepiſcopalis, ſed veriſimiliter ad minuendam ſolutionem onerum, vnde tanquam facta ad vnum finem, non debet ad alium effectum nocere. Abbas. *in cap. et ſi Clericis num.6. verſ. ſecus ſi fiat de iudicijs*, Pariſ. *conſ. 59. num.17. in fine lib.4.* Gratian. *diſcept. foren. cap 279. num.24. Rota deciſ. 121. num.17. par.1. et deciſ. 228. num. 1. et deciſ.724. num.4. par.4. diuer. et coram* Coccino *deciſ.321. num.2.* Et in puncto de eo, qui in æſtimo confitetur aliquid alteri debere, vt minus grauetur, vt per hanc confeſſionem non poſſit condemnari ad fauorem illius, tradit Alberig. *in l.vnica num.26. verſ. vltimo quæro, C. de confeſſ. et in tract. ſtatut. par.2. quæſt.148.* Marſilius *in rubr. de probat. num. 88.* Surdus *deciſ. 250. numer. 5. verſ. primum quia*, Gratian. *diſcept. foren. cap. 151. numer. 20.*

45 Confirmatur tanto magis predicta ex quo dictum æſtimum D. Ducis non cõcordat cum æſtimo dictæ Menſæ, quæ tamen non tractabat de ſe exonerãdo in deſcriptione maioris ſummæ, prout authores D. Ducis, & quemadmodum in hoc fuit erratum, potuit, & in alijs fuiſſe erratum. Ludouiſ. *deciſ. 79. nu. 2. vbi* Addent. *num.6. cum alijs per Rot. deciſ.111. num.2. par.7. recent.*

Et ex his ſatis noſtram credimus iuſtificari Sententiam.

Idem, Petrus Franciſcus Moralis, et Nicolaus Ronarius Auditores, et Iudices Delegati.

PISANA TENIMENTI Reſponſum

Reuerendiſſ. Dom.

NEQVE ex capite manutentionis in poſſeſſorio plenario, neque ex can. reintegrãda obtinere poteſt Illuſtriſſimus, & Excelentiſſimus D. Dux Iacobus Saluiatus, quoniam defecit poſſeſſio ipſius,
46 ſine qua, ſicuti non competit Interdictum. *§.retinendæ inſt. de Interd.* Card. Caualer.*deciſ.470. num.6.* Andr. *deciſ. 36. num.1. et deciſ. 510. num.4.* Pena *deciſ.562. num.1. iuxta impreſ. Lugd. deciſ 710. num.1. et 796.* Duran. *deciſ. 215. num.8.* Greg. *deciſ.569.*

Ita, nec reintegratio pro recuperatione eiuſdem poſſeſſionis, quam nunquam habuit; Alex. *conſ.139. num.19. vol.6.* Menoch. *de recup. remed.15. nu. 408. et.413.* Caualer. *deciſ.240. num.1.* Burat. *deciſ.219. num.2. et deciſ.136. nu. 19. et latè per* Adden. *num.34. Rota in recen. deciſ.495. num.43. et deciſ. 302. num.6. et deciſ.21. num.1. et deciſ. 327. num.1. par.4. tom.2. et tom.3. deciſ.673. num.7.* vtraque interdictum, tam retinendę, quam recuperandæ, quod requirant poſſeſſionem præcedentem alias, quod non competant hæredi,

latè *Rota in recen. deciſ.*128. *par.*4. *tom.*
2. *num.*10. *fol.*162. *et. par.*4. *recen. deciſ.*
448. *num.*1. *et.*406. *num.*1.
47 De poſſeſsione autem Excelentiſsimi
D. Aduerſarij nullo pacto conſtat ex
monumentis in quibus fundat huiuſ-
modi prætenſam poſſeſsionem.
Siquidem quando etiam admittere-
mus eius prætenſos Authores vigore
Inſtrumenti anni 1578. *in proc. a* 469. *et*
1602. *in proc. fol.*459. poſſediſſe, quod
infra verum non eſſe oſtendam, nihil-
ominus hinc inferri non poſſet
48 ad poſſeſsionem ipſius, cum poſseſ-
ſio non transferatur in heredem abſq.
actuali apprehenſione, vbi non extat
ſtatutum de continuanda poſſeſsione
in heredem, *l. enm harédes* 23. *vbi vno
calamo omnes DD. l. qui vniuerſas.* §.
quod per Colonum ff. de acq. poſſ. Honded.
*conſ.*18. *num.*11. *et ſeq. vol.*2. Alex. *conſ.*
37. *poſt medinm, verſ. ſaltem in caſu no-
ſtro lib.*1. Tiraq. *in tract. le mort. in præ-
fat. declar.*3. *num.*6. Pariſ. *conſ.*1. *num.*
160. *lib.*1. *vbi quod procedit etiam in filijs
id ipſum* Tomat. *deciſ.*118. *num.*25. *et*
26. Paſch. *de iur. patr. poteſt par.*4. *cap.*1.
*num.*48. Ciriac. *controu. foren. lib.*2. *cõ-
trou.*247. *num.*15. & procedit etiam ſi
hæres adiuerit hæreditatem, quia in-
49 de non infertur ad poſſeſſionem, vt be-
ne per Scac. *de iudic. lib.*2. *cap.*9. *numer.*
1240. *& lib.*3. *quæſt.*17. *limit.*6. *membr.*
9. *num.*116. *cum pluribus ſeq. mihi fol.*
420. *& par.*3. *recen. deciſ.*692. *num.*2. *et*
3. *& apud* Cenc. *de cenſib. deciſ.* 339.
*num.*2. *cum pluribus per* Cenc. *de cenſ. q.*
92. *num.*1. *iuxta nouiſſimam impreſ. fol.*
248. *alias par.*2. *cap.*2. *quæſt.* 5. *art.*3.
quod non poteſt retorqueri contra D.
Archiepiſcopum, quoniam poſſeſsio
bonorum ſpectantium ad Eccleſiam,
mortuo Prælato, reſidet penes Eccle-
ſiam, Poſt. *obſer.* 55. *num.*94. & ideo
ſtatim capta poſſeſsione Eccleſię acqui-
ritur, & bonorum, Greg. *deciſ.*54. *nu.*
2. *& deciſ.*364. *nu.*1. *Rota in recen.* 290.
*num.*14. *par.*4. *tom.*2. *fol.*358. & quod
propterea ex poſſeſsione defuncti non
50 competat manutẽtio hæredi, Menoch.
de retinen. remed. 3. *num.*57. Bocc. *de
Interd. vti poſſ. cap.*3. *num.*5. *plene* Cenc.
*de Cenſ. quæſt.*92. vbi, quod hæres non
poteſt agere niſi ex remedio adipiſcẽ-
dæ, millies reſpondit *Rota*, *& ſignan-
ter in recent. deciſ.*392. *num.*2. *par.*2. *&*
1. *deciſ.*633. *num.*1. *& in Anconit. bono-
rum coram Litta, impreſſ. apud* Marcheſ.
*de commiſſ. par.*1. *fol.*889. Greg. *deciſ.*
222. *num.*6. *& ibi addenſ. num.*12. *& in
Recanaten. prædij* 14. *Maij* 1535. *impreſ.
apud* Poſt. *de manuten. deciſ.*629. *nu.*3.
confirmata corã eodem 21. *Aprilis* 1636.
apud eundem Poſt. *deciſ.*644. *num.*3. *&
ſeq. & in Perusina relevationis indemni-
tatis* 14. *Iunij* 1610. *coram Sanctiſſimo
D. N. tunc Rotæ Auditore impreſ. apud
eundem* Poſt. *deciſ.*120. quæ loquitur
in terminis conductionis factæ per de-
functum, ex qua non poteſt compete-
re propterea manutentio hæredi, *&
apud eundem deciſ.*195. *num.*2. *et apud*
Cenc. *de Cenſ. deciſ.*339. *num.*2.
51 Et quod nec etiam competat reinte-
gratio deficiente Statuto de continuã-
da poſſeſsione, Alex. *in conſ.*37. *incipit
in cauſa mota, ſub num* 4. *verſ. et alia in-
ſuper ratione lib.*1. *mihi fol.*51. *vt planiſ-
ſime per* Gab. *de acq. poſſeſ. conclu.*6.
Molin. *de primog. lib.*3 *cap.*13. *num.*6. *et
ſeq.* vbi quod valde controuerſum eſt,
etiam ſtante Statuto præd. de conti-
nuanda poſſeſsione in hæredem ex lu-
culentiſsime ponderatis *per Rotam in
Romana hæreditatis de Fuſchis.* 20. *Iunij*
1619. *impreſ. in recen. par.*4, *tom.*2. *de-
ciſ.*128. *fol.*162. *num.*9. *et* 10. & quod
non competat reintegratio hæredi dũ
52 defunctus huculq. ad mortem poſſedit,
Beintend. *deciſ.*12. *nu.*3. Magon. *deciſ.
lucen.*4. *num.*15. Contard. *de momen. li-
mit.*2. §.1. *num.*6. Cenc. *de cenſ. quæſt.*
92. *numer.*4. *et ſeq. iuxta nouiſſ. impreſſ.
fol.*249. *alias par.*2. *quæſt.*5. *art.*3.
Quæ omnia eo acrius vrgent contra
D. Excellentiſsimũ Aduerſarium ſu-
prad. quoad bona, quæ præten-
dit ad ſe ſpectare, vti emphiteutica
Prioris S. Nicolai de Migliarino, quo-
rum reſpectu. nec etiam ſufficeret ſta-
53 tutum de continuanda poſſeſsione in
hæredem, vt ex poſſeſſ. defuncti hæres
manu-

Digitized by Google

manuteneatur, *iuxta conſ.* Cuman. 173. *in fin. & Rubei* Alex. *andrini* 121. *in fine num.* 5. *incipit D. Io. vbi*, quod nec etiã d. ſtatutum operaretur vltra primum hæredem Mareſcot. *lib.* 2. *var. cap.* 116. *num.* 6. *mihi fol.* 247. *Rota in Recen. deciſ.* 263. *num.* 2. *par.* 2. *& in Maceraten. hæreditatis coram Pamphilio ſeniore apud.* Poſt. *deciſ.* 77. *& in Veliterna coram Bembolde apud eundem* Poſt. *deciſ.* 195. *mihi fol.* 160. vbi quod requiritur declaratio Coloni ad fauorem hæredis alias non cenſetur acquiſita hæreditas, abſq. apprehenſione, Put. *deciſ.* 453. *lib.* 2. *in correct. num.* 5. *ſeq.* Poſt. *de manuten. obſer.* 55. *num.* 64. *vbi plurimos cumulat.*

Quando etiã omnia præd. pro omiſſis obtinet nihilominus nullo modo poſſet, quia ad effectum interdicti plenarij poſſeſſorij retinendę requiritur probatio poſſeſſoris tempore motę litis,
54 vel paulo ante, Mantic. *deciſ.* 72. *num.* 6. *Rota diuerſ. deciſ.* 27. *num.* 13. *&* 21. *par.* 1. *fol.* 14. cum ſex millibus adductis per Poſt. *d. tract. obſer.* 17. *per totam.*

Ratio eſt certa, dato enim quod aliquando quis poſſederit, nihilominus, quia ex poſſeſſione naturaliter apprehenſa per alterum, cenſetur priuatus non ſolum poſſeſſione naturali, ſed etiã ciuili, & quidem per modicum tempus
55 ſuppoſita ſcientia, dum autem ignorauit per decenniũ iuxta *conſ.* Aym. 235. *ſub num.* 1. paſſim per Rotam canonizatum, vt late per *Rotam diuerſ. deciſ.* 27. *num.* 10. *par.* 1. *& in recent. par.* 3. *deciſ.* 774. *num.* 2. *& par.* 4. *deciſ.* 240. *num.* 4. *& coram SS. D. N. impreſ. apud* Poſt. *de manuten. deciſ.* 123. *num.* 4. late de hac deſtinctione *addenſ. ad* Greg. *deciſ.* 303. *ſub num.* 26. *Rota apud* Cenc. *de cenſib. deciſ.* 242. *num.* 8. *fol.* 523. Alex. *conſil.* 33. *num.* 12. *lib.* 6. *pleniſſime addens ad* Burat. *deciſ.* 604. *num.* 18. *fol.* 279. *et* Poſt. *d. tract. obſer.* 58. *num.* 23. *et* 24. *fol.* 215. *iuxta nouiſſim. impreſ.*

56 Et tamen, non ſolum per decenniũ, ſed etiam per ſpatium longiſſimi temporis, primitialẽ menſam Archiepiſcopalem Piſanã poſſediſſe hæc bona conſtat, nedum ex accuratiſſime in facto deductis per D. Doctorem Hieronymum Vannium, ad quem me refero, ſed etiam ex motiuo dato per DD. Auditores Tribunalis huius de anno 1621. in quo fuit dictum hoc fuiſſe comprobatum ab anno 1578. vſq. ad tempus motæ litis, certum eſt autem, quod d. motiuum cenſeri debet tãquam pars d. ſententiæ *iuxta celebre conſ.* Soccin. 181. *incipit de duobus lib.* 2. *num.* 79. Scac. *de ſent. et re iudic gloſ.* 14. *quæſt.* 17. *num.* 72. *mihi fol.* 387.

57 Si igitur ſpatio triginta annorum omnis actio præſcribitur, & excluditur, *l. ſicut C. de præſcrip.* 30. *annorum*, Surd. *deciſ.* 3. *num.* 3. Tiraq. *de retract. Lig.* §. 36. *gloſ.* 2. Bertand. *lib.* 2. *par.* 1. *conſ.* 29. *Rota in recen. deciſ.* 270. *num.* 1. *par.* 6. *et par.* 5. *deciſ.* 359. *num.* 11. Gratian. *diſcep.* 881. *num.* 18. *et ſeq.* etiam actio ſpolij, ſeu reint grationis vt pleniſſime apud Coſt. *de iuris, et facti ignoran diſtinct.* 60. *cent* 2. *mihi fol.* 478. *ad* 488. vbi affert omnes allegationes factas hinc inde, quando emanauit celebris diuiſio *Card. Seraph.* 1360. *quam valde extollit* Menoch. *in conſ.* 150. conſtanter ſemper obſeruata in Sacro Rotę Auditorio in recent. *deciſ.* 92. *et deciſ.* 409. *num.* 8. *par.* 1. *et apud.* Poſt. *d. tract. d. deciſ.* 428. *nu.* 11. & procedit etiam contra Eccleſiam, vbi interuenit ſpatium 40. annorum, *Rota in recen. d. deciſ.* 68. *num.* 6. *et apud* Poſt. *d. tract. deciſ.* 44. *num.* 7. ergo non ſolum poſſeſſoriũ quodcunq. ſed etiam petitorium eſt omnino preſcriptum.

Sed vt ſupra dixi, nec etiam Authores D. Ad. conſtat vllo vnquam tempore poſſediſſe, etenim Inſtrumentum anni 1578. & 1602. non pro-
58 bant ipſorum poſſeſſionem in prçiudicium tertij, etiam vigore clauſulæ cõſtituti, quam ſuppono in d. Inſtrumentum legi, dum non probatur ex aduerſo tunc temporis poſſeſſio Prioris de Migliarino conſtituentis, Tiraq. *de conſtit. par.* 3. *limit.* 1. *nu* 8. *et ſeq. fol.* 171. Seraph. *d. eiſ* 302. *num.* 6. Burat. *deciſ.* 768. *num.* 4. Gratian. *diſcep* 945. *num.* 4. Ciriac. *contrau. Foren. lib.* 2. *contro* 258.

F 2 num. 4.

num.4. plurimos congerit Poſt. *demanuten. obſer.20.num.32.*

Ratio eſt manifeſta, quoniam Inſtrumentum non probat, niſi inter contra-
59 hentes, qui rogarunt Notarium eorum ſucceſſores *toto tit. res inter alios acta, &c* Fran. *deciſ.295.num.2. quem ſequitur Rota in recen. deciſ.60. num. 5. par.4. tom.2. fol.78.* & ideo ad probandum dominij acquiſitionem, ſeu poſſeſſionem contrahentiũ non cenſentur ſufficiens Inſtrumentum emptionis, vel donationis, & ſimilium, niſi probetur aliunde vendentem, ſeu donantẽ fuiſſe dominum, & poſſeſſorẽ rei venditę, *gl. & DD. in l.cum res C. de prob.* Mantic. *deciſ.198.nu.2.* Afflict. *deciſ.40.nu.1.* Surd. *deciſ.260. num.11.*

Et tamen non ſolum ex aduerſo hoc non probatur, ſed etiam ex deductis per D. in facto ſcribentem, liquido cõ-
60 ſtat D. Priorem de Migliarino non poſſediſſe tunc temporis alia bona, pręter illa, quæ hodie habet D. Andreas, & propterea cõfines appoſiti in dd. Inſtrumentis non ſunt iuſtificati, cum cõprehendant bona, à d. Priore non poſſeſſa, licet profeſſus fuerit nõ transferre, niſi ea quæ poſſidebat, vt liquet ex eiſdem verbis Inſtr. ibi per d. Iacobum tenta, & poſſeſſa, ac proinde dubitari nequit, ſtante d. equiuoco confinium erroneorum, nullum Ius, neque quoad dominium, neque quoad poſſeſſionem fuiſſe tranſlatum, vt optime ad propoſitum in Veliter. bonorum 15. Nouembris 1619. coram Buratt. *inter eius impreſ.deciſ.424.fol.64.*

Ex quibus ceſſat etiam omnis amaritudo, etiam quoad bona prætenſa tanquam libera, tanto magis, quia ad effectum, vt D. Aduoc. obtineat contra manutentionem Archiepiſcopi, opus eſſet, vt pro eius parte doceretur de iniuſtitia manutentionis obtentæ de anno 1621. itaut iniuſtitia d. manutentionis nullo velamine tueri poſſet, Caualer. *deciſ.470. num.6.* Poſt. *obſer.107. num.50.fol.363.* & tamen ex pręd. & multis alijs, quæ conſulto omitto, motus argumento Grat. *conſ.21. par.1. in fine*, cum loquar, cum Excellentiſſ. vndique de euidenti iuſtitia vbique comperta refulget.

Quare, &c. Saluo, &c.

De S.R.R. Auditorio. Cap.4.

SVMMARIVM.

1 *VBI Rota variauit, attenditur deciſio nouiſſima.*

2 *Quando liceat Rotæ Auditoribus, recedere ab opinionibus alias firmatis. & 3.*

4 *Deciſiones diſcutientes articulum ex profeſſo, potius ſunt attendendæ, quam illæ, quæ obiter, & citrà diſcuſſionem allegant concluſionem.*

5 *DD. qui in vno eodemque articolo variarunt numerandi ſunt pro ea parte, pro qua pluries reſponderunt, contra nu.6.*

6 *Stylus inconſtans & varius, nihil valet.*

De eadem re. Cap. 4.

1 QVANDO Deciſiones in eodem articulo contrariæ reperiuntur, non deſunt illi, qui ſimpliciter, & abſolute reſponderunt ſtandum eſſe nouiſſimis, & inter hos Pauin. quem refert, & ſequitur Maſcard. *de prob. concluſ.484.* annuere videtur *Rota in Burgen. quindenniorum 2. Ianuarij 1616.* coram Andrea *inter recent. par.3.deciſ.730.num.2.* & eius impreſſ. *deciſ.48. & deciſ.23.num.3. & 13. fol.51. & deciſ.70.num.3. & 4.* & ita reſpondit Gemin. *conſ. 34. num.5. verſ. nec debent.*

2 Ratio videtur clara, & manifeſta, quia cum Pius 4. in bulla reformationis Rotæ Romanæ, quæ eſt in ordine 44. in §.12. expreſſe cauerit, *item Decanus, & alij Auditores, præſertim antiquiores attendant, ne aliquid non ſolum contra Ius, ſed nec etiam contra ſtylum, & deciſiones antiquas factas in Rota, quæ impreſſæ habentur, quoquomodo decidant, etiam prætextu æquitatis in iure non ſcripta,*

pta, niſi maxima cum ratione, & diſcenſione omnibus Votis, ſeu ſaltem illorum duorum tertijs partibus. aliter faciendum iudicauerint, &c. & id ipſum confirma-
3 uerit Paul V. vt bene animaduertit Theod. Rub. *in Sing. Rot. par. 2. §. 1. fol.* 14. vtque cenſendum eſt, quod ſeruata dicta lege fuerit receſſum ab antiquo ſtylo, annuit Caſſad. *deciſ.* 22. *ſuper Reg. ſub. num. 6. verſ. item quia maior*, Loter. *de re benef. in appat. num.* 66.95. Creſcent. *deciſ.* 10. *de priuileg.* ne radarguantur prudentiſsimi Iudices, etiam ex Textu *in l. minime* 23. *ff. de leg.* Fontanel. *deciſ. cbatal.* 296. *num.* 5. Poſt. *de manut. obſer.* 103. *num.* 5. & ideo
4 deciſiones, quæ obiter, & perſuntorie, non autem ex profeſso diſcutiunt articulum, non eſse attendendas, bene monuit Rota apud Card. Seraph. *deciſ.* 299. *num.* 12. *in fine verſ. vltimo* non obſtat, quam commendat Loter. *de re benef. lib.* 1. *in appar.* 181. *fol.* 11. Ceual. *in prefat. ad com. contra com. num.* 11. *Rota in par.* 5. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 497. *nu.* 78. Calcan. *conſ.* 39. *col.* 5. *in fin.* Silua. *nupt. lib.* 5. *quomodo ſit iudicandum num.* 29. Ger. Spim *conſ.* 50. *num.* 1. Seraph. *deciſ.* 1360. & apud Merlin. *de legit. deciſ.* 60. Gabriel. *conſ.* 93. *num.* 25. *vol.* 1. *Rota in recent. par.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 128. *num.* 29. & 30. *pag.* 163. & quemadmo-
5 dum DD. qui in vno, eodemque articulo varij fuerunt, numerandos eſse, dixerunt, pro ea parte, pro qua pluries reſponderunt, monuere plurimi, quos refert, & ſequitur Ger. Spin. *conſ.* 21. *nu.* 4. *fol.* 139. ità in caſu quo Rota hinc
6 inde varia fuerit non obſtantibus traditis per M. Ant. de Amat. *deciſ. Marcb.* 11. *num.* 18. & per Gratian. *diſput.* 752. *num.* 86. Seraph. *deciſ.* 1379. vbi quod non attenditur ſtylus varius, & inconſtans, vt diximus in cap. præcedenti.

Sed quia huiuſmodi regulæ generales, recipiunt determinationem, ex peculiaribus, & indiuiduis caſibus applicantur, ideò me refero ad ea, quæ infrà pro ſubiectis materijs Deo dante ſubijciam, &c.

De S.R.R. Auditorio. Cap. 5.

SVMMARIVM.

1 **P**ROHIBITIO *alienationis, quando importet fideicommiſſum reciprocum in caſu mortis, & nu. 2. declara. num. 4. & 7. & 9.*

3 *Prohibitio alienationis adiecta pena, vel nullitate actus, eſt valida.*

8 *Linea contentiua, quando veniat appellatione, ſina, &c.*

10 *Subſtitutio conditionalis purificata conditione habetur pro pura.*

11 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ſtantibus coniecturis.*

12 *Plures coniectura ex quibus filij conditione poſiti, cenſentur vocati. 13. 14. 15. Subſtitutis, & vocatis remotioribus, multo magis cenſentur vocati deſcendentes.*

20 *Ex promiſſione alienationis, quando cēſeatur excluſum fideicommiſſum. & 21.*

An, & quando ex prohibitione alienationis reſultet fideicommiſſum reciprocum etiam in caſu mortis. Cap. 5.

FLORENTINA Fideicommiſſi di Puccio.

1 **N**ON fuit in controuerſiam reuocata certa, & indubie Iuris concluſio ex prohibitione alienationis iuncta Cauſa, quia voluit omnia, & ſingula eius bona permanere in eius familia, reſultare ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum reciprocum inter omnes deſcendentes Teſtatoris, etiā in caſu mortis iuxta theoricam Cumani communiter receptam *in l. cum ita §. in fideicom. ff. de leg.* 2. Socc. *in l. ſi cognatis* 20. *nu.* 16. & 17. *verſ. notabilia ff. de reb. dub.* prout

prout in facto conſulti reſpondere, Socc. *conſ.*12.*num.*18.*lib.*3.Gozzad.*conſ.*102. *num.*4. Aym. *conſ.*130.*num.* 10. Alban. *conſ.*200. *num.* 2. Dolan. *conſ.*23. *num.* 22. *lib.*4. *& conſ.*34. *numer.*65. Cephal. *conſ.*137. *num.* 11. *lib.*1. Becc. *conſ.* 24. *num.*4. Menoch. *conſ.*199. *num.*20. *lib.* 2. *& conſ.*85. *num.*105.*lib.*1. Beru.*conſ.* 88.*num* 5. *lib.*2. Alciat. *conſ.* 561. *num.* 1. *& conſ.*650. *num.*2. Giouag. *conſ.*75. *num.*68. *& ſeq.lib.*1. Pereg: *conſ.*45.*nu.* 16. *lib.*1. Socc. *Iun.* *conſ.*168. *num.* 38. *lib.*2. Parif.*conſ.*90. *num.* 22. *lib.*2. Decian. *conſ.*33.*num.*98. *& ſeq.lib.*1.Surd. *conſ.*67. *numer.*12. *& conſ.* 96. *num.*14. Decius *conſ.*23. *num.*3. Curt. Iun. *conſ.* 22.*num.*18. *in fin.* Ruin.*conſ.*92.*num.*5. *&* 8. *& conſ.*117. *num.*19. *lib.*2. *& conſ.* 164. *num.*9. *lib.* 3. Altograd. *conſ.*19. *num.*9.

Et in Tractatibus Molin. *de primog. lib.*1. *C.* 5. *numer.*16. Petra *de fideicom. quaſt.*5.*num.*28. *&* 42. *& quaſt.*11.*num.* 572. Caſtil. *controu.* 22. *num.* 77. *lib.*2. Marta *de ſucceſſ. par.*4. *queſt.* 21. *art.*8. *num.*3. *&* 11. Mant. *de coniect. lib.*7.*tit.* 14. *num.*24. *& lib.*6. *tit.*14. *ſub num.* 24. *verſ. quod igitur ad propoſitum*, Simon. de Pret. *cap.*883 *nu.*8. Fuſar.*quaſt.*688. *num.* 110. *verſ. ego concludo*, Gratian. *diſcep.*828.*num.*240. Theſaur.*deciſ.*96. *num.*29. *& ſeq.* millies reſpondit Rota, vt præter deciſiones adductas per Gratian.*diſcep.*828.*num.*24.*conſtat.ex deciſ.* 568. *num.*1. *& ſeq. par.*1 *.diuer. in recen. deciſ.*193. *num.*2. *&* 3. *deciſ.* 164. *nu.*4. *par.*1. *& par.*5. *deciſ.* 21. *& num.*30. *& & deciſ.*467. *num.*1. *et par.*6. *deciſ.*284. *num.*1. *et ſeq. & par.*7. 185. *num.*5. Caualer, *deciſ.*481.*num.*4.

2 Præſertim quando non contingit dubitari clauſulam, quia voluit bona ſua permanere in familia non fuiſſe adiectam ad validandam nudam prohibitionem Alienationis, quæ alias inualida fuiſſet iuſta diſtinctionem Mant. *de coniect.lib.*7. *tit.*5.*num.*16. Pereg. *de fideicom. art.*14. *num.*2. *in fine*, Fuſar. *de fideicom. quaſt.* 685. *num.* 41. Gratian. *diſcep.*209. *num.*11. *et* 14. *Rota Lucen. apud* Zuccard. *deciſ.*76. *num.*127. Altograd.*conſ.*92.*num.*24.*pag.*645. Ludou. Riccar. *b. m. inter conſ.* Fuſar. 169. *num.* 81.cum plurib. ſeq. *vbi ſub nu.*86. *verſ. et licet multi*, teſtatur, quod Florentiæ huiuſmodi diſtinctio eſt communiter recepta, quamuis multi contrarium teneant, & dietim fuiſſet per Rotam noſtram huiuſmodi diſtinctionem canonizatam, conſtat *ex Magon. deciſ.* Flor.109.*n.*2.*et ſub.die* 30 *Octobris* 1570. *in Cauſa de libris* 29. *Nouembris* 1602. *in Cauſa de Saluettis* 25. *Auguſti* 1608. *in Cauſa de Deis vltima Aprilis* 1613. *die* 20.*Martij* 1616.*in Cauſa de Spinellis* 29. *Nouemb.*1602.*in Cauſa de Cocchis de anno* 1640. *et in Florentia* 20. *Martij* 1616. & alias ſæpe.

3 Etenim citra d.rationem, quia voluit bona permanere in familia, valida fuiſſet prohibitio prædicta Alienationis, ex quo fuit per Teſtatorem adiecta pœna nullitatis actus Alienationis, quod ſufficere ad iſtum effectum, liquet ex plenè adductis per *Rotam in Romana Domus* 3. *Martij* 1617.*coram* Andrea *inter eius impr. deciſ.*105. *num.*1. *fol.* 308. Fuſar. *de fideic. quaſt.*685. *num.*18. Altogr. *conſ.*92. *num.*29. *fol.*646.

4 Sed ad pronunciandum contra fideicommiſſum mouit Iudices limitatio contra præd. regulam, quod ſcilicet tunc *prohibitio Alienationis, quia voluit bona permanere in familia*, non importet fideicõmiſſum in casù mortis, quando conſtat, Teſtatorem aliter diſpoſuiſſe in caſu mortis, iuxta *conſ.* Gabr. 132. *num.*69. *lib.* 1. quod ſequitur Odd. *de prohib: alien.quaſt.*11. *num.*15. Greg. *deciſ.*433. *num.*12. *et deciſ.* 267. *num.*4. *par.*2. *in recen. et deciſ.* 308. *num.*7. *par.* 2. *in recen. et deciſ.* 308. *num.*7. *par.*5. Fuſar. *conſ.*161. *nu.*90. *et de fideic.queſt.* 688. *num.*127.

5 Diſpoſuiſſe autem Teſtatorem implicatiuè in caſu mortis deductum fuit ex ſubſtitutione ad fauorẽ Coſmi Nepotis ex fratre, & Iacobi Tedeſchi Bruni, & vltimo loco ad fauorem Monaſterij Sanctiſſimæ Annuntiatæ.

6 Verum neq; nos pro victoria, abnegamus veritatem limitationis præfatæ, quam-

Digitized by Google

quamuis b. m. Io. Baptiſtæ Morellinus ſtuduerit eam euitare ſub prætextu quod d. limitatio reſtricta eſſet ad ſimplicem prohibitionẽ Alienationis, vnde ſecus eſſet, dum fundatur ſubſtitutio in clauſula, *quia voluit conſeruari bona in eius familia*, quod refugium, (pace, tanti viri, dixerim) miſerrimum videtur, dum fere omnes pro limitatione prædicta adducti loquuntur, retentis dd. terminis, ſcilicet, *& prohibitionis Alienationis, & clauſulæ quia voluit conſeruare bona in ſua familia*, vt inter alios clariſſime, Fuſar. *de fideicom. quæſt.* 688. *num.* 126. *verſ. limitatur ſeptimo.* Honded. *conſ.* 74. *num.* 47. *lib.* 1. nos inquam pro victoria admittimus veritatem d. limitationis, ſed negamus applicari poſſe ad caſum noſtrum.

7 Ponderando quod ad iſtum effectum requiritur, vt Teſtator in caſu mortis fecerit ſpecialem, & implicantem prouiſionem ſubſtituendo, & vocando alios, non autem eos, quorum fauore fuit facta prohibitio Alienationis; Porrò hoc caſu ſolummodo dici poteſt, quod expreſſa diſpoſitio faciat ceſſare tacitam, quæ fuiſſet inducta, niſi fuiſſet facta expreſſa, & ita loquuntur Doctores ex aduerſo allegati, *& ſignanter* Gabrrel. *d. conſ.* 125. *q.* 9. Pancirol. *conſ* 64. *num* 8. & plures quos refert, & ſequitur Fuſar. *de fideic. q.* 688. *num.* 101. ad quem ſe refert, dum ſimpliciter loquitur poſtea *in numer.* 127. Ludou. Ricciard. *b. m. in conſ.* 169. *nu.* 90. *impr. inter cõſilia* Fuſtrij *verſ. & tandem. Rota coram* Greg. *deciſ.* 433. *nu* 12. *duplicata in rec. p.* 2. *decoiſ.* 267. *num* 4.

8 Non fecit Teſtator implicantem ſubſtitutionem expreſſam, quamuis vocauerit Nepotem ex Fratre, eſto enim ſubſtitutionem iſtam expreſſam continere lineam contentiuam, quæ comprehendit tranſuerſales, quos procul dubio non conprehẽdit ſubſtitutio tacita, reſultans ex prædictis verbis, *quia voluit omnia eius bona in eius familia permanere*, quæ reſtringit ſubſtitutionem ad fauorem deſcendentium Teſtatoris, & ſic comprehendit tantummodo lineam effectiuam, attentis verbis eius familiæ, vt bene per Ruin. *conſ.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 51. *nu.* 5. *lib.* 2 Soc. Iun. *conſ.* 92. *num.* 61. *lib.* 2. Gabr. *conſ.* 132. *num.* 60. *lib.* 1. Decian. *conſ.* 10. *num.* 75. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 233. *num.* 21. *lib.* 3. *conſ.* 424. *numer.* 22. *lib.* 5. *& ita reſpondit Colleg. Ticinen. pro Triuultijs* Rimin. Iun. *conſ.* 482. *nu.* 53. Menoch. *conſ.* 233. *n.* 14. Fuſar. *conſ.* 91. *num.* 7. *& conſ.* 107. *num.* 8. *& de ſubſtit. quæſt.* 351. *num.* 11. *&* 27. *& nu.* 29. cum ſexcentis alijs, quod refert, & ſequitur Io. Baptiſta Gargiar. *conſ.* 23. *num.* 13. Seraph. *deciſ.* 1438. *num.* 11. *Rot. in rec. p.* 2. *deciſ.* 707. *num.* 3. Seſſ. *dec. Aragon.* 49. *nu.* 9. Gratian. *diſcep.* 645. *nu.* 5. *& diſcep.* 869. *num.* 27.

9 Non tamen inferri poteſt, hinc quod iſta tranſuerſalium ſubſtitutio deſtruat ſubſtitutionem ad fauorem deſcendẽtium, etiam ſi deficerent verba, ſi ſine filijs deceſſerint, quæ in caſu noſtro non deficiunt; ſi enim omiſſa haberentur pro expreſſis ex præſumpta voluntate Teſtatoris ad excluſionẽ tranſuerſalium, itaut omnes deſcendentes præferendi, nihilominus eſſent ex diſpoſitione *l. cum Auus de condi. & demon. & l. cum acutiſſimi C. de fideic.* ergo nullo modo poteſt dici, quod ſubſtitutio ad fauorem Tranſuerſalium, tanquã conditionalis impliciter ſubſtitutioni tacitę ad fauorem deſcendentium, cum ea ſit natura conditionis, vt ante purificationẽ ipſius nihil ponat in eſſe *l. Thais ancilla. §. Stichus ff. de fid. lib. Rota coram* Caual. *deciſ.* 183. *num.* 2. *coram* Duran. *deciſ.* 365. *num.* 18. Penia *deciſ.* 453. *num.* 4. & quemadmodum purificata conditione habetur perinde, ac ſi
10 pura fuiſſet ab initio, ita in caſu oppoſito habetur pro oppoſita diſpoſitione, *l. ſi alij, verſ. ſi legatum pure. ff. de alimẽtis legatis, l. ſi legatum decima, ff. eodem titulo, l. aliquando* 107. *de conditionibus, & demonſtrat ſonibus. Rota in recent. deciſ.* 172. *nu.* 64. *p.* 6. *fol.* 327. *& deciſ.* 214. *num.* 3. *&* 4. *par.* 3. Gratian. *diſcept.* 979. *nu.* 8. vnde perinde eſt, nec ſi Teſtator dixerit moriente Lenardo, Coſma. &

Iaco-

Iacobo cum filijs ſuccedant filij, ſin minus ſuccedat Franciſcus nepos ex fratre, vt bene per Fuſar. conſ.144. nu.22. conſ.91.p.2.

11 Et ideo bene applicatur Iuris concluſio, quod filij in conditione poſiti, cenſeantur vocati, accedentibus coniecturis. Ruſti. de liber.in cond.poſit. lib.2.cap. 1.n.1. Mant. de coniect. lib.2. tit.2. n.19. & ſeq. Honded. conſ.54. num. 10. lib.2. Cabal. deciſ. 105. à numer. 2. lib. 1. Surd. conſ.434. num.19. lib.3. Theſaur. deciſ.96. à num.8. vbi quod leuiores ſufficiunt, dum agitur de deſcendentibus, prout in caſu noſtro. Ruſti. ibidem num. 2. Mantic. lib.1. de coniect. tit.3. num.1. Rot. in rec.deciſ.105.num.2. p.1. Seraph. deciſ.329. num.2. Greg. deciſ. 315. nu. 5. & deciſ.329. Buratt. deciſ.897. num. 8. & ibi addens Rota in rec. p.4.tom.2.deciſ.355.nu.4.fol.448. & deciſ.422. nu.3. fol.558. & tom.3.deciſ.741.n.26.fol.435.

12 Et tamen in caſu noſtro fere omnes coniecturæ concurrunt, quas ponderant Doctores, & Tribunalia totius Europæ ad effectum, vt cenſeantur vocati.

Adeſt enim digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quam adeo magni faciunt Doctores, vt ſola de per ſe cenſeatur ſufficiens, iuxta celebre conſ. Anchar.74. Theſ. 95.num.15. & 17. Cabal. d.conſ.105. num.14. Mantic. de coniect. lib.11.cap.3. num.13. Fuſar. de fideic. q. 437. num.90. Menoch. conſ.135. nu.5. Seraph. deciſ.1329. Greg. deciſ.315. n. 4. & deciſ.329. num.5. pleniſſime Rota in Bononien. fideicom. de Boatteris 13. Maij 1641. coram b.m. Merlino, & Rota noſtra in Cauſa Floren. fideicom. de Medicibus 20. Martij 1616. pleniſſime addẽs ad Buratt. dec.385. ſub n.10. verſ. tertia eſt, Rota in rec. deciſ.389.n.7.par.4. fol.504.

13 Concurrit tam iterata poſitio in conditione quam coniecturam magni põderis exiſtimãt Fuſar. & ab eo relatã cõſ. 173. num.2. Thomat. deciſ. Macer.23. num.9. quæ ſubſtitutio reciproca, pro non leui ponderata per Surd. conſ.344. nu.17. Rota deciſ.105. par.1. in rec. cum alijs multis in d. Bononien. coram Merlino in §. appoſita etiam fuit latiſſimè addens ad Buratt. d. deciſ.385. ſub nu.10. verſ. ſexta eſt, Rota in rec. p.4.tom.2. deciſ.355 nu.5. fol.448. & deciſ.389. num. 6. fol.504. Rota deciſ.60. numer.7. apud Merlin. de pign.

14 Concurrit non ſolum quod teſtator voluit bona remanere in cippo domus Iacobi ſui filij quod admodum vrgere ad iſtum effectum liquet ex magno DD. Chatalogo adducto per Fuſar. de fideic. quaſt.437.num.78. ſed etiam prohibitio Alienationis adiecta filijs, ipſorumque Nepotibus deſcendentibus cũ ſubſtitutione in caſu contrauentionis, vnde ſi prohibitio cõprehendit omnes deſcendentes conſequenter etiam, & omnes fuerunt onerati arg. l. filius familia §. apud Marcellum ff. de leg.1. Bart. in l. Centurio num.5. de vulg. Ruſtic. in d. Trac. de fil. in cond. poſ. lib.2. cap.2. & cap.3. art.4. num.28. Rota deciſ.266. nu. 16. par.1. rec. & deciſ.102. num.5. coram S.M. Greg.15. Rota in rec. p.4. tom.2. deciſ.422. num.5. fol.558. & hæc quidem prohibitio vetita eſt cauſa, quia voluit bona permanere in eius familia, quod votum perpetuandi bona in deſcendẽtibus non ſortiretur effectum, niſi eſſẽt vocati, Ruin. conſ. 122. num.4. lib.2. Fuſar. de ſubſt. quaſt.437. num.114. Rota in in d. deciſ.266. num.12. p.1. rec. & deciſ.481. num.1. coram Card. Caualcri & quidem per fideicõmiſſum, & gradatim cum ſub verbis perpetuitatem denotantibus, ſint etiam omnes vocati per nomẽ collectiuum, nempè filiorum, & deſcendentiùm, Menoch. cõſ. 85. num.67. Pereg. de fideic. art.13. ſub num.86. Mant. de coniect. lib.8. tit.12. num.11. Fuſar. de ſubſtit. quaſt.382. nu. 92. & ſeq. Rota deciſ.668. num.1. par.1. diuerſ. & d. deciſ.266. numer.12. p.1. rec. cum alijs elegantiſſime deductis per Rotam in d. Bononien. de Boatteris in §. concurrit, & quod prohibitio alienationis prædicta vrgens cenſeatur coniectura, Rota in rec. deciſ.40.n.5. pag.5.

16 Concurrit demum, quia vltimo loco fuit ſubſtitutum Monaſterium SS. Annuntiatæ, quod operatur, vt filij in condi-

conditione poſiti cenſeantur vocati, vt latiſſime per *Rotam in rec. deciſ.* 40. *num.* 6. *p.* 5. Thomat. *d. deciſ.* 23. *n.* 15.

16 Subſtitutis enim, & vocatis remotioribus, eo magis cẽſetur vocaſſe deſcendentes, *Rot. in rec. p.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 661. *num.* 6. *f.* 322. *& tom.* 2. *deciſ.* 189. *num.* 10. Fuſar. *conſ.* 67. *num.* 5. *vbi plurimos, & conſ.* 3. *conſ.* 173. *num.* 6. *fol.* 168. *f.* 2.

17 Accedit quod filij in cõditione poſiti fuerunt cum qualitate legitima, & naturali, quam eſſe potiſſimam coniecturam ad iſtum effectum põderauit Rota plurimis allegatis in *deciſ.* 422. *num.* 4. *tom.* 2. *f.* 558. *p.* 4. *in rec. pleniſſimè* Fuſarius *in conſ.* 38. *num.* 6. *fol.* 193.

18 Si igitur tantum abeſt, vt ex ſubſtitutione ad fauorem Nepotis ex fratre, & Mattei Tedeſchi, *ſi deſcendentes Teſtatoris ſine filijs deceſſerint*, arguatur ſubſtitutio implicans, & repugnans fideicommiſſo ad fauorem omnium deſcendentium, vt potius hinc ſubſtitutio ad fauorem eorumdem deducatur ex premiſſis, vt etiam pluribus relatis arguitur *in rec. p.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 432. *num.* 8. *&* 9. *f.* 558. vt preter cumulatos *per* Fuſar. *de fid. quæſt.* 437. *num.* 83. Rota noſtra in d. de Medicibus fideicom miſſi 20. Martij 1616. verſ. quinta, & quidem vrgentiſſima, vt in copia, quæ infra datur, & in alijs ſupra adductis, ergo ceſſat omne dubium preperam deſcerniſſe Iudicibus pro motiuo ad excluſionem fideicommiſſi ad fauorem deſcendentium, quod re vera erat pro incluſione, & ſic fideicommiſſum fuiſſe purificatum ad fauorem D. Mariettæ, quæ eſt ex deſcendentibus Teſtatoris, & quamuis fœmina, nihilominus comprehenſa, vt elegantiſſimè deducitur in d. Bonon. non ſolum coram Merlino, ſed etiam coram D. Cerro.

19 Sed quatenus etiam ipſa non cenſeretur vocata tanquam fœmina ſatis obtineret tanquam hæres Tomæ, qui alias fuiſſet vltimus vocatus, quique agnouit d. fideicommiſſum, & tamen etiam ſi non agnitum tranſmiſſum fuiſſet, *l. à teſtatore ff. de condi. & demon. l. poſtulante ff. ad Trebell. Peregr. de fideic. art.* 22. *num.* 3. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 487. *num.* 1. *&* 8. præſertim dum agitur de fideicõmiſſo aſcendentis. Card. Mant. *de contec. lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 13. *Rota in d. Bononien. de Boatteris* 17. *Februarij* 1642. *coram Merlino in fine.*

20 Minus obſtat alterum fundamentum, ex quo moti fuerunt DD. Auditores ad iudicandum contra fideicommiſſũ deductum ex permiſſione Alienationis inter deſcendentes, quia d. permiſſio non eſt ſimplex, ſed quando opus eſſet, quod ſupponit caſus, in quibus licet alienare, præſertim intervocatos, de quibus Mereſcott. *lib.* 3. Varian. *c.* 10. *num.* 139. Fuſar. *de fuctc. q.* 535. *& q.* 536. Rot. *in rec. deciſ.* 128. *num.* 10. *p.* 5. Coccin. *deciſ.* 104. *num.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 19. Gratian. *diſcep.* 832. *num.* 32. *&* 35. *&* 37. ergo non deſtruit fideicommiſſum prędictum, tanto magis, quia alias vna, & eadem diſpoſitio contineret in ſe implicantia contradictionem, quod vndique reicitur, ſi quidem ſi iſta permiſſio Alienationis deſtrueret fideicõmiſſum, vtique reciprocæ, & plurimæ aliæ ſubſtitutiones expreſſæ in eodem teſtamẽto prorſus deſtruerentur, quod magnum eſſet abſurdum, & ideo interpetrandum eſt, vt vna pars Teſtamenti aliam non deſtruat, *l. nam adeo ff. de condit. & demonſtr,* Fuſar. *conſ.* 4. *num.* 34. quemadmodum etiam ſimilis interpretatio facta fuit *per* Rotam *in dec.* 71. *apud* Merlinum *de pig. num.* 4. *f.* 95. vbi facultas dotandi ex bonis

21 fideicõmiſſarijs interpretantur ad ſubſtinendum fideicommiſſum, prout patitur eius natura, iuxta terminos, Authen. *reſque, de qua* Duran. *deciſ.* 241. *num.* 23. & in puncto Fuſar. *conſ.* 148. *num.* 1. *& ſeq. fol.* 103. *p.* 2.

Quare exiſtimo de Iure non retardãdam immiſſionem, &c. Salu. &c.

Ex lib. Mot. Die 20. *Martij* 1616.

Celebris, &c.

QVinta, & quidem vrgentiſſima eſt coniectura deducta ex ſubſtitutione

G

tione fratrum, & filiorum, ac deſcendentium illorum, nam tunc filij inſtituti poſiti in conditione, vocati cenſentur ex regula *l. ſi viua Matre C. de bon. mater. l. pub §. 1. ff. de cond. & demon.* quia abſurdum eſt, quod filij, vel deſcendentes à proximiores in gradu, & ita magis dilecti ſint deterioris conditionis, quam tranſuerſales, vt arguit Piſcell. *d. l. 3. num.* 19. Tiraq. *de primog. q. 40. & num.* 51. Gabr. *lib. 4. com concl. tit. de fideicom. concl. 6. num.* 2. Cephal. *conſ. 45. lib.* 1. quam præſumptionem egregiè deducit, Curt. Iun. *conſ. 26. num.* 16. Rolad. Crauett. Ruin. *& alij de quibus* Cabal. *conſ. 105. lib. 1. num. 20. & num. 25. relati à* Ruſtic. *lib. 5. c. 1. num. 20. & c. 7. num. 4. & optimè concurrit noſtro facto.*

De S.R.R. Auditorio. Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *DONATIO facta à pluribus ſufficit, quod fuerit acceptata à primo Donatario declara, vt num. 4. & 13.*

2 *Stipulari alteri nemo poteſt*

4 *Leges municipales diſponentes de contractibus, non procedunt in Donatione Iuris patronatus.*

5 *Exorbitantia à Iure communi ſtrictè interpretantur.*

6 *Donatio facta abſenti, quando valeat.*

7 *Stipulatio ad fauorem abſentis, quando requirat ratihabitionem.*

8 *Donatio, an poſſit ratificari poſt mortem Donantis, & 9.*

10 *Deficiente ſtipulatione, & acceptatione Donatarij viuente Donante corruit Donatio, & 11.*

12 *Præſentia Donatarij, an præſumatur.*

14 *In Donatione fideicommiſſaria requiruntur quinque Teſtes.*

15 *In Donatione Iuris patronatus requiritur approbatio Epiſcopi, ſeu Vicarij habentis ſpeciale mandatum.*

16 *An requiratur antè obitum Donatarij, & Donatoris Rota variauit.*

18 *Præſumpta approbatio ordinarij ſufficit, iuncta obſeruantia, & 23.*

19 *Obſeruātia quoad vnum ex donatarijs, quando iuuet condonatarium, & 20.*

22 *Hæres, & Donatarius poteſt præſentare citra approbationem Donationis per Ordinarium, & 25.*

24 *Pendente approbatione ordinarij hæres Donantis poteſt præſentare.*

27 *Dupplicem titulum habens, poſſidere præſumitur, ex titulo magis perſpicuo.*

28 *Titulus conditionalis non impleta conditione, non ſufficit ad præſcribendum.*

34 *Approbatio Donationis negata à Papa, non poteſt approbari ab ordinario.*

35 *Donatio Iuris patronatus Eccleſiaſticorum, non poteſt approbari ab ordinario, ſed requirit auctoritatem Apoſtolicam.*

36 *Mandatum, ſeu ratificatio non præſumitur.*

37 *Probationes debēt neceſſario concludere.*

39 *Donatio facta alieno nomine, non conualidatur ex aditione hæreditatis, ſed requirit, vt poſtea donet tanquam hæres.*

40 *Aditio hæreditatis eſt probanda.*

41 *Reus, et poſſeſſor vincit per non Ius Actoris, et 42.*

Ius patronatus probatur ex præſentationibus continuatis ſpatio quadraginta Annorum.

43 *Centenaria perſcriptio præſtat meliorem tit. de mundo, et 44.*

De Donatione facta pluribus, an, & quando ſufficiat ſtipulatio primi Donatorij.

Florentina Donationum. Cap. 6.

QVam vis conſultiſſime firmata in deciſione edita per Reuerendiſſimos DD Meos pro iuſtificatione. Sententiæ latæ de eorum voto ad fauorem nobilis adoleſcentis Domini Vbaldi de Cataneis Canonici Florentini, præſertim ad excluſionem reſtrictiue, erudite deductæ per Excellentiſſimum D. Meum Ioannē Federighium Conſultorem in hac cauſa optime meritū DD. de Sbaccaris (pro limitatione ſubſidij, *l. quoties, C de donat. ſub*

nat. ſub modo, ad caſum tantumodo ſub-
ſtitutionis in donatione), corroborari
1 poſſe vlterius videatur, ex plurimis ad-
ductis per Rotam in Mediolanen, dona-
tionis de Porris 12. Februarij 1559. coram
Orano impreſſ. apud Poſt. de Manutent.
deciſ. 390. num. 3. confirmata coram Car-
dinali Hieronymo Pamphilio 4. Iuni
1600. & impreſſa apud eundẽ Poſt. deciſ.
85. n. 1. f. 77. & in Rom na pecuniaria co-
ram Merlino 30. Aprilis 1629. in par. 5.
recent. deciſ. 270. num. 7. fol. 514. & de-
ciſ. 194. nu. 57 & ſeq. & par. 6. deciſ. 203.
num. 21. fol. 381. mutuoque acceptum
auxilium à regula tradita per tex. in
2 l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de verb. oblig.
de qua Duran. deciſ. 277. num. 10. vt ne-
mo alteri ſtipulari valeat Rot. coram
Gregor 15. deciſ. 401. num. 12. inane de-
tegatur ad euitãdam vim ſtipulationis.
primi donatarij ad fauorẽ ſubalterna-
torũ, etiã ex ſtatuto noſtro ſub Rub. 39.
lib. 2. vbi quod vnuſquiſque alteri ſtipu-
lari poſſit, neq; ratihabitio neceſſaria ſit,
vt in puncto ita arguit Gerius Spin. in
conſ. 38. n. 6. & ſeqq. fol. 213. & idipſum
in terminis ſtatuti Bononien. continẽ-
tis ſimilem diſpoſitionẽ pluribus exor-
nauit Rota coram Illuſtriſſ. D. Meo Cor-
rado inter impreſſ. apud Merlin. de pign.
deciſ. 110. num. 31 fol. 145. Couar. var.
lib. 1. cap. 11. ſub num. 13. verſ. Tertio
3 apparet, prope fin. fol. mihi 79. Coccin.
deciſ. 435. num. 7. niſi forte diceremus
has municipales promiſſiones non eſſe
adequatas ad huiuſmodi donationes
iuris patronatus, vt reprobato Caſtrẽ-
ſe in terminis ſtatuti Florentini in cõſ.
194. lib. 1. reſpondit Rota deciſ. 238. ſub
num. 8. verſ. in 2. vero &c. apud Pacif. de
Saluian. duplicata apud Marcheſ. de
comm. par. 1. fol. 1020. Rota in recent. de-
ciſ. 707. num. 3. p. 1. Verum quicquid ſit
de prædictis, & alijs huiuſmodi, bonũ-
ius DD. de Sbaccharis reuiuiſcit, põde-
4 rando ſuffragiũ d. l. quoties eſſe Subſi-
diariũ ad ſubueniendum impoſſibilitati
ſubalternatim donatorum adhuc non
exiſtentium in rerũ natura, & ideo lex
pro ipſis contentatur ea ſtipulatione, &
acceptatione, quæ fieri poteſt, vt con-
ſultiſſimè ponderatur Molin. de primog.
lib. 4. cap. 2. num. 75. verſ. idcirco lex. Ci-
riac. contr. 312. num. 89. & ſeqq. quos ſe-
cuta fuit Rot. in Romana Saluiani de Ca-
ſalibus coram Reuerendiſſ. D. Meo Cerro
2. Iunij 1641. apud Merlin. de pignor. de-
ciſ. 50. num. 24. fol. 63. confirmata coram
Reuerendiſſ. Peutingero 13. Iuny 1644.
impreſſæ apud eundẽ Merlin. deciſ. 86.
n. 5 f. 102. & dec. 98. n. 8. & ſeqq. fol. 122.
Ergo iuuare non potuit Dominum
Peregrinum de Cataneis, & Hoſpita-
larium Innocentiũ ſub alternatim do-
natos ex eodem Inſtrum. cum quo ad
iſtos vrgere non potuerit, impoſſibili-
tas, ſed difficultas acceptationis, & ſti-
pulationis, dũ vterq; eorũ eſſet in rerũ
natura, & potuiſſent facile ſtipulari, &
acceptare donationẽ proſe, ſuiſque ſuc-
ceſſoribus, certũ eſt autem, quod cõtra
rationẽ iuris introductũ eſt, ſtricte in-
telligendum eſſe, & non poſſe trahi ad
5 conſequentiã l. quod vero contra ff. de le-
gibus, & ibi omnes ſcribentes D. Anton.
Merend. lib. 13. contron. cap. 16. num. 3.
verſ. cum hæ conſtitutiones vol. 3.
6 Tantum enim eſt de eſſentia donatio-
nis, quæ fit abſenti, vt interuenire de-
beat legittima ſtipulatio pro abſẽte, aut
Nũcius, ſiue Epiſtola l. abſenti de donat.
Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 6. num. 17. et
18. et tit. 7. num. 14. vbi quod prædece-
dente nuncio euaneſcit donatio, plu-
rimos refert, & ſequitur Capic. deciſ.
180. num. 8. Cancer. var. reſol. tit. de
donat. nu. 36. Antonin. var. reſolut. lib.
2. reſol. 49. num. 12. et ſeqq. mihi fol. 343.
Lotter. de re benef. lib. 3. quaſt. 1. num.
20. et ſeqq. et queſt. 17. num. 207. Clar.
§. donat. queſt. 12. Cabal. conſ. 568. n. 4.
lib. 1. Ciriac. cont. 58. num. 2. Rota in re-
cent. par. 4. tom. 3. deciſ. 716. num. 15. et
part. 7. deciſ. 69 numer. 11. et p. 4. tom. 2.
deciſ. 421. et deciſ. 428. num. 2. et deciſ.
294. num. 4. et apud Merlin. de pignor.
deciſ. 110. numer. 31. plurimos Thelo-
gos, et Canoniſtas refert, et ſeqq. Bo-
nacc. de promiſſ. diſputat. 5. quaſt. 11. punct.
4. num. 2. fol. 279. Sanch. de matr. di-
ſput. 6. nu. 3. & in terminis Iuris Patro-
natus Rota in Ferrarien. Iuris Pat. in p. 7.

recent. deciſ. 37. num. 2. 5. & 13. fol 76. Viuian. de Iur. patr. lib. 4. cap. 4. n. 60. & ante eos Ruin. conſ. 108. num. 9. vol. 5.

Quantum eſt de eſſentia hominis rationalitas, & conſenſus vtriuſque partis in quolibet contractu, vt bene arguũt, Lotter Sanch Bonaccin. Cancer. & alij plurimi mox citati, & preterea Gabriel. conſ 112. n. 6. & 7. vol. 1. optime Petrus de Onate de contract. tit. de promiſ. n. 31. ſection. 4. tom. 2. fol. 95. & clarius in diſput. 29. tract. 10. ſect. 10. de donat. num. 153. fol. 1 9. eod. tom. 2. D. Anton. Merend. lib. 13. controu. cap. 16. numer. 18. tom 3. vbi magiſtraliter ex ſuis principijs rem illuſtrat.

7 Quinimo requirunt præter ſtipulationem ad fauorem abſentis eius ratihabitionẽ, vt liquet ex magno DD. cathalogo relato per Robuſteriũ in ſuo voto impreſſo apud Zach. de oblig. Camer. deciſ. 123. n. 15. duplicato inter recent. par. 1. deciſ. 12. (iuxta quod inclinaſſe Rot. in deciſ. coram eodem Robuſterio impreſſa apud eumdem Zachiam deciſ. 124. & aperte tenuiſſe huiuſmodi ſententiam coram Card. Seraph. deciſ 472. num. 6) dixit Rot. in recent. deciſ. 369. nu. 3. p. 2. dupplicata coram Greg. XV. deciſ. 577. n. 3. vbi de veriori, & rurſus in recent. par. 7. deciſ. 27. num. 19. fol. 52. & plurimis relatis in deciſ. 50. num. 4. apud Merlin. de pignor. & ſpeciale eſſe in Infantibus, vt ratihabitio non ſit neceſſaria Rot. in recent. deciſ. 294. num. 5. fol. 364. par. 4. tom. 2. & diſtinctionẽ de qua Beltram. in addit. Gregor. deciſ. 97. num. 8. quod huiuſmodi ratihabitio requiratur omnino ad effectum acquiſitionis, quãuis nõ ſit neceſſaria ad effectum, ne pœnitere poſſit donatorem adhibuit Rot. coram Penia deciſ. 563. num. 2. & par. 4. in recent. deciſ. 142. & deciſ. 653. & tom. 2. deciſ. 294. num. 4. & deciſ. 428.

8 Ita vt præcedẽte donatione antequã donatarius ratam habuerit res amplius non dicatur integra, ac proinde corruat, ac ſi donatio facta non fuiſſet Caſtren. conſ. 195. n. 4. & 10. lib. 2. Decius conſ. 226. num 8. Io. Ant. Rubeus conſ. 132. num. 2. fol. 88. Caſcar. conſ. 7. n. 38. Tiraq. de conſtit. 3. p. limit. 30. num. 37. mihi fol. 337. Surd. conſ. 60. num. 17. vol. 1. Sanch. de matrim. Bonac. de promiſſ. diſput. 3. quæſt. 11. puncto 4. num. 2 & 4. Mihi fol. 280. quia Ius acceptandi do-
9 nationem ad heredes non trasfertur, vt conſultiſſime probauit Anton. Fab. in cod Fabr. lib. 10. tit. 36. definit. 21. cum plurimis relatis per Cancer. var. cap. 8. de donat. à num. 42. Crauet. conſ. 252. num. 1. Cabal. conſ. 168. num. 2. & ſeq. lib. 1. Caualer. deciſ. 354 num. 3 fol. 313. Rota in recent. par. 3. deciſ. 591. mihi fol. 551.

Quæ opinio licet non careat contradictore, vt liquet ex Molin. de primog. lib. 4. cap. 2, num. 76. Surd. deciſ. 206.

10 Tamen vbi cum defectu ſtipulationis, & ratihabitionis defecit acceptatio donatarij, prout in noſtris terminis hoc caſu dubiũ non reſtat deficiẽtibus ſubſtantialibus contractus, donationẽ corruere Clar. in § donatio quæſt. 13. nu. 5. verſ. pariter Gabr. conſ. 112. a num. 5. in fin 6. & 7. vol. 1. Caualer. deciſ. 354. n. 2. Rot. in recent. par. 2. deciſ. 229. num. 6. & part. 7. deciſ. 69. nũm 76. fol mihi 142. & p. 3. deciſ. 591. num. 2. & ſeq

11 Et quod procedat etiam ſi agatur de donatione ad fauorem loci Pij, ſeu Eccleſiæ abunde dixere Clar. d. quæſt. 12. num. 6. Cancer. d. cap. 8. num. 37. Curt. Iun. conſ. 120. nu. 2. Pic. ad ſtat. Vrb. lib. 1. conſ. 151. Gl. 8. num. 20. Bald. Tomas tit. de priuileg. pia cauſ. cap. 219. nu. 321. fol. mihi 682.

Neque vulnera huiuſmodi recipiunt medelã ex præſentia Peregrini de Cataneis, eo quia ex verbis Inſtrumenti (pro vt dicitur in motiuo) nulla appareat ſuper hoc repugnantia, vt per adden ad Clar. d. quæſt. 13. num. 6.

12 Quoniam ad eam excludendam ſufficit. quod ex verbis Inſtrumẽti non cõcludatur præſentia, vt benè diſtinxere Car. Mant. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 7. num. 6. fol. 12. & præter plurimos, quos refert, & ſeq. Cancer. d. cap. 8. donat. n. 46. Rot. coram Card. Caualer. deciſ. 354. num. 2. Si quidem quod non legitur in eo affirmari non debet, vt dixit

Rot.

Rot. in recen. deciſ. 194. *p.* 5. *num.* 7. Minus iuuat, quod Chriſtophorus primus donatarius ſtipulatus pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus comprehenderit DD. de Cataneis, & Hoſpitalarios, quoniam repugnat verba inſtrumenti, dum fuit appoſitum pac-
13 tum reſolutiuũ eius donationi, quandocunque deficeret eius deſcendentia vt bene ponderauit Gabr. *conſ.* 112. *incipit tres quæſtiones num.* 8. *verſ. et ſic non putet vol.* 1. vnde reſoluta donatione etiam donatarij ſtipulatio reſoluitur, tanquam correſpectiua *ad tex. in l. neceſſaria* §. 1. *de peric. rei vend. cum plurimis per Rotam apud* Viuian. *de Iur. pat. deciſ.* 115. *num.* 8. *fol* 241. Alioquin verba illa nullitatis in Inſtrumento donationis eſſent otioſa contra ea, quæ docuit *Rot. in recent. par.* 5. *deciſ.* 194. *num.* 26. Surd. *deciſ.* 272. *num.* 36. Animaduertendo, quod in facto non ſubſiſtit ſuppoſitum præcipuũ motiui, quod Chriſtophorus donatarius promiſerit obſeruantiam contentorum in Inſtrumento donationis, & ſe ſuaque bona obligauerit, vt contingit in dictà *deciſ.* 86. *num.* 6. vbi benè diſtinguitur apud Merlin. *de pignor.* Gerius Spin. *conſ.* 54. *num.* 30. *fol.* 292. Et ideo retorquetur motiuum.
14 Tandem ſubſtineri nequit vigore fideicommiſſi, vt prætenditur in motiuo, quia deficit adequatus numerus teſtium, cum tunc deſiderentur quinque teſtes licet in contractibus duo ſufficiant, vt diſtinxit *Rota in deciſ.* 9. *part.* 7. *recent. num.* 15. *&* 16. *fol.* 19. Mantic. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 7. *num.* 27. *fol.* 14. Peregrin. *conſ.* 26. *lib.* 6. *fol.* 70.
15 Quæ omnia acrius vrgent iuncto defectu approbationis Epiſcopi omnino neceſſariæ, cum ſine ea non cenſeatur abdicatum ius ab ipſo donante, & non ſufficit approbatio Vicarii Generalis; dum ſuper hoc non probatur ſpecialiter ſibi fuiſſe mandatam iuriſdictionẽ. *Garg. de benef. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 75. Greg. *deciſ.* 420. *num.* 2. *& ibi addens. Rot. apud* Viuian. *de Iur. patr. deciſ.* 128. *num.* 6. *& deciſ.* 151. *& alia paſſim.*
16 Et requirebatur ante obitum donatarij, & donatoris, quamuis enim *Rot. in deciſ.* 17. *in antiq. de iur. patr.* reſoluerit pro maiori parte, quod potuerit ſubſequi conſenſus ordinarij, quandocumque etiam poſt obitum donantis, hæc tamen Sententia tanquam valide impugnata per Abb. *in quæſt.* 5. *incipit* Augerius *in* 1. *dubio, & per* Lambert. *de Iure patr. p.* 2. *art.* 17. *q.* 1. *num.* 2. Sanchez *conſ. mor. lib.* 2. *in p.* 3. *dub.* 77. fuit in dubium reuocata per Rotam, vt liquet *ex* Put. *deciſ.* 18. *lib.* 2. *in corr. & nouiſſimè in deciſ.* 151. *num.* 10. *apud* Viuian. *de Iur. patr.* licet iam reſolutum fuerit ad fauorem primi in præiudiciũ poſterioris donatarij *in* Baren. *Iuris patr. apud.* Viuian. *deciſ.* 140. *& in part.* 7. *recent deciſ.* 101. *num* 7. *&* Beltram. *ad* Gregor. *d. deciſ.* 420. *num.* 7. Riccius *deciſ.* 224. *num.* 9. *par.* 1. *mihi fol.* 466. Viuian. *d. tract. de Iur. patr. lib.* 4. *c.* 4. *num.* 74. *fol.* 203. quod fuit moderatum poſtmodum, *vt in deciſ. coram* Duran. 415. *ſub. num.* 4. *verſ. non obſtat &c.* etiam ad excluſionem præiudicij alterius, ac proinde, dum res integra fuiſſet, vt bene *In ead. Feſulana benef.* 14. *Martij* 1650. *coram Illuſtriſs.* D. Meo Corrado *prope fin.*
17 Tamen in caſu noſtro ceſſare videtur omnis diſputatio, quoniam ſaltem debebat interuenire ante obitum donatarij, & antequam vacaret beneficium, vt diſtinxit *Rota in Piſana Capella* 24. *Nouembris* 1586. *coram* Bubalo, confirmata coram Comitulo prima Iulij 1587. ambæ relatæ per extenſum apud Viuian. *de Iur. patr. d. part.* 1. *c.* 4. *ſub. nu.* 74. *fol.* 203. *Rot. in recent. par.* 6. *deciſ.* 356. *num.* 18. *& ſeq. fol.* 676. Mantic. *deciſ.* 86. *num.* 8: *addens ad* Buꝫat. *deciſ.* 702. *num.* 11. *& ſeq. fol* 35. Ruin. *conſ.* 108. *num.* 6. *in fin. vol.* 5. *verſ. & ideo etc.* Soccin. *iun. conſ.* 79. *num.* 37. *vol.* 2. attentis præcipuè eis, quæ tradit. Gratian. *et ab eo relati diſcept.* 887. *numer.* 16.
18 Neque vim præfatorum euitari poteſt ex præſumpta approbatione, tam ex lapſu longi temporis, quam ex ſubſequtis

ſequtis inſtitutionibus ad præſentatio-
nem deſcendentium Chriſtohori pri-
mi donatarij, ſi quidem deeſt obſeruã-
tia à qua vires accipere non dubitatur,
vt *in recent. deciſ.707. num.2. part.1. et
par.5. deciſ.277. num.4. et deciſ.191. nu.
9. et par.7. deciſ.202. num.7. deciſ.5. nu.
6. deciſ.186. num.11. deciſ. 304. num.9.*
Viuian. *de Iur. patr. par.1. cap.4. lib.4.
num.74. Rota apud eumdem deciſ.23. nu.
5. et deciſ.151. num.7. fol.348.*
Aut enim DD. Catanei ſe fundãt in
tempore, quo ſuperſtites fuere de-
ſcendentes D. Chriſtoph. aut poſt-
quam defecerunt, & neutrum ſuffra-
gatur.
19 Quando enim admitteremus obſer-
uantiam reſpectu Chriſtophori, & de-
ſcendentium, nihilominus, cum non
ſolum diuerſa ſit illa donatio, quamuis
contenta in eodem Inſtrumento *l. ſcire
debemus, l. quod dicimus de vrb. oblig. cum
plurimis per Rot. in recent. part.7. deciſ.
311. nu.5. & 6.* Grat. *diſcept.247. nu.9. &
deciſ.332. num.5. & diſcept.751. nu.23.
Rot. in recent. par.5. deciſ.270. num.7. &
p.6. deciſ.203.*
20 Sed etiam implicans contrarietatem
cum vna excludat ortum alterius *l. vbi
repugnantia ff. de reg. Iur.* Grat. *diſcept.
290. num.21. Rot. in recent. p.4. tom.3.
deciſ.725. num.14.* ex obſeruantia vnius
non infertur ad alteram, cum ea nõ ar-
guatur, niſi ex identitate rerũ, & per-
ſonarum, vt benè per *Rotam apud* Poſt.
de manuten. deciſ.321. num.31. & in
fortioribus terminis vrgent pulcherri-
ma *deciſ.77. num.16. coram* Comitulo,
& Viuian. *d. tract. d. cap.4. lib.4. ſub nu.
7. verſ. & Epiſcopus vbi, fol.197.* per Ex-
cellentiſſ. D. meum Federighium ad-
ductæ, & ratio eſt euidens, quoniam
non poteſt argui obſeruantia vbi non
venit caſus, vt dixit *Rot. in rec. par.3.
deciſ.378. num.3. verſ. qua in hoc caſu
non habetur.*
21 Sed quod peius eſt, nec etiã obſeruan-
tia donationis reſpectu Chriſtophori,
& deſcendentium ſatis probatur, quia
tanquam hæres donatoris potuit præ-
ſentare, Card. Caual. *deciſ. 395.*
22 *numer. 1. fol. 354.* & nulla indi-
guit confirmatione Ordinarij, vti
traslato Iure patronatus ex titulo vni-
uerſali *cap. cum ſaculum, cap. ex literis
de Iur. patr. Rot. deciſ.121. num.5. apud*
Viuian. *d. tract.* Mantic. *deciſ.140. cum
alijs per eumdem* Viu. *lib.4. cap.7. a num.
8. & 9. cum ſeq. Rot. in recent. par.6. de-
ciſ.207. num.15. & ſeq.* Conſtat autem
quod quando interpretari poteſt inſti-
23 tutio ordinarij citra approbationẽ do-
nationis, quod non intelligitur per in-
ſtitutionem ipſius, donatio approbata,
quoniam non probatur hoc eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe. *Rota diuer. de-
ciſ.523. num.8. par.4. & deciſ.74. num.8.
apud* Viuian. *de Iur. patr.* Cocin. *deciſ.
104. num.11.* & voluntas, quæ ex actu
deducitur non concludit, vltra id, quod
ex neceſſitate ex eo actu infertur, iuxta
theoricam Bart. *in l.1. §. ſi quis hoc, in
fin. de itin. act. uq. priuat.* Gratian. *diſcept.
697. num.7.* ſola enim poſſibilitas ex-
cludit neceſſitatem, quæ eſt de eſſentia
probationis *l. neq. natales C. de probat.
Rot. in recent. deciſ.323. nu.4. p.2.* Coc-
cin. *deciſ.379. num.9.* & ad excluden-
dam ratihabitionem ita ratiocinantur
Gabr. *conſ.36. num.56. vol.1.* Buratt. *de-
ciſ.136. num.8.* & in terminis ad exclu-
ſionem obſeruantiæ ita concludit *Rot.
coram* Andrea *deciſ.92. num.4.* & con-
tra tacitam aprobationem Ordinarij in
puncto ita arguit *Rot. in deciſ.6. num.
5. apud* Viuian. *de Iur. patr. & ipſemet
id animaduertit in d. p.1. cap.1. lib.4. nu.
7. verſ. & ſi legetur fol.197. Rota in Mon-
tis alti beneficij 18. Maij 1646. in §. nec
facit, & in Feſulana beneficij 26. Iunij
1648. §. Secundum, coram Illuſtriſſ. D.
meo* Bichio.
24 Si enim quando diuerſa eſt perſona
donatarij ab ipſomet hærede non im-
peditur hæredi (antequam ſuperuene-
rit approbatio Ordinarij) inſtitutio
eius preſentati, Lambert. *de iur. patron.
art.17. quæſt.1. p.2. lib.1. ſub num.10. verſ.
ſed ſi aliquis &c.* Sanch. *conſ. mor. lib.2.
cap.3. dub.77. num.6.* Put. *deciſ.18. lib.
2. Rot. in recent.337. num.7. p.2. & apud*
Viuian. *deciſ.151. numer.12.* Duran.
deciſ.

Digitized by Google

*deciſ.*189. *num.*9. *addens ad* Buratt. *deciſ.*702. *num.*13.

25 Ergo multo magis quando Ius hæreditarium, & donationis verſatur circa eamdem perſonam, vt contingit in caſu noſtro, cum in beneficialibus detur multiplicatio titulorum. *Rot. deciſ.*731. *num.*19. *par.*1. *diuerſ. & in recent. par.*2. *deciſ.*489. *num.*4. *Rot. apud eumdem* Viuian. *deciſ.*89 *num.*4. *& deciſ.*39. *nu.*4. Imò etiam in profanis pluralitas titulorum præſumitur ad excluſionẽ Acto-
26 ris. Ruin. *conſ.*46. *num.*16. *lib.*4. *Rota coram* Coccin. *deciſ.*317. *nu.*5. & quod præſentatio facta de iure patronatus hereditario, præſumatur facta, tanquã ab herede ſi erat in gradu ſucceſſibili, & ſufficiens ſit pro aditione hæreditatis. *Rota coram* Card. Caual. *deciſ.* 395. *num.*1. *fol.*354. Præſertim cum donatio ſit conditionalis, quæ non cenſetur in eſſe deducta donec ſit probatũ plenè, & concludenter conditonis implemẽtum. *l. cedere diem. de verb. ſignif.* Bertaz. *conſ. crimi. cap.*5. *num.*23. Becc. *conſ.*75.
27 *num.*13. *vol.*2. *Rot. in recent. deciſ.*573. *num.*1. *p.*1. Buratt. *deciſ.* 876. *num.*4. Quando autem duplicem titulum habere contingit, poſſidere præſumitur ax titulo ſibi magis proſpicuo *Rota in recent. deciſ.*305. *nu* 3 *p.*7. *tom.*2. *fol.*377. *per tex. in l. ſi paterna, & ibi ſcrib. C. de repud. hered.* Magon. *deciſ. Flor.* 64. *nu.* 33. *& ſeq. Rot. in recent. deciſ.*495. *n.*3. *p.*1. & præter alios quos refert, & ſequitur Pratus *deciſ.*31. *num.*17. *lib.*1. *fol.* 347. Ruin. *d. conſ.* 46. *num.*16. *lib.*4. Coccin. *d. deciſ.*317. *num.*5. & ſufficit ſola poſſibilitas. Put. *deciſ.*346. *num.*2. *lib.*1. *in correct.* Gigan. *conſ.*15. *num.*7. & in terminis Iuris patr. Buratt. *deciſ.* 792. *num.*17. *fol.*151. & magis in puncto donationis iuris patronatus. *Rota in recent. deciſ* 171. *num.*6. *& ſeq. p.*5. *fol.*332. vnde dum dicta donatio fuerit producta ex aduerſo, & tanquam con-
28 ditionalis non præſtet titulum ad præſcribendum, non probato conditionis implemento, Bald. *de præſcript. quæſt.* 12. *num.* 5. Tiraq. *de retract. conuent.* §. *gloſſ.*1. *num.*75. præſumendum non eſt quod ad eam ſe reſtrinxerint hæredes, ſed quod iuuentur pluralitate titulorum. Caſſador. *deciſ.*4. *num.*11. *de reſtit. ſpol. cum plurimis per* Loter. *lib.*2. *de re benefic. quæſt.*46. *num.*20. *cum ſeq. fol.*612. præſertim cum ſacri canones hæredibus omni cura ſubueniant, iuxta celebre *conſ.* Ancar. 81. *Rot. diuer. deciſ.*385. *p.*1. Seraph. *deciſ.*364. *& in recent. deciſ.*363. *num.*1. *p* 5. *&* 6. *deciſ.* 166. *num.*18. *& p.*7. *deciſ* 3. *num.* 12.

Quod autem dicta donatio ſit conditionalis eſt in confeſſo in prælaudato motiuo, neque in controuerſiam reuocari poteſt attentis verbis eiuſdem inſtrumenti, ibi *cum reſeruationibus conditionibus, & limitationibus, & ſic caſu quo Pandulphus eius frater decederet ſine filijs adeo quod remanentibus aliquibus filijs præſens donatio, et contractus, et Inſtrumentum ſit ipſo iure nullum, et*
29 *nullius valoris, et efficacia, vel effectus, nec aliter vltra, nec alio quouis modo.* Sola enim verba nec aliter, nec alio quouis modo ſufficerent ad reddẽdam dictam donationem conditionalẽ Caputaq; *deciſ.*13. *num.*2. *et deciſ.*82. *nu.*3. *par.*3. *cum ſexcentis per* Rub. *clauſ.*492. *num.*1. *fol.*387. *Rota in recent. p.*4. *tom.*2. *deciſ.*290. *num.*15.

Conſtat igitur ex præmiſſis, quod ex inſtitutionibus præſentatorum per deſcendentes Chriſtoph. non infertur ad obſeruantiam donationis, etiam quoad ipſos de linea maſculina Fiegiouanna primos donatarios, nedum quo ad DD. Cataneos duplicis conditionis imple-
30 mento obnoxios *l. generali C. de inſtit. et ſubſtit. et ibi Scribent.* Curt. *Iun. conſ.* 89. *num.* 5. Gratian. *diſcept.*70. *num.*42. Honded. *conſ.*78. *num.*22 *lib.*1. *et lib.*2. *conſ.*48. *nu.*92. Fuſar. *de fideicom. quæſt.* 455. *num.*1. *cum ſeq.* Fontanell. *deciſ.* 45. *num.*14. Nihil enim eſt eis probaſſe defeciſſe lineam maſculinam Chriſtohori, dum defecerunt in probatione Pandulphum deceſſiſſe ſine liberis, quæ ſicut ex eodem Inſtrumento donationis reddidit conditionalem donationẽ
31 ad fauorem Chriſtophori, ita, & ad fauorem ſubſtitutorum *ad l. ſi mater* §. *fin.*

Digitized by Google

§. fin. de vulg. & pupill. cum plurimis per Rotam. in recent. p. 1. deciſ. 519. nnmer. 2. ita vt per defectum conditionis ſicut euanuit donatio, quoad Chriſtophorum, ita, & quoad reliquos. Natt. *conſ. 678. num. 18.* Gratian. *diſcept. 979. n. 3.* Duran. *deciſ. 339. num. 31.* Buratt. *deciſ. 820. num. 3.* Magon. *deciſ. Flor. 144. n. 6.* & in terminis donationis Surd. *deciſ. 144. num. 13. & ſeq.* ex quibus apparet quod bene D. Vbaldo opponi poteſt ſine actione eum egiſſe. Buratt. *deciſ. 696. num. 1. Rot. in recent. p. 4. tom. 2. deciſ. 56. num. 13. & tom. 3. deciſ. 63. num. 71. & p. 3. recent. deciſ 378. num. 2. fol. 388.* Et propterea Sententias ad ſui fauorem latas de iniuſtitia, & nullitate redargui. Roman. *conſ. 224. num. 5. & ibi* Mandoſ. Scac. *de Sent. & re ind. Gloſſ. 10. num. 66. fol. 252.*

Si igitur deeſt obſeruantia donationis, etiam reſpectu Chriſtof. & deſcendentium de Fiegiouannis, ergo multo magis intrepidè affirmari poteſt deeſſe poſt quam extincta fuit linea maſculi-
33 na dicti Chriſtophori, ſi fuit reiectus præſentatus à DD. Cataneis, & inſtitutus etiam anno 1590. præſentatus à D. Marietta, autrice DD. de Sbaccharis, dum defecerat linea maſculina dicti Chriſtophori, quæ dictam Mariettam, tanquam fæminam non comprehendebat, iuxta Theoricam Caſtren. *in l. ſi maritus, C. de procurat.* quam dicunt magis communẽ Curt. Iun. *conſ. 151. num. 5. & ſeq.* Fuſar. *quæſt. 346. num. 12.* qui facto id comprobat relato Doctorum Cathalogo, hinc inde in *conſ. 14. num. 18.* quibus addi poſſunt Gratian. *diſcept. 901. nu. 1. Rot. in recent. deciſ. 33. num. 3. part. 7. fol. 69.* Fulgin. *de Emphit. tit. de ſucceſſ. quæſt. 25. num. 13. & 15. fol. 292.*

Et rurſus ſequuta vacatione anno 1619. 7. Februarij fuit inſtitutus Dom. Petrus de Sbaccharis donatarius, ad præſentationem eiuſdem D. Mariettæ ex quibus concluditur, quod contraria eſt obſeruantia, etiam vbi venit caſus ad fauorem DD. de Cataneis, *Rot. coram* Andrea *deciſ. 92. num. 6.* quod attenditur ad iſtum effectum, *Rota in recent. par. 3. deciſ. 378. num. 3.*

34 Additur, quod DD. de Cataneis petierunt confirmationem à Summo Pôtif. qui renuit confirmare, ac proinde ligauit, per eius manus appoſitionem quoſcumq; inferiores, ne directè, vel indirectè concedere præſumerẽt, quod ipſe apertè reprobauit *ad tex. in cap. cu inferior de maior. & obed.* Brognin. *deciſ. 4. num. 39. lib. 2.* Neuiz. *conſ. 44. numer. 11.* Gambar. *de offic. legat. lib. 6. numer. 708. Rot. diuerſ. deciſ. 102. num. 14. in fin. p. 1.*

35 Quamuis enim poſſet etiam Ordinarius approbare donationem, *Rot. in d. Piſana apud* Viuian. *d. lib. 4. cap. 4. ſub num 74.* dum ſumus in iurepatronatus Laicorum, ſecus autem in Eccleſiaſtico, quod requirit authoritatem Summi Pontif. *Rot. par. 2. recen. deciſ. 146. num. 6.* Geri. Spin. *con. 26. num. 3. & par. 5. in recent. deciſ. 191. nu. 8.* tamen etiam in Laicali, quod negauit Papa, nefas eſt quemlibet inferiorem concedere poſſe, iuxta tradita per Lancell. *de attentat. par. 2. cap. 10. num. 4. & cap. 22. num. 2. Rot. in recent. deciſ. 338. nnmer. 4. par. 2.*

Verum premiſſis omnibus etiam circũſcriptis, & ſuppoſita validitate donationis, nihilominus pro dimidia ſaltem Iuſpatronatus ad fauorẽ DD. de Sbac-
36 charis eſt in tuto, ſtante quod non probatur Pandulphum fratrem donatoris ratificaſſe donationem, quod tanquam fundamentum partis aduerſæ, erat plenè, & concludenter probandum, cum ſicut mandatum non præſumitur ex quouis temporis lapſu, Maſcard. *de probat. conclnſ. 248. num. 7. cum plurimis per* Gratian. *diſcept. 577. nu. 20.* ita nec ratificatio, quæ eſt eiuſdem naturæ, & ſpeciei, *Rot. in recent. deciſ. 146. num. 2. par. 7.* Gratian. *diſcept. 505. num. 8.* & in puncto ratificationis reſpondit *Rot. in Bononien. fideicom. de Pannolinis 27. Iunij 1561. coram* Cardin. Lugdun. *in recent. par. 3. deciſ. 378. n. 3. verſ. Nec dicta ratificatio, ſol. 388.* deficiente præſertim obſeruãtia, Seraph. *deciſ. 1085. in princ.*

Neq;

37 Neq; iuuat calculus breuis vitæ ipſius
conicecturatus in prælaudato motiuo,
& verisſimilitudo, quod Pandulphus
prædeceſſerit, ex quo in teſtamento
Baptiſtæ donatoris non fuerit inſtitu-
tus hæres, neq; de ipſo meminerit, quia
hæc omnia arguunt veriſimilitudinem
non autē concludunt neceſſatio, prout
eſt de eſſentia probationis. *Rot. par. 4. di-
uerſ. decıſ. 523. num. 8. par. 4. & deciſ. 74.
apud* Viuian. *d. tract.* Greg. *deciſ. 290.
num. 4. deciſ. 405. num. 2. & deciſ. 353.
num. 2.*

38 Minus obſtat, quod donator pro-
miſerit de rato, quia vltra quod Ius pa-
tronatus non eſt in commercio, itaut
quo ad actionem perſonalem (quæ re-
ſultare poteſt ex promiſſione de donā-
do, Gregor. *deciſ. 98. num. 6. fol. 96.*)
competeret actio contra promiſſorem,
vt magiſtraliter docuit Abbas *in d. q. 5.*
Augerius Gemin. *conſ. 67. num. 4. lucu-
lenter* Merlin *de Pignor. lib. 2. tit. 1. q. 22.
num. 7. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 129. nu.
4.* ceſſat omnis diſputatio, quia in de-
fectum ratificationis, ſtipulatio non
fuit commiſſa, vt teneretur de proprio,
ſed quod pro ſui dimidia ſubſtinere-
tur, vnde non probata ratificatione ſal-
tem defecit donatio pro rata Pādulphi
ad minus *Rot. coram* Gregor. *deciſ. 241.
numer. 1. ibi addens num. 8. fol. 245.*

39 Neque reintegrata fuit ex perſona
hæredis, ex quo prætenditur Baptiſtā
donantem fuiſſe heredē dicti Pandul-
phi poſt modum; Siquidem opus fuiſ-
ſet, vt tanquam hæres d. Pandulphi do-
naſſet poſtea, cum iam per obitū ipſius
Pandulphi donatio amplius non eſſet
ratificabilis, vt in terminis donationis
Surd. *conſ. 9. num. 53. & conſ. 60. nu. 17.*
Gratian. *dicta diſcept. 887. num. 56.* &
in puncto donationis Iuris patronatus,
Abb. *in d. quęſt. 5.* Augerius *ſub num. 4.
poſt med. verſ. Item ex tertio præſuppoſi-
to*, vbi ponderat tex. quem dicit nota-
bilem in *l. fin. ff. commun. prædior.* & ta-
men non ſolum non conſtat de dicta
noua donatione, ſed nec de preceden-
ti obitu d. Pandulphi, quodq; Baptiſta
eius hæreditatem adiuerit, quę ſingula
plenam requirebant probationem, vt
de obitu Corn. *conſ. 10. num. 6. lib. 1. &
conſ. 104. num. 4. lib. 3.* Maſcard. *de pro-
bat. conc. 107.*

40 De aditione hereditatis Buratt. *deciſ.
434. num. 6. Rot. in recent. par. 1. deciſ. 18.
num. 3.* neque enim valet conſequen-
tia, fuit frater ergo heres, quoniam non
ſequitur ex filiatione niſi ipſemet filius
agat, Mant. *de con. vlt. vol. lib. 2. cap.
10. num. 1. & 3. Rot. in deciſ. 151. num.
27. & ſeq. apud* Viuian. *d. tract. de Ius
patr. Rot. in recent. deciſ. 148. num. 1. par
2.* Ergo ſaltem pro dimidia Ius patr. ad
DD. de Sbaccharis eſt in tuto vt dixi.

41 Sed vt ingenue fatear illud certum
existimo etiam quoad alteram dimi-
diam, Neq; turbant ſententię contra-
riæ ſiquidem ſubſtineri nullo pacto
poſſunt ponderando, quod Reus, &
poſſeſſor vincere debet per non ius
Actoris, etiam ſi nullum ius haberet
l. qui accuſare C. de eden. Penia *deciſ.
350. num. 1.* Buratt. *deciſ. 161. num. 17.
& 18. & in recent. deciſ. 173. num. 3.
p. 5 & p. 3. deciſ. 244. num. 1. & p. 4. tom.
3. deciſ. 700. num. 6.*

Vnde ſatis eſt excludere actorem ob
dubiam probationem *c. in pręſentia de
probat l. fin.* C. *de rei vendic. Rot. in re-
cent. deciſ. 222. numer. 7. p. 4. tom. 2.
fol. 276.*

Et tamen in caſu noſtro non ſolum cō-
ſtat de non iure Actoris ex pręmiſſis,
42 ſed etiam de iure certo, & claro DD.
de Sbaccaris ſubſtinentium partes Rei
conuenti, & poſſeſſoris, cum illorum
Ius metiamur à Domina Marietta do-
natrice. *Rota. in recent. deciſ. 304. p. 1.
num. 7. & par. 5. deciſ. 225. num. 11.*

43. Cum enim ipſa, & ſui Auctores præ-
ſentauerint ſpatio excedenti longe cē-
tum annos nihil vltra deſiderare poſ-
ſunt, dum ius patronatus ſatis cenſetur
probatum ex pręſentationibus conti-
nuatis ſpacio quadraginta annorum,
vbi non vrget timor vſurpationis iuxta
terminos *Sacri Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap.
9.* Garg. *de beneſ. p. 5. cap. 9. nu. 83. Rota
in recent. deciſ. 401. num. 3. par. 5.* vnde
centennaria longe abundat, quę habet

H vim

vim immemorabilis, & præſtat vnicuiq; meliorem titulum de mundo Gabr. *conſ.* 198. *num.* 5. *lib.* 2. *Rot. diuerſ. p.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 254. *à num.* 10. Burat. *deciſ.* 938. *num.* 6. *& ſeq. Rot. apud* Viuian. *deciſ.* 38. *num.* 1. *& deciſ.* 39. *num.* 8. *& in Lun. Sarzanen. beneſ.* 31. *Maij* 1627. *coram* Duran. *deciſ.* 87. *num.* 21. *& ſeq.*

44 Itaque fruſtra obicitur per DD. Catancos reſtrictiua donationis, quoniã hinc non infertur ad excluſionem alterius tituli, quamuis conſtaret d. donationem præſtitiſſe titulum præambulũ poſſeſsionis (quod tamen ex ſupra deductis in facto deficit) nihilominus ſtante centenaria præſumeretur alter titulus quam ex aduerſo productus, vt de magis communi: Menoch. *conſ.* 90. *num.* 63. *&* 67. cum alijs quos ſequitur *Rota coram* Burat. *deciſ.* 875. *num.* 7. *& deciſ.* 938. *num.* 7. *& p.* 7. *in recent. deciſ.* 29. *num.* 52. *& ſeq. fol.* 60. *& apud* Viuian. *de Iure Patron. deciſ.* 39.

Quare laudarem concordiam tamquã proficuã vtriq; parti &c. Saluo &c.

TERRACINENSIS Fideicommiſſi.

Lunæ 14. Decembris 1643.

Coram R. P. D. Otthobono.

SVMMARIVM.

1 *MANVTENTIO debetur filio in bonis fideicommiſſi a patre poſſeſſis ſtante Statuto continuante poſſeſſionem in heredis.*

2 *Poſſeſsio quamuis anterior capta vigore mandati de imittendo non impedit manutentionem filio, in quo continuatur patris poſſeſsio.*

3 *Statutum vrbis comprendit Sermonetam tanquam in eius diſtrictu.*

4 *In reciproca ſubſtitutione filij non ſunt poſiti in conditione cum agitur de fideicommiſſo tranſuerſalis.*

5 *Statutum de continuanda poſſeſsione non procedit fauore heredem ad quos vel de ſui natura, vel ex diſpoſitione teſtatoris bona non tranſeunt, fallit tamen, num. 6.*

7 *Diſpoſitio loquens de herede ſuo cum taxatiua tantum, non extenditur ad heredem non ſuum.*

8 *Immiſsio datur fideicommiſſario vel ex remedio l. fin. vel ex vtili Saluiano iuxta ſtylum Rotæ.*

9 *Filius in conditione poſitus cẽſetur vocatus idq; habet locũ etiã in tranſuerſalibus ex Stat. Vrb. cap. 142. lib. 2. & quando conſtat ita teſtatorem voluiſſe, num. 10. & 11. & ſeqq.*

17 *Coniecturæ quæ ſigillatim per ſe non ſufficiunt ſimul tamen conſiderata indubitanter concludunt.*

18 *Dictio,* dicti, *repetit qualitatem ſuperius expreſſam.*

19 *Facultas ſpecificè alicui conceſſa non poteſt extendi per alium, maxime ſtante dictione* eſſa, *quæ eſt perſonaliſsima.*

20 *Facultas alienandi pro dote data ab extraneo fideicommittente intelligitur cum eodem onere fideicommiſsi.*

DECISIO I.

BOnifacius Paſchalis de Sermoneta condidit teſtamentum anno 1631. in quo ſuam hæredẽ vniuerſalem inſtituit Tulliam vxorem q. Horatij Paſchalis ſui fratris germani, qua defuncta voluit, vt in omnibus ſuis bonis ſuccederent Gregorius, Marcus, & Liuia ipſius teſtatoris nepotes, & filij d. Horatij, quos etiam ad inuicem ſubſtituit, & his ſine filiis decedentibus ſubſtituit filios Lodouicę neptis eiuſdem teſtatoris, quibus etiam tam in caſum delicti, quàm ſi ſine filiis deceſſerit ſubſtituit Eccleſiam S. Mariæ de Sermoneta, prohibendo alienationem bonorum excepta cauſa dotis cum conditionibus tamen ſupradictis, adeout hæreditas perueniat vltimo loco ad eandem Eccleſiam S. Mariæ de Sermoneta, prohibendo alienationem bonorum excepta cauſa dotis, cum

cum conditionibus tamen ſupradictis, adeo vt hæreditas perueniat vltimo loco ad eandem Eccleſiam S. Mariæ de Sermoneta, vt latius in Summario.

Obiit Bonifacius teſtator, inde Tullia hæres inſtituta, poſtea Gregorius nullius liberis relictis, poſt quorum obitum bona fideicommiſſaria fuerunt poſſeſſa per Marcum, & Liuiam ſuperſtites pro indiuiſo. Deceſſit poſtmodum Marcus, relicto ventre pregnante Lucretiæ vxoris ſuę, ex quo natus eſt Marcus Iunior, ante cuius ortum Liuia vigore Decreti Prętoris Sermonetæ omnium bonorum fideicommiſſariorum poſſeſſionem cæpit; Marcus verò Iunior coram A. C litem intentauit contra Liuiam ſuper hæreditate Bonifacii, inde cauſa commiſſa in Rota, poſtmodum mortua eſt Liuia inſtituto hærede Marino Angelo Drago viro; vnde fuit dubitatum, an Marco Iuniori danda eſſet manutentio, vel potius immiſſio, & Domini quoad primam partem negatiuè, quo verò ad ſecundam affirmatiuè reſponderunt.

Licet enim pro Marco Iuniori diceretur Marcum Seniorem eiuſdem patrem poſſediſſe integram medietatem bonorum fideicommiſſariorum Bonifacii, vt eſt inconfeſſo inter partes, & ideo ex hoc videretur concludi poſſe quod manutentio debeatur ipſo Marco Iuniori vigore Statuti Vrbis *lib.* 1.
1 *cap.* 142. continuantis poſſeſsionem in hæredes abſque alia apprehenſione, vt in ſpecie tradunt *Anton. Comeſ. in l.* 45. *Tauri num.* 112. *verſ. Sed his non obſtantibus*, *Molin. de Hiſpan. primogen. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 24. *& ſeq. & tenuit Rota coram* Martino Andrea, *deciſ.* 36. *numer.* 1 *&* 2.

Dicebant etiã informantes pro Marco Iuniori ad dictam manutentionem impediendam nullam rationem haberi poſſe anterioris poſſeſsionis habitæ à Liuia ante ortum ipſius Poſthumi;
2 quia illa fuit capta vigore mandati de immittendo habentis in ventre clauſulam ſine præiudicium habentiũ meliora, & potiora iura, & dummodo poſſeſsio ſit vacans, ideo ſtante d. ſtatuto continuatiuo poſſeſsionis defuncti in hæredem, poſſeſsio non poterat dici vacãs, & proinde nullum ius, neque iuris effectum Liuiæ producere potuit, vt dixerunt Paril. *conſ.* 41. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 1. *Rota deciſ.* 36. *num.* 8. *coram* Andrea, *Addent. ad* Greg. *deciſ.* 307. *num.* 27. *in fine*.

Addebant inſuper non obſtare Statutum prædictum de continuanda poſſeſſione non comprehendere terram Sermonetæ, tanquam non exiſtentem in diſtrictu Vrbis, quia contrarium conſtat ex atteſtatione facta à Prioribus, & Magiſtratu eiuſdem Terrę, & ideo non eſt dubium ſtatutum Vrbis
3 ibidem ſeruandum eſſe, dum aliud particulare non oſtenditur iuxta theoricam Bartoli communiter receptam in *l.* 1. *num.* 41. *C. quæ ſint longa conſuet.* quam amplexa eſt. *Rota coram* Greg. *deciſ.* 269. *num.* 2. & in aliis relatis *in Sabinen. ſeu Farſen. fideicommiſſi* 2. *Martij* 1640. *coram R. P. D. Bicho*.

Attamen Domini reſoluerunt ſtatutũ Marco Iuniori non ſuffragari, quia agitur de bonis ſubiectis fideicommiſſo Bonifacij, & eo tempore, quo Marcus Senior eius Pater deceſſit, ſuperuiuebat Liuia ſoror eidem Marco reciprocè ſubſtituta, & propterea ad eius fauorem fideicommiſſum purificatum
4 erat, non obſtante exiſtentia Marci Iuniotis quia in hac reciproca ſubſtitutione filij non ſunt poſiti in conditione, eaque conditio in fideicommiſſo trãſuerſalis non ſubintelligitur, Cynus *in l. generaliter. §. non autem, num.* 2. *verſ. quęro Cod. de inſtit. & ſubſt.* Ancar. *conſ.* 71. *ad med. verſ. ſuper* 4. *dub.* Alex. *conſ.* 38. *num.* 2. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 529. *num.* 6. *ad finem*. Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 55. Mant. *de coniect. lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 25. Cum itaq; ius Marci Senioris eſſet perſonale ipſo viuente, nec mortuo per exiſtentiam Liuiæ reciprocè ſubſtitutæ poterat tranſire ad filium; quia bona vigore reciprocę erant conſolidata in perſonam eiuſdem Liuiæ, Pariſ. *conſ.* 5. *num.* 27. *lib.* 2. *Rot. deciſ.*

 337. *num.*

Digitized by Google

337. *num.* 3. *coram ſanct. mem.* Gregor. XV. Et ſic tempore mortis Marci ſenioris, & Liuiæ non aderat poſſeſſio, quę per ſtatutum poſſet continuari ad fauorem Marci Iunioris.

Nec ſtatutum de continuanda poſſeſſione procedit fauore hæredum, ad quos vel de ſui natura, vel ex diſpoſi-
5 tione teſtatoris bona non tranſeunt, Menoch. *conſ.* 139. *num.* 18. Rimin. *iun. conſ.* 545. *num.* 35. *cum pluribus alijs relatis à* Mareſc. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 116. *num.* 7. qui licet loquãtur de bonis, quæ non tranſeunt de ſui natura ad hæredes, idem tamen eſt ſi non tranſeunt ex fideicommiſſo, vel ex onere iniuncto à teſtatore, vt benè ponderat Cyriac. *controuerſ.* 12. *num.* 72. & dixit *Rota coram Card. Millino in Mediolanen. bonorum* 28. *Martij* 1594. *quæ eſt deciſ.* 716. *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.*
6 quidquid dicendum eſſet fideicommiſſum non eſſet clarum, aut eſſent faciẽdæ detractiones ad ea, quę in terminis huius ſtatuti tradunt Andr. *deciſ.* 39. *num.* 3. *&* Seraph. *deciſ.* 1065. *num.* 3.

Sed etiam multum Dominos mouit
7 diſpoſitio clara ipſius ſtatuti, dum loquitur de herede ſuo cum taxatiua tantum, vnde non poteſt operari ad fauorem Marci Iunioris, qui non eſt ſuus hęres Bonifacij patrui magni fideicõmittentis, §. *ſui inſtitut. de hæred. qualit. & diff. l. in ſuis, ff. de lib. & poſthum.* Alciat. *Parergon. iuris. lib.* 5. *cap.* 19. & faciunt late deducta per Fenzon. *ad ſtatut. Vrbis lib.* 1. *d. c.* 147. *num.* 5. *& ſeqq.*

Quæ rationes tollunt de per ſe iura allegata pro Marco Iuniori, ius enim illud quod reſultare poterat ex poſſeſſione habita per Marcum Seniorem patrem euanuit ob ſuper exiſtentiam Liuiæ reciprocæ ſubſtitutæ.

Prætenſa vero continuatio poſſeſſionis vigore ſtatuti corruit, cum Marcus Iunior, vt iam dictum eſt, non ſit hęres ſuus Bonifacij patrui magni fideicommittentis, cuius hæc ſunt bona, & non patris, ex quibus Rota cenſuit manutentionem Marco Iuniori eſſe denegandam.

Quò verò ad ſecundam partem Do-
8 mini cenſuerunt immiſsionem Marco Iuniori eſſe concedendam in omnibus bonis Bonifacij, vel ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu.* Andr. *toll.* vel ex vtili Saluiano interdicto iuxta obſeruantiã huius ſacri Tribunalis, vt in *Bononien. fideicommiſſi de Glauarinis coram R. P. D.* Meo Ghiſlerio *impreſſ. in recent. deciſ.* 88. *num.* 1. *part.* 7. Quia de fideicõmiſſo, aut identitate dubitare non contingit fideicommiſſum enim fuit purificatum ad fauorem Marci Iunioris per obitum Liuiæ cum iam aduenerit caſus mortis Gregorii, Marci Senioris, & Liuiæ, quibus ſine filiis decedentibus Bonifacius teſtator ſubſtituit filios Ludouicę, & ideo cum Marcus Iunior ſit filius Marci Senioris, tanquam poſitus in conditione ſi ſine filiis, eſt vocatus Ad fideicõmiſſum Bonifacii iuxta diſ-
9 poſitionem ſtatuti Vrbis *cap.* 142. *lib.* 1. quod in hoc ſecutum eſt opinionem Oldradi contra *gloſ. in l.* Lucius, *ff. de hæred. inſtit.* vt dicit Gabr. *conſ.* 115. *num.* 1. *lib.* 1. & operatus ac ſi Marcus iunior in conditione poſitus diſpoſitiuè ab ipſo Bonifacio nominatus fuiſſet, Gabr. *d. conſ.* 115. *n.* 1. *lib.* 1. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 18. *nu.* 3. *&* 25. Belſon. *iun. conſ.* 86. *num.* 30. *Rot. in recent. deciſ.* 403. *num.* 10. *par.* 2. *& deciſ.* 148. *n.* 1. *par.* 7. cum alijs relatis in *Romana fideicommiſſi de Maximis Martij* 1538. *coram bo. me Pirouano.*

Quæ vocatio ex ſtatuto cũ habeat locum tam in deſcendentibus, quàm in
10 tranſuerſalibus, vt dixit Gratian. *diſcep.* 371. *n.* 49. & tenuit *Rota coram Coccino deciſ.* 264. *n.* 2. *& in recent. d. deciſ.* 248. *num.* 2. *par.* 7. ſequitur quod non ſolum Marcus iunior ſit vocatus ad portionem patris, ſed etiam amitæ, quia limitatio ſucceſſionis filij in conditione poſiti ad partionem patris, de qua Ripa *in l.* 1. *num.* 11. *C. de pactis*, *Rot. deciſ.* 160. *numer.* 3. *& ſeqq. par.* 1. *recent.* præcipuè non habet locum
quando ex coniecturis conſtat teſtatorem voluiſſe quod vocatus ſuccederet etiã in portione patris, & tranſuerſaliũ,

Aymon

*Aymon. conſ.*130.*num.*6.Corn.*conſ.*180.
*num.*2.*lib.*4. Gabr.*conſ.*15.*num.*13.*lib.*1.
Decian. *conſ.*102. *num.*47. *verſ.Non ob-
ſtat. lib.*2. Peregr. *conſ.*73.*num.*12. *verſ.
Secunda ratio lib.*3. Cabball. *conſ.* 105.
*num.*39.*lib.*1. Bellon. *iun.conſ.*86. *num.*
38. *ad fin. Rot. deciſ.*266. *numer.*4. *&* 5.
*par.*1.*recen.* Gregor. *deciſ.*337. *num.* 6.
& in Sabinen. ſeu Farſen. fideicommiſſi
2.*Martij* 1640. *coram R.P.D. meo Bichio*,
§.*ex quibus*.

Plures verò coniecturę ad huiuſmodi
vocationem inducendam conſideran-
tur. Prima deſumebatur ex reciproca
ſubſtitutione, quæ licet non ſuffrage-
12 tur Marco iuniori, quoad manuten-
tionem ex eo quod in illa non erat in
conditione poſitus, neq; ſubintellige-
batur tanquam tranſuerſalis; attamen
cum in ſecũda ſubſtitutione eſset poſi-
tus in conditione, & per conſequens
vocatus ex diſpoſitione ſtatuti, vt ſu-
pradictum eſt, multum operatur ad
eius vocationem inducendam, etiam
ad portionem amitę, cum reciproca
primo loco concepta repetita cenſea-
tur in ſecunda ſubſtitutione in remo-
tiores, & minus dilectos, vt per Soccin.
*iun. conſ.*110. *num.* 39. *verſic. Qui etiam
lib.* 3. Crauett. *conſ.*130. *num.*6. Rimin.
iun. conſ. 676. *num.*19. Fuſar. *de ſubſ-
tit. quæſt.* 440. *num.* 10. *in fine*, *Rota
in recent. deciſ.* 266. *num.*2. *verſic. alij
DD. part.*1.

Secunda reſultabat ex progreſsu ad
plures gradus ſubſtitutionum, quę eſt
efficaciſſima, quia ſi ſubſtituti non ad-
mitterentur ad bona tranſuerſaliũ non
poſset fieri tranſitus de vno gradu ad
alium, neque teſtatoris voluntas exe-
cutioni demandari poſset, & Cephal.
*conſ.*251. *num.* 79. *& ſeq.* vbi maximè
quando in ſequẽtibus gradibus ſunt vo-
cati illi, qui pręſumuntur minus dilecti.
13 *Rot. d. deciſ.*266. *num.*14. *& deciſ.*310.
*num.*18. *par.*1. *recent. Et in Auximana
fideicommiſſi* 12. *Martij* 1638. *coram R.P.
D. meo Dunozetto Decano* §. *quinta de-
promitur*, *& ſeqq.*

Tertia erat conſideranda, quod de-
cedentibus dictis tribus ſubſtitutis ſine
filijs teſtator ad omnium portiones vo-
cauit filios Ludouicæ ipſi teſtatoris re-
14 motiores in gradu, & ex aliena fami-
lia, vnde dicendum eſt, quod ille vo-
luerit multo magis admittere filios di-
ctorum primo loco ſubſtitutorum ex
eadem teſtatoris familia, & magis di-
lectos. Honded. *conſ.*54. *num.* 37. *lib.*
2. Rimin. *iun. conſ.* 676. *n.* 16. Bellon.
*iun. conſ.*86. *num.* 39. Fuſar. *conſ.* 173.
*num.*6. Menoc *conſ.*420.*num.*9.*& ſeqq.*
Surd. *conſ.*344.*num.*6.*verſ.Confirmatur*,
Seraph. *deciſ.*315.*num.*6. *&* 7. cum alijs
cumulatis *in Ceſenaten. ſucceſſionis co-
ram bo. me.* Merlino *inter recent. deciſ.*
61. *num.*6.*part.*7. *et in d. Auximana fidei
commiſſi coram R. P. D. meo Dunozetto
Decano*.

Quarta deducebatur ex prohibitione
15 alienationis bonorum expreſsè teſtato-
re appoſita ex qua Marcus iu cõditio-
ne poſitus intelligitur vocatus non ſo-
locum ad portionẽ Marci ſenioris eius
patris, ſed etiam ad illam Liuiæ eius
amitæ, vt benè conſiderat Crauett. *cõſ.*
130.*num.*6. Caball. *conſ.*105.*nu.*40. *lib.*
1. Ruſtic. *de liber. in condit. poſit. lib.*5.
*cap.*9. *nu.*10. Fuſar. *de ſubſtit.quæſt.*440.
*num.*8.

Quinta demum, & omnium potiſſi-
ma, & cui ſupradictæ famulantur ea
16 Dominis viſa fuit, & indubitata; quod
Bonifacius teſtator poſt varias ſubſtitu-
tiones, poſtremo ſubſtituit in omnibus
bonis Eccleſiam S. Mariæ de Sermo-
neta, cum enim omnia bona non poſ-
ſint peruenire ad eandem Eccleſiam,
niſi prius in illis ſubſtituti præcedentes
admittantur, clarum fit teſtatorem eos
vocaſſe non ſolum ad aliquam portio-
nem, ſed etiam ad totam hæreditatem,
vt dicunt Crauett. *conſ.*130. *n.*6. Ruin.
*conſ.*139. *num.*19. *lib.*3. Bero. *conſ.*105.
*num.*5. *lib.*2. Iaſ. *conſ.*33. *num.* 4. *lib.* 1.
Cephal. *conſ.*115.*num.*27.Decian. *conſ.*
102. *num.*47. *verſ. Non obſtat lib.*2. Ca-
ball. *conſil.*195. *nu.*39. *lib.*1. *Rota coram
Card.* Mantic. *deciſ.*319. *num.* 8. *in re-
cen. d. deciſ.*266. *num.*4. *par.*1. *in Roma-
na fideicommiſſi de Maximis* 5. *Martij*
1638. *coram bo. me. Pirouano in Romana
fideicom-*

Digitized by Google

fideicommiſſis de Inceronatis 19. *Martij eiuſdem anni coram Eminentiſs. Card. Paſtrolo, & in alias citatis Auximana, & in Sabinen. ſeu Farſen. fideicommiſsi* §. *vltimo*.

17 Quæ coniecturæ vbi earum quęlibet ſigillatim ponderata non ſufficeret tamen ſimul iunctæ,& coaceruatim conſideratę, itaut inuicem fulciantur certam, & indubitatam vocationẽ Marci Iunioris in tota hæreditate oſtendunt, vt monuerunt Honded. *conſ.* 54. *num.* 53. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 539. *num.* 2. Caball. *conſ.* 105. *num.* 25. *lib.* 1. Gregor. *deciſ.* 315. *num.* 9. *& in rec. deciſ.* 266. *num.* 19. *& in deciſ.* 320. *num.* 8. *par.* 1.

18 Quod autem Eccleſia fuerit ſubſtituta in omnibus bonis conſtat ex eo, quia cum in primo gradu ſubſtitutionis teſtator dixiſſet quod vocatos ſubſtituebat. *in tutti i ſuoi beni*. deinde illis decedentibus ſubſtituit nepotes ex Ludouica. *in detti ſuoi beni*- & his nepotibus ex Ludouica deficientibus ſine filiјs ſubſtituit Eccleſiā, ſequitur quod verbum - *detti beni*- repetit totalitatem expreſſam in præcedenti gradu ſubſtitutionis - *Rota deciſ.* 187. *num* 7. *par.* 1. *recent*. Buratt. *deciſ.* 272. *num.*6. Quod augetur ex eo quia poſt ſubſtitutam Eccleſiam S. Mariæ teſtator expreſſè prohibuit ſupra vocatis omnem alienationem vt dicta Eccleſia poſſit ſuccedere in dictis bonis, vnde magis apparet voluntas quod bona totaliter ad Eccleſiam perueniant, & in neceſſariū antecedens primo totaliter deueniant ad priores ſubſtitutos vocatos in præcedentibus ſubſtitutionibus. Caballus *conſ.* 105. *num.* 40. *lib.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.*440. *num.*8. *cum alijs ſup. alleg.*

Non obſtat quod teſtator conceſſerit facultatem alienandi pro dote, et quod vigore dictæ facultatis hæc bona fuerint data in dotem Liuiæ, quia reſpōdetur quod in duobus locis apparet huiuſmodi facultatem fuiſſe conceſſā. Primò Tulliæ ſimpliciter, vt poſſit-*delli beni del fideicommiſſo aſſegnare in dote di Liuia*. Et hæc permiſſo non habuit effectum, quia Tullia non vſa fuit tali facultate, neq; dotauit Liuiam, quæ nupſit longè poſt mortem Tulliæ, &

19 ob id expirauit facultas, quia illi nominatim, & ſpecifice fuit conceſſa ibi,*che volendo eſſa Tullia maritare*, ex deductis per Nattam *conſ.* 163. *nu.* 8. ponderando prçſertim verbum, *eſſa*, quod eſt perſonaliſſimum, ac demonſtrat ad oculum perſonam ipſius Tulliæ, & operatur, vt omnes alij excludantur, Natt. *d. conſ.* 163. *num.*8. Cephal. *conſ.* 352. *num.*28. *& ſeq.* Surd. *conſ.* 53. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 300. *num.* 21. *par.* 1. *recent.*

Secundò hęc facultas dotādi fuit permiſſa in fine omnibus vocatis ibi, *con patto, che li detti heredi, e ſucceſſori non poſſino li beni ſtabili venderli, ſe non per occaſione di dote*; ſed ſtatim ſubſequitur, & incontinenti *con l'iſteſſe conditioni, come di ſopra ſi è detto; accioche la Chieſa habbia da ſuccedere nelli detti beni*, & ſic facultas alienandi, & dotandi intelligitur cum onere fideicommiſſi ſupra iniuncti, Botta *conſ.*27. *nu.*125. Raudenſ. *conſ.*30. *num.*79. *&* 90. *lib.*2. Bardellon. *conſ.*99. *num.*32. *lib.*1. & in proximis terminis dixit *Rot. deciſ.*320. *num.* 24. *par.*1. *& deciſ.*38. *nu.*2. *par.*2. *recent.* quod onus fideicommiſſi benè potuit apponi ab extraneo dotante, *l. ſi extraneus. ff. de condit.* cauſa data, *cum allegatis à* Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 9. *num.*44. qualis erat teſtator cum eſſet patruus, nec haberet neptem in poteſtate, Honded. *conſ.* 91. *num.*79. *& ſeqq. lib.*1. Gratian. *diſcept.* 308. *num.*2. Fontanell. *de pact. nupt. tom.*2. *clauſ.* 5. *gloſ.*10. *par.*1. *num.*7. Et clarum etiam hoc redditur, quia bona fuerunt aſſignata in dotem Liuiæ, cum onere fideicommiſſi, vt patet ex Summario Marci *num.*2. ibi, *laſcita di Prete Bonifacio à Liuio. Paſquale per fideicommiſſo*.

Ex quibus omnibus Domini cenſuerunt dandam eſſe immiſſionem Marco Iuniori in omnibus bonis Bonifacij.

Et ita vtraque, &c.

Bono-

Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis.

Veneris 15. Februarii 1647.

Coram R. P. D. Otthobono.

SVMMARIVM.

1 *IDENTITAS probatur ex verificatione denominationis, & conſiſtum, etiamſi aliqua demonſtrationes tẽporis curſu mutatę ſint, num. 2.*

3 *Ad identitatem probandam in antiquis leniores probationes ſufficiunt, quin etiã indicia, & coniectura.*

4 *Diuerſitas bonorum infertur ex inſtrumento diuiſionis facta cum ſeparatione confinium, & alijs coniecturis. num. 5.*

6 *Tranſactio inter alios acta non poteſt alteri praiudicare quoad eius iura.*

7 *Dicenti bona, quę poſſidet eſſe diſtincta à bonis fideicommiſſi incumbit onus demonſtrandi eorum diſtinctionem.*

8 *Deſcendentia ad effectum ſuccedendi ſufficienter probatur etiam leuioribus praſumptionibus, & indicijs, maximè in antiquis.*

DECISIO II.

1 QVINQVE emanarunt Deciſiones in priori huius cauſæ inſtantia, duæ coram Eminẽtis. D. meo Card. Panzirolo, ſub diebus 16. Febr. 1640. & 11. Martij 1641. tres verò coram R. P. D. meo Cerro ſub diebus 10. Iunij 1642. 23. Ianuarij, & 19. Iunij 1643. quibus fuit reſolutum Thomaſiæ de Pancaldis tamquam vocatæ ad fideicommiſſum Berti de Pancaldis competere immiſſionem contra tertios poſſeſſores bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, & ſignanter contra Palmerios, & de Sauignanis in bonis ſitis in loco Padulię, & contra RR. Fratres S. Franciſci Monaſterij B. Marię de Charitate Ciuitatis Bononiæ in bonis ſitis in Communi Longarię, ac ſucceſſiuè emanuit ſententia cõtra Fratres Charitatis, in quo declaratum fuit Thomaſiam fore, & eſſe immittendã in poſſeſſionem bonorum loci de Longaria.

Appellarunt Fratres, cauſaque mihi commiſſa dubitaui. An ſententia Rotalis eſſet cõfirmanda, vel infirmanda, & DD. cauſa ſæpius propoſita, & rematurè diſcuſſa affirmatiuè reſponderunt. Validitas non controuertebantur inter Partes, & quoad iuſtitiam informantes pro fructibus ſuper duabus difficultatibus mordicus inſiſtebant. Altera numquid conſtet bona adiudicata Fratribus S. Mariæ Charitatis, ad quæ conceſſa fuit immiſſio Thomaſiæ per ſententiam Rotalem ſint eadem met, quæ remanſerunt in hæreditate Berti de Pancaldis fideicommittentis, Altera an conſtet de deſcendentia Thomaſiæ à Paulo de Pancaldis ſeniore, qui in arbore fuit datus pro communi ſtipite inter Thomaſiam, & Bertum fideicommitten.

Et quoad identitatem DD. hodie nullam habuerunt difficultatem non ſolũ 2 inſpecto teſtamento Berti Teſtatoris, ſed etiam perpenſis dictis teſtium examinatorem vſq, de anno 1579. deponentium, quod ille tempore ſuæ vitæ, ac mortis poſſidebat prædium teſtibus benè notum terræ aratiuę, arboratiuę, vitatæ, & pratiuę, cum domo, area, tegete, puteo, furno, & alijs ſuis pertinentijs in communi Longatię Comitatus Bononię confinans ab Oriente iux. bona Franciſci de Oleo, à ſerò bona Iulię de Morbiolis vxoris Ioannis Baptiſtę de Pancaldis, à Meridie ſtradellum, à Septentrione viam publicam, & quod deinde peruenit ad Ioannem Baptiſtam eius filium, & ſucceſſiuè ex eius vltima diſpoſitione ad Albertum de Balzanis, vt conſtat ex depoſitionibus eorumdem teſtium datis in Summario tertię poſitionis Thomaſię.

Inſuper ex eiſdem apparet, quod Fratribus de Charitate tanquam creditoribus dicti Alberti Balzani fuerunt adiudicatę, ac ſubinde traditæ tornaturę 30. terrę aratiuę, arboratę, ac vitatę ex prædio

prędio maioris quantitatis Alberti ſito in dicto communi Longarię in loco nuncupato *alla Longara* iuxta hos confines, ſcilicet ab Oriente reſiduum dicti Prędij, à meridie ſtradillum publicum, ab Occidente bona Vincentij Carboni loco dicto de Balzanis à Septentrione viam publicam Longarię; in quibus concordat etiam vtrumque Summarium primæ poſitionis Thomaſię *num.* 23. & 24. fratrum vero ſecundæ poſitionis *num.* 5.

Ex quibus concludenter reſultat probatio identitatis tam ratione denominationis loci *della Longera*, quam aliorum confinium viæ publicæ, ac vinculi nuncupati *ſtradello*, immo etiam iuſtificatur alter confinis cum illis ab Oleo, à quibus cauſam habent Fantuccij moderni poſſeſſores, vt apparet ex inſtrumento dotali ſub die 9. Aprilis 1611. celebrato, ac in Summario tertiæ poſitionis Thomaſiæ relato in fine, ideo cum tot denominationes, ac confines verificentur ceſſat dubitatio identitatis, & minores demonſtrationes pro iuſtificatione ſufficerent *iux. doctr.* Bart. *in l. demonſtratio*, *num.* 14. *ff. de condit. & demonſtr. Rota penes Sanct. mem.* Gregor. *deciſ.* 172. *& recol. mem.* Coccino *deciſ.* 120. *num.* 5. *in recent. deciſ.* 203. *num.* 10. *& deciſ.* 236. *num.* 2. *par.* 6. etiamſi aliquæ demonſtrationes temporis curſu mutatæ, aut alteratæ forent, *Rot. in recent. deciſ.* 87. *num.* 6. *& deciſ.* 118. *num.* 12. *& deciſ.* 160. *num.* 7. *par.* 5. *& fuit dictum in Arminen. fideicommiſſi* 14. *Martij* 1640. *in §. Nec obſtat, coram* R.P.D. *meo* Cerro.

1 (margin, beside "fines verificentur ceſſat dubitatio identitatis")

2 (margin, beside "poris curſu mutatæ")

Quę fortius locum ſibi vendicant in pręſenti caſu, in quo cum à tempore mortis dicti Teſtatoris plures effluxerint anni, quibus priuatorum poſſidentium dominia multiformiter immutari, aut variari potuerint, ideo probationes identitatis ex publicis, ac perpetuis viarum finibus deſumptę tamquā efficaciores, minus variabiles, ac magis certę debent, quam maxime attendi, & in antiquis leuiores ſufficere dixit *Rot. coram* Seraph. *deciſ.* 462. *num.* 9. *& ſanct. mem.* Gregor. *dicta deciſ.* 172. *num.* 6. *& ibi* Add. *num.* 10. *in recent. d. deciſ.* 87. *nu.* 3. *&* 10. *par.* 5. *& in Auximana fideicommiſſi* 13. *Ianuarij* 1640. *in §. eoque magis, coram Reuerendiſſ. D. meo Dunozetto Decano*, etiam per indicia, & coniecturas, Seraph. *d. deciſ.* 462. *num.* 8. *Sanct. mem.* Greg. *d. deciſ.* 172. *num.* 6. *& in recent. deciſ.* 42. *num.* 7. *& deciſ.* 81. *num.* 20. *par.* 5.

3 (margin, beside "tuis viarum finibus")

Neque obſtat quod Albertus Balzanus poſſideret in eodem loco Lungarię alia bona tam ex hæreditate Io. Baptiſtę, ac illius ęre proprio acquiſita, quā ex hęreditate Iulię Morbiolæ eiuſdem vxoris ad eum pariter delata, ex quibus eque ac ex bonis Alberti cenſeri poſſunt detractę illę 30. tornaturę Fratribus Charitatis adiudicatæ, atq; ideo excludatur neceſſaria identitatis probatio.

Nam obiectum ex facto corruit, quia nulla probatur in hoc loco fuiſſe per Ioannem Baptiſtam acquiſita bona, illa verò, quæ erant Iuliæ Morbiolæ eius vxoris poſt eum defunctæ conſtat fuiſſe diuerſa, & inter alios confines, tum ex inſtrumēto diuiſionis ſequutæ inter eam, & Eliſabeth. eius ſororem de anno 1541. 28. Iunij relato in 2. Summario Fratrum *num.* 2. tum ex depoſitionibus Teſtium examinatorum affirmantium bona Berti fideicommittentis ad Io. Baptiſtam eius filium, & ſucceſſiuè ad Balzanū delata confinare cū bonis corū de Morbiolis, ex quo infertur, quod ab illis bonis cum quibus confinabant erant diſtincta, & ſeparata, *l. cum ſeruo in fin. ff. de contrah. empt.* Hier. *de Monte in tract. de finib. regund. cap.* 107. *num.* 4. *Rota deciſ.* 236. *num.* 8. *& deciſ.* 286. *num.* 3. *&* 4. *par.* 6. *recent. & in Romana fideicom. de Spiritibus* 12. *Ianuarij* 1643. *in §. teſtes autem coram R. P. D. meo Bichio.*

4 (margin, beside "ab illis bonis cum quibus confinabant")

Idemque comprobatur ex inſtrumēto adeptę poſſeſſionis per Albertum Balzanum auctorem Fratrum vſq; de anno 1595. 22. Aprilis, vt in eodem Summario Fratrum *num.* 5. ibi *vna pezza di terra arattiua, &c.* vbi fuerunt

nomina-

nominatim diſtincta, & ſeparata bona de Pancaldis à bonis Iuliæ Morbiolæ, & à bonis Theſei de Balzanis, vnde illorum diuerſitas ex diuerſis demóſtrationibus plenè conuincitur ad *text. in l. teſtamento la prima, ff. de condit. & demonſt. & l. ſi idem, C. de Codicillis*, Alex. *conſ. 96. num. 6. lib. 5. Rota penes Sanct. me.* Gregor. *deciſ. 555. num. 8. in recent. deciſ. 313. num. 5. part. 5.*

Minus obſtat tranſactio inter Fratres Charitatis ex vna, & filios præfati Alberti de Balzanis ex altera tanquã hæredes fideicommiſſarios Iuliç Morbiolæ inita de anno 1617. 8. Iulij ſuper tornaturis treſdecim dictarum terrarum ab eiſdem Fratribus poſſeſſarum, quæ tranſactio habetur in reſponſione facti pro eorum parte data *num. 3.* quia ta-

6 lis tranſactio facta inter alios non potuit præiudicare Thomaſiæ ex propria perſona agenti, quoad eius iura, ſuper quibus eo tempore lis pendebat, *l. Imperatores, ff. de tranſact. l. 1. C. res inter alios acta Rota coram Sanct. mem.* Greg. *deciſ. 418. ſub numer. 9. & 10. deciſ. 279. num. 13. par. 5. recent.*

Cæterum prędicta maximam vim recipiunt tum ex planta iudicialiter facta in partibus de ordine Rotæ, quæ fuit ſubiecta oculis Dominorum, tum ex eo, quod cum certum ſit Albertum fideicommittentem poſſediſſe prædium, de quo Teſtes deponunt in d. commu-

7 ni della Longara illudque ad præfatum Ioannem Baptiſtam, & demum ad Albertum Balzanum auctorem Fratrũ perueniſſe, vt ſupra viſum eſt, ideo eſto, quod Prędium eſſet confuſum, & incorporatum per illius ſucceſſores cum alijs per eos, vel ex hæreditate Morbiolæ, vel aliunde acquiſitis, ipſis certè, vel habentibus cauſam ab eis incumbit onus demonſtrandi, ac deſignandi bona fideicommiſſo ſubiecta diſtincta ab alijs per eos acquiſita, alias omnia bona præſumuntur fideicommiſſaria, Simon de Præt. *de interpret. vltim. volunt. lib. 5. dubit. 4. num. 335. & ſeqq. vol. 2. pag. mihi 554.* Pereg. *de fideicommiſ. art. 44. numer. 22.* Add. *ad Sanct. mem. Gregor. deciſ. 575. ſub num. 11. Rota deciſ. 279. num. 11. par. 5. recent. in Romana fideicommiſſi Vineę 9. Maij 1633. in §. Non obſtat quod antea coram R. P. D. Ghiſilerio, in Auximana fideicommiſſi 28. Ianuarij 1641. in §. prędictaq; eo facilius, & in Narnien. fideicommiſſi 4. Aprilis 1642. in §. Nec releuant acquiſitiones coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*

Circa vero deſcendentiam Thomaſiæ à Paulo de Pancaldis DD. dixerunt, cũ non agatur hodie de probanda contiũ. ctione, vel parentela in certo gradu, neque in concurſu cum proximioribus

8 nõ ſunt neceſſariæ probationes per gradus diſtinctos, ſed leuiores ſufficiunt etiam ex inditijs, & præſumptionibus reſultantes *iux. Gloſſ. in l. 2. in verbo quoties, ff. de probat. ibiq;* Salicet. *ſub num. 2.* idque procedit magis in antiquis, vt in propoſito, & vbi agitur de illa probanda ad effectum ſuccedendi, Mareſcott. *var. reſol. cap. 70. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Rot. deciſ. 511. nu. 12. par. 5. recent. & in Brittinorien. fideicommiſſi 13. Iunij 1644. ſub §. Quod vero coram R. P. D. meo Bichio;* hic vero vltra probationem deſcendentiæ factam per teſtes adſunt plures enunciatiuæ emanatæ in diuerſis inſtrumentis de anno 1503. 1541. & 1544. quæ cum ſint plures, & antiquæ, plenè in hac materia probant deſcendentiam, Mandell. *conſ. 83. ſub numer. 3. & in Bononien. fideicom. de Naſcentorijs 15. April. 1644. ſub §. remanet tertius gradus R. P. D. Royas.*

Quoad exiſtentiam, & purificationem fideicommiſſi ad fauorem Thomaſiæ DD. non dubitarunt, & tranſierunt cum fundamentis plenè deductis in quinque antedictis deciſionibus coram Eminentiſſimo Cardinali Panzirolo, & coram R. P. D. meo Cerro emanatis.

Fuit itaq; reſolutum Sententiam Rotalem eſſe confirmandam vtraque Parte ſæpiùs, & acerrimè informante, &c.

Bononien. de Pancaldis.

Lunæ 27. Ianuarii 1648.

Coram R. P. D. Peutingero.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentiam ſufficit in genere probare, ſi nullus alius ſe proximiorem alleget concurrentibus enunciatiuis, num. 3. & 4.*

5 *Identitas ex quibus probetur, num. 6. 7. 10. et 11.*

8 *Enunciatiua in inſtrumento quod quis habuerit talia bona, non probat quin potuerit alia habere, vel poſt modum acquirere.*

9 *Diuerſitas bonorum probatur ex diuerſitate nominis, et confinium.*

DECISIO III.

Placuit Dominis ſtare in deciſis in hac cauſa coram Me ſub die 3. Iunij 1647. confirmando ſententiam totalem, per quam Tomaſiæ Pancaldæ, tamquam fideicommiſſariç Berti Pancaldi Iunioris; decreta fuerat immiſſio in bonis ſituatis in loco de Lũgara, hodie à fratribus ſancti Franciſci Monaſteri, beatæ Mariæ de Charitate Ciuitatis Bononiæ poſſeſſis.

Neque huic reſolutioni viſum fuit obſtare obiectum, quod deſcendentia Thomaſiæ non ſatis probabatur, quia dantur teſtes examinati de anno 1579. deponentes, Thomaſiam, & Bertum teſtatorem deſcẽdere à communi ſtypite Paulo Seniore de Pancaldis, videlicet patre Berti Iunioris fideicommittentis; cuius ex fratre Tonnio Iuniore proneptis eſt Thomaſia, *vt in eius Summ. litt. A.* & cum ipſa hodie ſola ex Familia de Pancaldis ſuperſit, cum tamen Bertus, quam eius Aſcendentes, & Deſcendentes, pro vt etiam omnes Thomaſiæ Aſcendentes obierint, nulluſque alius de Familia Pancalda compareat, qui ſe proximiorem alleget, ſatis eſt Thomaſiæ in genere probare, ſe eſſe de agnatione de Pancaldis, & ſi non probet per gradus diſtinctos, cum non agatur de probanda coniunctione
1 in eodem gradu in concurſu, cum proximioribus, *iux. gloſ. in l. 1 verb. quoties, ff. de probat.* Buratt. *deciſ. 260. num. 10. Rot. in Imolen. Capellania 26. Februar. 1638. & in Aſculana Iuriſpat. 7. Iunij eodem anno 1638. coram Eminentiſſimo D. meo Card. PanZirolo in Cęſaraugnſt. Benefic. de Linares 4. Decẽbr. 1643. verſ. probatur præterea cor. R. P. D. meo Bichio, & in Caurien. Iuriſpat. 13. Narij 1645. verſic. in omnem euentum coram R. P. D. meo Royas*, & cum agatur hodie de cõſanguinitate incidenter ad effectũ ſucceſſionis, leuior probatio ſufficit, *iuxt. conſ.* Gemin. *7. num. 8. quod paſſim Rota recipit, & fuit dictum in Bononien. fideicommiſſi de Naſcentor. 19. Decemb. 1638. cor. R. P. D. meo Ghiſlerio in Bonon. fideicommiſſi de Bologninis 29. Febr. 1644. cor. Reuerend. Præſid. Valiſolet. & in Britinorien. fideicommiſſi 15. Iunij 1644. coram R. P. D. Bichio,* maximè verò in antiquis, *ad tradita per* Mareſcott. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 70. nu. 5. & fuit dictum in eadem Cæſarauguſt. cor. D. meo Bichio, verſ. ſed prętereà.* Quam veritatem deſcendentiæ Thomaſiæ plures enunciatiuæ in diuerſis inſtrumentis antiquis de anno 1053. 1541. 1544. comprobãt, & ſimul iunctę ſufficientem probatinẽ ad effectum, de quo agitur efficiunt Mareſcott. *loc. cit.* Buratt. *deciſ. 709. n. 3. & fuit dictum in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 4. MarZij 1641. verſ. quod autem, coram dicto Eminentiſſ. D. meo Card. PanZirolo*, & quod in probanda deſcendentia habeat locum regula, ſingula quæ non proſunt, vnita iuuant dictum fuit in citata *Bononien. fideicommiſſi de Naſcentor. coram R. P. D. meo Ghiſil.* Idque eo magis, quia Bertus teſtator non vocauit ad fideicommiſſum ſolam Familiam effectiuam; ſed etiam contentiuam, & omnes de familia Pãcalda, nec ſolos deſcendentes ab eo; ſed etiam tranſuerſales, vt latè dictum fuit in *deciſ.* emiſſa *coram R. P. D. meo Cerro*

ſub die

ſub die 18. *Iunij* 1642. Vnde ad probandam qualitatem ſucceſſibilem ſatis eſt probare, ſe eſſe de familia Pancalda, & ſic non aduerſantur deducta in
4 *Brittinorien. fideicommiſſi* 29. *Maij* 1645. *coram R. P. D. Meo Royas* · quia, cum ibidem vocati eſſent deſcendentes ex certa perſona, ad probandam qualitatem ſucceſſibilem ſatis non erat probare deſcendentiam in genere; ſed in ſpecie probanda erat deſcendentia ab illa certa perſona.

Minus alterum obiectum, ad impediendam Thomaſię immiſſionem releuare, dictum, fuit; quod videlicet bona, à fratribus poſſeſſa, ſint diſtincta ab illis, quę Bertus fideicommittens in Contrada Lungariæ poſſederat.

Quia reſponſum fuit plures concurrere demonſtrationes, vltra denominationem loci della Longara, in qua ſitum erat prœdium à Berto teſtatore poſſeſſum, arboratum, vitatum, pratiuum, cum domo, area, tegete, puteo, & furno habens confinia ab Oriẽte bona Franciſci de Oleo, ab Occaſu prœdium Iulię de Morbiolis, vxoris Io: Baptiſtę de Pancaldis, à Meridie viam vulgo *ſtradello*, à Septemtrione viam publicam, quod prœdium teſtes, de ſitu, & ipſo prœdio bene informati,
5 atteſtati ſunt, eſſe idemmet, quod deinde ad Ioannem Baptiſtam Iuniorem Pancaldum, Berti Senioris filium deuenit, & ſucceſſiuè ex huius teſtamento ad Albertum Balzanum, vt conſtanter affirmant ipſi teſtes dati in *Summ. Thomaſiæ ſub die* 15. *Februarij anno præterito coram R. P. D. Meo Otthobono*. Cum itaque alias conſtiterit, Fratribus de Charitate, tamquam Alberti Balzani creditoribus, fuiſſe adiudicatas 30. tornaturas ex prædio maioris quantitatis, arborato, vitato, pratiuo, cum domo, & alijs in loco Longariæ, ab Oriente videlicet habentes reſiduum eiuſdem prœdij, cuius confinia extendebantur ad prœdium Franciſci de Oleo, à Me-
6 ridie viam nuncupatam *lo ſtradello*, & à Septentrione viam publicam Longariæ, vt fuit oſtenſum in Summariis vtriuſquè partis, ſatis eſt ad identitatẽ probandam duo confinia iuſtificari, *ex doctr.* Bartol. *in l. demonſtratio num.* 14. *ff. de condit.* & *demonſtrat.* Alex. *conſ.* 73. *num.* 6. *lib.* 3. Cephal. *conſ.* 98. *num.* 21. *Rot. in Romana fideicomm. de ſpiritib.* 12. *Ianuarij* 1643. *verſ. Altera verò coram R. P. D. meo Bicho in Romana Saluiani* 15. *Iunij eodem anno, verſic. ex eiſdem coram R. P. D. Meo Veroſpio, & in Mediolanen. Cenſus* 27. *Iuny* 1646. *verſ. Non obſtat coram R. P. D. Meo Meltio*. Maximè cum poſt obitum Berti fideicommittentis plurimi anni efflu-
Canoni-

Canonicatus 1. Iulij 1626. coram bo. me. Merlino.

Et ideò hæc probatio conſanguinitatis non eliditur ex hoc, quod Bertus, & Tonnius tanquam viri duarum ſororũ inter ſe familiariter tractauerint, cum etiam nulla affinitas inter ipſos indè, ſed tantùm reſpectu vxorum ſuo-
10 rum oriatur, *cap. non debet de conſang. et affin.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 67. num. 2.* Vltra quod teſtes de familiaritate ipſorum deponentes dicunt ſe habuiſſe pro attinentibus, & non pro affinibus. Ex quibus, & alijs in præcedentibus deciſionibus adductis Domini hac cauſa ad ſaturitatem diſcuſſa in deciſis perſiſterunt vtraque parte informante, &c.

Bononien. Fideicommiſſi de Pancaldis.

Veneris 21. Iunii 1649.

Coram R. P. D. Peuntingerio.

SVMMARIVM.

1 *Detractiones præſumuntur factæ, niſi appareat ratio de alienationibus.*

2 *Contra tertios poſſeſſores non ſufficit allegare alienationes, niſi probetur fuiſſe anteriores.*

3 *Perceptio fructuum compenſatur cum detractionibus.*

4 *Aliud eſt terminus, aliud corpus terminatum.*

DECISIO V.

SVperatis in hac cauſa per reiteratas propoſitiones omnibus alijs difficultatibus immiſſionem Thomaſiæ Pancaldæ in 30. tornaturis terræ à RR. Fratribus B. Mariæ de Charitate Bononiæ poſſeſſis remorantibus illiuſque expeditione ad vnicum punctum retentionis dictarum tornaturarum pro legitima Io: Baptiſtæ Pãcaldi filii Berti fideicommittentis, Fratrum auctoris redacta, Domini in relationibus cauſarum, mandarunt mihi, vt neque hanc exceptionem amplius dictis Fratribus competere oſtenderẽ, Quia cum Io: Baptiſta nullo confecto inuentario adiuerit, Berti patris hæreditatem, ex qua conſtat ad eum perueniſſe domum ſitam in Ciuitate Bononiæ in contrata delle Lame, in qua dum viueret habitabat, vt apparet ex illius teſtamento, & teſtium depoſitionibus, & alia bona notabilis valoris eidem Io: Bapt. in d. teſtamento ſpecialiter aſſignata, nempe tornaturas 20. terræ cum domo, area, tegete, puteo, & furno in via Pollicinis, ſeu alla Longara, quæ quidem bona non probantur poſtea remanſiſſe in hæreditate ipſius Io: Bapt. ac ad Albertum Balzanũ eius hæredem perueniſſe, dum non fuerunt ab eo deſcripta in inuentario hæreditatis, nec vlla demum de illis redditur ratio, ideo cenſentur per ipſum Io: Bapt. fuiſſe alienata prout de domo prædicta, primus teſtis deponit, ac proinde ex illis præſumitur de legitima, cæ-
1 teriſque detractionibus ipſi debitis integrè ſatisfactus, niſi per eius ſucceſſores, vel cauſam ab eis habentes contrarium probetur, vt fuit dictum *in Romana legati 29. Aprilis 1613. coram bo. mem. Card. Canalerio deciſ. 246. num. 6. & in Romana fideicommiſſi de Victoris 10. Martij 1627. coram bo. mem. Merlino in recent. deciſ. 47. ſub num. 8. & ſeq. par. 5. & in Auximana fideicommiſſi 31. Ianuar. 1642. coram Reuerendiſs. D. Meo Decano in §. prædicta fortius procedunt in §. nam omiſſis, & in §. nec viſa fuit cum alijs relatis in Romana fideicommiſſi de Palatijs 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Arguelles, §. eaque præſumptio:*

Adeo vt non releuet, quod contra tertios poſſeſſores non ſufficiat allegari alienationes, niſi probentur anteriores, cum tertius poſſeſſor habeat intentionem fundatam pro ſe quod alienatio ſibi facta fuerit prima *ex Andr. deciſ. 80. num. 4.*

Quia

Quia cum præfatæ alienationes bonorum à Berto relictorum factæ fuerint à Ioanne Baptiſta viuente, perneceſſe præceſſerunt alienationem factã à Balzano herede in fratres, onus autẽ probandi inſufficientiam incumbit poſſeſſori, etiam ſi ſit tertius ex receptiſſima diſtinctione, quod aut poſſeſſor negat alienationes fuiſſe anteriores, & onus hoc probandi incumbit fideicõ-
2 miſſario, quia eſt fundamentum ſuæ intentionis, aut dicit alienationes adductas non ſufficere, & onus probandi inſufficientiam, qui eſt caſus noſter, incumbit poſſeſſori, vt diſtinguendo vnũ caſum ab altero tradũt Peregr. *de fideicommiſſ. art. 39. num. 4. per tot. Cyria. contr. forenſ. cap. 5. num. 26. & ſeq.* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 561. num. 1. & 2. Rot. coram Andr. d. deciſ.* 80. *num.* 45. *& 6. & in præcitata Auximana fideicommiſſi 31. Ianuarij 642. §. & ratio eſt coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Præterea concurrit perceptio fructuũ bonorum, de quibus agitur per dictos RR. Fratres multo tempore facta poſt litem motam, ad quam reſtitutionem ſunt condemnati. Vnde magis illiquidæ redduntur ad hunc effectum eorum prætenſiones, Nam ſi quid adhuc ſupe-
3 reſſet detrahendum, poſſet cũ eis compenſari, vt fuit dictum *in Bononien. bonorum de Barzellinis 12. Decẽbris 1633. coram Reuerendiſs. Terracin. in recent. deciſ. 249. num. 21. part. 6. & in Bononien. fideicommiſſi de Boatterijs coram Reuerendiſſimo Salamantino 8. Aprilis 1644. in §. final. ad finem, cum allegatis in dict. Romana fideicommiſsi de Pelatijs 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Arguelles in §. penultimo, & ſeq.*

Nec obſtat inſtrumentum publicũ per Fratres Charitatis poſt tot propoſitiones cauſæ ſub die 9. huius Menſis in actis exhibitum loquens de venditione iuris francandi 30. tornaturas terræ in Villa Longariæ die 2. Iun. 1551. factę Io: Bapt. Petri Pancaldi filio, per quod oſtendere prætendebant 30. tornaturas terræ ab ipſis poſſeſſæ eſſe de prædio illorum del Gambaro, & illorum de Morbiolis cum d. prędium del Gambaro emptum fuerit à. d. Io: Baptiſta; prout pariter acquiſitum fuit per nuptias eiuſdem cum Fuluia Morbiola alterum prędium de Morbiolis, ac proinde eaſdem terras non eſſe fideicommiſſo Berti Pãcaldi, cuius vigore Thomaſia agit, ſed eas potius eſſe, quæ prius Gambarus, & Morbiolus reſpectiuè poſſidebat, & per conſequens ob diuerſam identitatem à 30. tornat fideicõmiſſo Berti ſubiectas diſtinctas, nec eius fideicommiſſo ſuppoſitas.

Quia acquiſitio de qua in dicto Inſtrumento à Io. Baptiſta Pancaldo facta non loquitur de Io. Bapt. filio Berti, ſed de alio Io. Bapt. filio quondam Petri, vt colligitur ex dicta acquiſitione, quæ de anno 4551. facta fuit, quo tempore præfatus Bertus adhuc viuebat, adeoque perſona diuerſa à Io. Bapt. auctore Fratrum mediãte Alberto Balzano hærede vniuerſali Io. Bapt. filij Berti fideicommittentis, de cuius bonis quæritur; ſtante igitur hac diuerſitate perſonarum corruit illatio Fratrum, ad confundendam eorundem identitatẽ. Et ex ipſamet Inſtrumenti lectura patet, etiam bona illa ibi enunciata eſſe diſtincta à bonis fideicommiſsi Berti, eo quia dictis bonis acquiſitis, de quibus in dicto inſtrumento mentio fit aſſignantur bona Berti pro confine dicẽ-
4 do, iuxta bona Berti de Pancaldis, ſicq; clarè demonſtratur non eſſe eadẽ; confine enim alicuius prædij nõ poteſt eſſe idem numero cum confinato, quia aliud eſt terminus, aliud corpus terminatum, *l. cum ſeruo 63. in fine, ff. de contrab. empt. Rot. deciſ. 358. num. 5. par. 4. tom. 2. deciſ. 236. num. 7. et ſeq. et deciſ. 286. numer. 3. et 4. par. 6. recen.* quę plures cumulat concord. idcirco cum ex ſeparatis illatio rectè fieri non poſſit, *l. Papinianus 21. ff. de minor.* Surd. *conſ. 150. num. 94. lib. 1. Rot. deciſ. 90. nu. 2. par. 2. et deciſ. 370. num. 8. par. 5. recen.* Duran. *deciſ. 139. num. 7. et fuit dictum in Calagurit. benef. de Brinas 8. Mart. prater. §. fin. cor. Me*, ceſſat etiam hoc vltimum obiectum.

Quare

Quare non viſum fuit iuſtitię,& ęquitati conſonum immiſſionem prædictã coram tot Auditoribus, prius nempe coram Eminentiſſ. Panzirolo, tũc Rotæ Auditore,deinde vero cor. RR.PP. DD. meis Cerro,& Otthobono, ac denique coram me dìù, ac magno ſtudio diſcuſſam, cuiuſmodi obiectionum prætextu vlterius retardare, ſed ad expeditionem deueniendum. Et ita &c.

Romana fideicommiſſi de Candidis.

Mercurii 10. *Martii* 1649.

Coram R. P. D. Veroſpio.

SVMMARIVM.

1 *ALienationes factę imputantur in detractiones.*

2 *Legitima eſt exempta ab onere fideicommiſsi, nec amittitur ob non confectionem inuentarii, & num.* 3. *&* 4.

5 *Legitima vt præſumatur conſumpta, debet probari alienationes praceſsiſſe, numer.*6.

7 *Alienationes plures ſtante defectu inuẽtarij, pręſumuntur ęquare legitima detractiones, & contrarium aſſerenti incũbit onus probandi.*

8 *Res fideicommiſso ſubiecta, ſi ex eo euellatur pro creditis, habetur ęque, ac nunquam fuiſſet ſub fideicommiſſo.*

DECISIO VI.

IOannes Saluus Candidus fideicõmiſſo fauore deſcendentium ſub expreſsa prohibitione alienandi bona quæcũque inſtituto, ſeptem ſuper ſtitibus liberis, deceſsit, quibus etiam prædefunctis Vincentius, ac fratres de Candidis ex Ioſepho filio teſtatoris nepotes pro recuperatione Domus fideicõmiſſariæ ab hęredibus grauatis alienatę iudicium inſtituerunt contra DD. de Stellis modernos Domus prędictę poſſeſſores. Ad quorum inſtantiam delata mihi cauſa dubitaui. An fratribus de Candidis debeatur immiſſio,& DD. negatiuè reſponderunt. Licèt enim fideicommiſſum ad eorundem fauorem
1 purificatum, ac alienatæ Domus identitas non reuocentur in dubium, Dum tamen illa ab hęredibus grauatis in Dominicum Ceccarellum, primo fuit alienata, ac pro legitima, cęteriſq; detractionibus ſibi competentententibus prælecta, exinde ab onere fideicommiſſi iuris diſpoſitione cenſetur exempta, de qua *in l.* Marcellus, *§. reſque, ff. ad Sen. conſ. Trebell. & l. quoniam in prioribus, ac l. omnimodo, C. de. inoff. teſt.* Craſſ. *in §. legitima, quęſt.* 17. *num.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 39. *nu* 4. Gabr. *de legit. concl.* 4. *num.* 9. *Rot. cor.* Greg. *deciſ.* 580. *num.* 2. *& in Romana legit.* 18. *Maij* 1617. *cor. b. m. Card. Veroſpio*, ita vt tertij poſſeſſores hac ſe poſſint exceptione tueri,& auocationem fideicommiſſarijs impe-
2 dire, vt tradit Bart. *in l. ſi tertius, ff. de acqu. pln. arcend. num.* 3. Rip. *in l. in quartam, nu.* 4. *ff. ad leg. Falcid.* Surd. *conſ.* 576. *num.* 41. Peregr. *de fideic. art.* 39. *num.* 4. *in fin. Rota in Narnien. fideic.* 3. *Iun.* 1622. *cor. b. m. Merlino impr. poſt moder.* Forol. *de leg. deciſ.* 1. *num.* 4.

Neq; ijdem hæredes priuari cenſentur hoc iure legitimæ ob aditam ſine inuentario fideicommittentis hæreditatem, ſecundum magis receptam DD. ſententiam, de qua *gloſſ. in Auth. hoc*
3 *amplius, C. de fideic. & in auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Falcid. vbi quoque DD.* Gabr. *de legit. concl.* 7. *num.* 1. Merlin. *eod. tract. lib* 3. *tit.* 2. *quæſt.* 24. *numer.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 36. *num.* 140. *Rota cor.* Andr. *deciſ.* 105. *num.* 10. *& in Peruſina fideicom.* 5. *Mart.* 1646. *cor. R. P. D. meo Celſo in §. nec ex omiſſione inuentarij*, vbi præterea ſubijcitur ratio; Quia hęres grauatus creditum ſuum deducendo, cenſetur fideicommiſſi bona ſubſtitutis integrè reſtituere, ſecundũ Caſtr. *in l. ita tamen, §. ſi ex Trebell. nu.* 2. *ff. ad Trebell. ibiq.* Alex. *num.* 3. *idem* Caſtr. *in conſ.* 11. *lib.* 3.

Nec quoq; legitima conſumpta dici non poterit ex diuerſis bonorum alienationibus, quas pręceſſiſſe ſupponunt

K ijdem

ijdem fratres de Candidis, adeoq; im-
putandas in legitima, aliaſq; detractio-
nes granatis hæredibus competentes
iuxta tex. in l. Marcellus, §. *reſq; ff. ad
Senat. Conſul. Trebell.* vbi notant quo-
què DD. Alex. *conſ.78. num. 4. lib. 5.*
Peregr. *de fideicommiſſ. art. 39. num. 4.*
Quia alienationes prædictæ non iuſti-
5 ficantur præceſſiſſe, vel ſaltem æquaſſe
legitimam, prout agentes ad immiſſio-
nem vigore fideicommiſſi concluden-
ter tenetur oſtendere, vt reliquas alie-
nationes valeant retractare, vt aduer-
tit Pereg. *conſ. 52. num. 38. lib. 1.* Gabr.
conſ. 138. num. 11. lib. 2. Ruin. *conſ. 91.
num. 3. lib. 5.* Hond. *conſ 72. num. 6. lib.
1.* Molin. *de primog. lib 4 cap. 7. num. 36.
Rot. coram* Greg. *deciſ. 185 num. 1. & de-
ciſ. 80. num. 4.*

Prima ſiquidem alienatio conſiſtit in
pretio reſidui cenſus ſcutorum 500. à
Confraternitate Sancti Spiritus exacto
vſque de menſe Maij 1604. Hoc tamen
præterquam receptum fuiſſe conuinci-
tur ſolum à Iacobo, qui illud pariter in
portionem propriam excõputare pro-
miſit, neque abſorbet legitimam hære-
ditatis valorem ſcutorum 20. mill. ex-
cedentis, dum illa ob numerum filio-
rum ſeptem ad hereditatis dimidiam
aſcendet. Auth. *nouiſsimè, C. de inoff.
teſt. deſumpta ex 1. §. auth. de trien. et
ſemiſſe.*

Altera deducitur alienatio ex capitali
mercium diſtracto valoris ſcutor. ſex-
millium. Ea tamen diſtractio non pro-
batur anterior alienatione domus con-
trouerſæ, & admodum redditur inue-
riſimile ex modico temporis ſpatio à
die obitus Teſtatoris decurſo, quod il-
la præceſſerit, ſed potius eademmet
merces præſumuntur mediante ſubro-
gatione aſſeruatæ *iuxta text. in l. cum
Tabernam, ff. de pignor.* vt ponderauit
Rot. coram Andr. *ad d. deciſ. 800. ſub
num. 7.* Dum maximè ſub adminiſtra-
tione Camillę matris, ac Tutricis à Te-
ſtatore deputatæ illæ conſiſtebãt, quin-
imò ex depoſitione Teſtium in Sum-
mario illorum de Ceccarellis exhibita
cõſtat pecunias ex mercium diſtractio-
ne redactas, in perfectionem domus
fuiſſe conſumptas, ex quibus omnibus
eliditur, vel dubia ſaltem redditur prę-
cedens mercium diſtractio pro exclu-
den. diſtractionibus deducta, vt pro-
bat Peregr. *de fideic. art. 39. num. 14. ſi
vero reus*, Magon. *deciſ. Flor. nu-
mer. 20. & 21.*

Et licet alienationes numero plures ſi-
mul cum inuentarij omiſſione concurrant
legitimã, cęteraſque detractiones gra-
6 uatis hæredibus competens præſumantur
æquare, donec ab ipſis, hoc proba-
tionis onere adſtrictis contrarijs docu-
mẽtis excludatur ad dicta præſumptio,
vt comprobat Pereg. *de fideicom. art. 39.
num 24.* Couarr. *var. lib. 2. cap. 6. num. 4.
Rot. deciſ. 432. num. 8. & 462. num. 7 par.
4. & 542. num. 24. par. 9. tom. 2. recen. &
in Elina fideicom. 10. May 1641. coram
R. P. D. meo Cerro & in Auximana fidei-
commiſsi 31. Ianuar. 1642. coram Reue-
rendiſs. D. meo Decano*, quæ proinde
pręſumptio fideicommiſſarijs agentibus
ad immiſsionem Domus alienatę obeſ-
ſe non poterit, dum ab heredibus gra-
uatis, vel eius ſucceſſoribus non pro-
bantur alienationes ſubſecutæ pro de-
tractionibus inſufficientes, nec vlla de
ijſdem bonis valorem ſcutorũ 20. mill.
excedentibus redditur ratio.

Hæc enim obiectio non viſa fuit vr-
gere in propoſita facti ſpecie, qua non
agitur ad legitimam ex perſona hære-
dis grauati conſequendam, vel ipſius
ſupplementum, tunc equidem tertij
poſſeſſores ex eiſdem alienationibus
detractiones conſumptas denegantes
aſſumere tenentur partes actoris, at-
que concludere, quod bona alienata
ipſas non abſorbeant, & in his termi-
nis procedunt deciſiones, & authori-
tates ſupradictę, vt patet ex lectura, ſed
agitur ſolùm de ſubſtinenda alienatio-
ne domus in cauſam legitimę, quia fi-
deicommiſſarij alias bonorum diſtra-
ctiones anteriores non iuſtificant, quas
7 tamen precesſiſſe ipſi in hoc actoris iu-
re fungentes tenẽtur oſtendere, vt tra-
dit Peregr. *de fideic. ad d. ſæpius art. 39.
num 14. verſ. ſi vero reus, vt reſpondit*

Rot. in

Digitized by Google

Rot in deciſ.80. num. 5 & 6. coram Andr. *& in Narnien. fideicommiſſi 3. Iulij 1622. coram bon. mem. Merlino impreſſa poſt modern. de legit. deciſ. 1. num.* 8.

. Non obſtat, quod venditio Domus prædictę ſtipulata fuerit de anno 1608. ſub pacto redimendi poſtmodum ceſſo de anno 1616, pluribus inter vtramq; venditionem alienationibus intercedentibus, ex quibus detractiones poterant ſatisfactæ præſumi, adeoque prædicta pacti ceſſio tanquam poſterior,& conſumptis iam detractionibus ſubſequuta videatur retractanda ſecundum Socc. *conſ. 36. num. 2. lib. 3.* Cepol. *conſ. 460. nu.* Alex. 11. *conſ.* 178. *nu.* 4. *in fin. lib. 5. Rot. coram* Greg. *deciſ.* 580. *numer. 5.*

Quia ex ipſo venditionis inſtrumento dignoſcitur integram domum à grauatis hæredibus pro legitima, cęteriſq; creditis prius fuiſſe detractā, ac pręle-
8 ctam, ſucceſſiuè vero venditū, vti pro-
9 priam, & ſub pacto recuperandi tanquam ad ſe ſpectantium, vnde ſequitur pactum illud redimendi de tempore ceſſionis non fuiſſe fideicommiſſo ſuppoſitum, cum ex tunc, quo fuit integra domus electa pro creditis, atque legitima abſq; eodem fideicommiſſo cenſeatur euulſa, ac ſi nunquam ſub illo comprehenſa extitiſſet, vt notat Angel *in l. in quartam, nu. 3. ff. ad leg. Falcid.* Soccin. *in l.* Marcellus, §. *reſque num* 13. *ad fin. ff.* ad Trebell. & latè explicat Cephal. *in conſ. 460. num. 16. in fine, & ſ. qq.* Peregr. *conſ.* 16. *numer.* 14. *& 21. lib. 6. Rot. deciſ. 200. num. 1. & 3. par. 1. recent. & coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* 321. *num.* 3.

Et ita vtraque, &c.

Bononien. fideicommiſſi de Guidottis.

Lunæ 7. Iunii 1646.

Coram R. P. D. Arguelles.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi non expreſſit, à quonam debet hæreditas reſtitui, cenſetur onus impoſitum vltimo, & ampliatur, num. 2.*

3 *Reciproca ex quibus inducatur inter vocatos, & num. 4. 6. 7. & 8.*

5 *Opinio Facchinei, & Larrea explicatur in quibus caſibus procedat.*

DECISIO II.

SVB diebus 24. Ianuar. & 5. Iunij anni præteriti deciſum fuit, conſtare de perpetuo fideicommiſſo ad fauorem omnium deſcendentium de Guidottis, & ſub die 23. Ianuar huius anni conſtare de fideicommiſſo reciproco ad fauorem omnium deſcẽdentium maſculorum, ex eo quia multiplices, & vrgentiſſimæ viſę fuerunt coniecturę reſultare, ex teſtamento Ioannis Senioris de Guidottis, nempè vocatio omnium deſcendentium maſculorum per lineam maſculinam hęredum vſufructuariorum, Multiplex ſubſtitutionum gradus, Subſtitutio tā in caſum mortis omnium deſcendentium, quam in caſum contrauentionis, hoc etiam addito, quòd deſcendentes contrafacentium nullum incommodū patiantur, Diuiſionis, & alienationis bonorum realis prohibitio, ampliſſimis verbis concepta, rationeq; veſtita, omnes caſus complectens, quibuſcumque hęredibus, & per quodcunque tēpus ſcripta, Trebellianicę prohibitio, Prouiſio de herede inſtituendo, & in caſum delicti, Excluſio Religionis, Eccleſię, & ſimilium, non in cœlibatus odium, ſed pro conſeruandis bonis in familia. Omnimoda fœminarum excluſio, illarumq; dotatio. Clauſulæ codicillaris, & omni meliori modo.

Ideo Domini in dictis Deciſionibus hodie perſiſtendum cenſuerunt. Potiſsimè quia illa tria requiſita ad hanc tacitam reciprocam inducendam neceſſaria reperiuntur, vt in dicta deciſione 23. Ianuar. currentis anni, §. in teſtamento enim.

Circa primum, quod omnes ſint honorati, nulla cadere poteſt dubitatio, quia omnes deſcendentes maſculi, &

K 2 per

per lineam maſculinam in perpetuum ſunt vocati, vt in allegata deciſ. 23. Ianuar. §. primum requiſitum.

Secundum, quod ſubſtitutio ſit facta vltimo morienti, omni prorſus caret difficultate; nam ex contentis in teſtamento, vt in vltima deciſione §. ſecundum, benè comprahenditur, quod ſubſtitutio facta fuit in defectum, & poſt mortem omnium, & ſic vltimo; immo ſatis eſt, quòd Teſtator non expreſſerit, à quo hæreditas ſit reſtituenda ad hoc vt onus vltimo impoſitum
1 dicatur, Bart. Caſtr. *& cæteri Doctores in l. qui duos 42, ff. de vulg. Rota deciſ. 266. num. 24. deciſ. 300. num. 12. deciſ. 561. num. 15. verſ. & licet non expreſſiſſet par. 1. recent. deciſ. 209. num. 11. par. 4. tom. 2. rec. in Auximana fideicommiſſi 4. Iunij 1638. §. tertium deniq; corā Reuerendiſs. D. meo Decano, & in ſecunda dec. huius cauſa, §. ſed ceſſat vlterius.*

Nulla enim eſt conſtituenda differētia inter ſubſtitutionem factam poſt mortem omnium, & vltimo decedenti iuxta magis receptam ſententiam, cum qua latè diſcuſſo articulo reſidet,
2 Fuſar. *conſil. 45. num. 8. verſ. in quibus locis*, Ramon. *conſ. 9. num. 18.* Mart. *de ſucceſſ. par. 1. quæſt. 9. art. 5. num. 13. cum alijs per* Capicc. Latr. *deciſ. 1. num. 70. Rota deciſ. 361. num. 16. verſ. nam contrariam ſententiam par. 1. & dec. 467. num. 8. par. 5. tom. 2. recent.* Præſertim quando adſunt coniecturæ neceſſariæ ex verbis teſtamenti deſumptæ (vt in
3 hoc ſunt plurimæ coaceruatæ in alijs deciſionib.) Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 472. per totam*, qui ſua diligentia nobis adimit laborem congerendi Doctores, Caſtill. *non minus diligens lib. 4. controu. cap. 9. num. 4.* Peregr. *de fideicom. art. 13. num. 73. Rota in Romana fideicomm. de Zephiris 4. Iulij 1646. §. ſed his non obſtantibus coram R. P. D. meo Bichio* (in caſu ſatis difficiliori) & ſumus in deſcēdentibus, inter quos facilius inducitur
4 reciproca, Peregr. *conſ. 56. num. 13. lib. 1. conſ. 33. num. 7. lib. 3. & de fideicommiſſis dicto art. 13. num. 72. verſ. quibus addo. Rota in Romana fideicom. de Zephiris 8. Febr. 1647. §. fin. cor. R. P. D. meo Bichio. & in præcitata deciſ. 23. Ianuar. §. & quicquid. ſit.*

Fachin. *autem lib. 4. contr. cap. 81. & Larrea dec. Gran. 61. num. 15. & 16. & alij ab eis citati*, qui contrarium dicunt,
5 mouentur ex eo, pluralitas reſoluitur in ſingularitates ex iuribus per eos citatis, & benè explicatis à Larrea, quæ noſtro caſui applicari non poſſunt; cùm toties appareat repetita voluntas Teſtatoris conſeruandi bona in maſculis familiæ, & nonniſi illa finita ad vltimò ſubſtitutos peruenire ex ratione *text. in l. codicillis 34. ff. de vſufr. leg.* Nam Mandell. opinionem exiſtimātis tunc vno defuncto ad eius hæredes ſuā peruenire portionem, & poſtea omnibus vocatis à Teſtatore ſublatis ad ſubſtitutum redire, benè reiecit *Rota in illa 23. Ianuar. §. non obſtat.* Et lapſum fuiſſe ait Fachin. *vbi ſupra, verſ. fin.*
6 Maximè in noſtro caſu, in quo tam enixè prohibuit Teſtator omne diuiſionis genus, & voluit ſemper inter ab eo vocatos conſeruari.

Tertij requiſiti probatio, quod ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, clara deſumitur, ex eò quòd fideicommittens bonorum diuiſionem prohibuit, addita ratione, vt bona in perpetuum vnita permaneant, & ſic de tota hæreditate diſpoſuit, quia alias (*vt dictum fuit in ſæpius allegata deciſ. 23. Ianuarij, §. tertium deniq.*) bona indiuiſa in perpetuum penès Deſcendentes vocatos ſtare non poſſunt, niſi vnus alteri ſit grauatus reſtituere.

Quæ quidem ſubſtitutio in tota hæreditate comprobatur etiam ex eo, quòd fideicommittens in cap. 38. teſtamenti
7 Trebellianicæ detractionem prohibuit, ſubſtituendo etiam pupillariter in legitima filiorum, vt redigeretur ad hæreditatem; Ex huiuſmodi autem Trebellianicæ prohibitione, ſubſtitutionis requiſitum in tota hæreditate oriri dixerunt. Curt. *iun. conſ. 10. num. 5. ad med.* Rimin. *ſen. conſ. 243. num. 91.* Zanch. *ad §. cum ita, part. 6. num. 203.* Lancell. Gall. *conſ. 17. num. 37.*

Menoch.

Menoch. *conſ.* 575. *num.* 10. Barr. *de ſubſt. recipr. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 3. *verſ. quintum*, quando prohibuit detractionem Trebellianicæ Capic. Latr. *d. dec.* 1. *num.* 76.

His tribus requiſitis, & tot tantiſque coniecturis concurrentibus, certum eſt Teſtatorem omnes maſculos ſucceſſiuè vocatos voluiſſe inuicem eſſe ſubſtitutos, eum in fideicommiſſis non

8 dum expreſſa, ſed etiam tacita voluntas, quæ ex coniecturis colligitur, attendatur, *l. cum proponebatur* 66. *cum ibi notatis*, *ff. de leg.* 2. *l.* 2. *C. comm de leg.*

Cui quidem ſolidiſſimæ reſolutioni, non obſtat aſſerta teſtamenti inobſeruantia, cum optimè fuerit ſublata ex reſponſionibus in *illa* 23. *Ianuar.* §. *nec quicquam obeſſe viſum fuit, cum ſeqq.* datis, quas Domini iterum amplexi ſunt.

Et ita, &c.

Romana fideicommiſſi de Candidis.

Lunæ 26. Iunii 1651.

Coram R. P. D. Veroſpio.

SVMMARIVM.

1 DOMVS *electa pro legitima à filio, non poteſt amplius per fideicommiſſarios recuperari, & n.* 9.

2 *Faminę an connumerentur ad augendã legitimam.*

3 *Calculus hereditatis quomodo fieri debet, & quæ detractiones computentur, numer.* 4. *&* 5.

6 *Dos ſoluta à patre filia ſuccedit loco legitimæ.*

7 *Teſtator quomodo præſumitur reſpexiſſe ad conſeruationem agnationis.*

8 *Alienationes quomodo probentur anteriores, ita vt cedant in creditum legitimæ.*

10 *Ratificans alienationes quomodo ſibi nõ præiudicet in fideicommiſſo.*

DECISIO VIII.

1 FRatribus de Candidis ad domũ cum tribus apotecis Ioannis fideicommiſſo ſuppoſitam, & à grauatis ipſius hæredibus in Ceccarellos alienatam agentibus, contra DD. de Stellis modernos prædictorum corporum poſſeſſores, fuerat denegata immiſſio coram me ſub die 10. Martij anni 1649. Quod illa prælecta foret in cauſam legitimè, adeoque ab aſcendentis fideicommiſſo diſpoſitione iuris euulſa, à ſequentibus in gradu ſucceſſiuè vocatis recuperari nequeat ad *tex. in l. Cod. ad Sen. Conſul.* Trebell. Bart. *in leg ſi tertius*, *ff. de acq. plu. arcen. n.* 3. Ripa *in l. in quartam num.* 4. *ff. ad leg. ſalcid.* Rota *coram Cardinal. Millino deciſ.* 310. *num.* 3. *& in Viterbien. fideicommiſſi* 27. *Iunij* 1614. *coram Manzanedo:* Cum vero ijdem fratres prætenſam grauatorum hæredum nomine legitimam ex alienationibus, domus vẽditionem, præcedentibus conſumptam fuiſſe contenderent: ſuper ſubſiſtentia deciſionis pluries per me repropoſito dubio tandem DD. ipſam hodie reformando decreuerunt. Fideicommiſſarijs immiſſionem pro indiuiſo in rata tamen inferius exprimenda.

Quoniam Ioannis Patrimonium ex ſequentibus conſtaſſe corporibus domo ſcilicet controuerſa valoris ſcut. 10000. cæteriſque contiguis in ſcutis 4000. extimatis duabus præterea vineis, altera ſcutor. 1200. prope Montem Teſtaceum conſtituta, altera ſcut. 350. extra Portam S. Ioannis conſiſtente duabus Officij Societatibus ſcut. 200. duobus cenſibus altero ſcut. 500. altero verò ſcutor. 150. mercibus valoris ſcut. 6000. mobilibus deniq; pro ſcut. 800. extimatis dignoſcitur ex calculo

2 hæreditatis de ordine DD. coram me ab vtraq; parte ſubſcripto ibidem tamẽ comprehenſis ſcutis 3000. bis centum pro dote trium filiarum, patre viuente, perſolutis; quæ reducuntur ad calculum hæreditatis, quoties illæ ad augendam legitimam connumerari debent,

bent, iuxt. tex. in l. quoniam nouella, C. de inoff. teſtam. Rip. in l. in quartam numer. 152. ff. ad l. falcid. Craſſ. in §. legitima quæſt. 23. Gabr. conſ. 132. num. 4. cum ſeqq. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 131. Theſaur. deciſ. 159. num. 4. & 58. Capic. deciſ. 158. Criuell. deciſ. Dalana 97. num. 8. cum ſeqq. & plures alij relati per Mangil. de imput. quæſt. 14. num. 29. cum ſeqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 20. num. 3. cum ſeqq. Ciriac. contr. 385. num. 6. & 7. Ac inde detractis ſcutis noningentis, in diſolutionem alieni æris fideicommittentis, per emptorem domus erogatis, quæ in hæreditatis Aſſe, nonniſi deducto ære alieno firmando, connu-
3 merari non poſſunt, ad tex. in l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verb. ſignific. & in l. mulier bona. ff de iur. doct. cum alijs per Menoch. de præſumpt lib. 4. præſumpt. 109. num. 8. & præſumpt. 143. num. 14. Rota coram Buratt. deciſ. 254. num. 2. & coram Vrgell. 348. num. 5. Tum ſcutis quoque ter mille per eoſdem grauatos hæres inſumptis in perfectionẽ domus fideicommiſſariæ ex capitali mercium ſcutorum ſex millium, in paterna hæreditate remanſo, vt benè comprobant teſtes in Summ. fratrum de Candidis num. 7. inter ſe conteſtes, ac de facto proprio cum conſona ſciẽtiæ cauſa deponentes, ſecundum Gabr. deteſt. concl 5. num. 80. Farin. eod. tract. quæſt. 46. num. 36. & 208. Rota coram Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. de teſt. num. 3. & 4. coram Puteo deciſ. 8. lib. 1. & in Alerien. penſionis 7. Iunij 1634 coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio; præſertim quia ex vrgenti veriſimilitudinis ratione fulciuntur, ex inſtrumentis in cauſa productis elicita, videlicet quod proprium illi peculium numquam habuerint, quinimò conſumpſerint alienũ,
4 ſcilicet paternum; Quare hęc quoque ſumma detrahi debet ex calculo hęreditatis, ne eius duplicatio contingat in pręfatis, videlicet, mercibus pro ſcutis ſex mille ibidem calculatis, & in pretio domus in ſcutis decem millibus ſucceſſiuè deſcripto, omnibus tamen expenſis, atque melioramentis ibidem comprehenſis, prout alias duplicatio-
1 nem exinde deduxit Rota, atq; reiecit in vna Romana Computorum 10. Martij 1636. coram Eminentiſſ. D. Card. Machiauello, & in alijs relatis in Romana ſupplementi legitima 24. Aprilis pręteriti coram me, & ex his pręterea conuincitur prædictum Ioannis patrimonium ad ſcuta duo, ac viginti mille, ac quingenta ſucceſsiue aſcendiſſe. 2

Legitima vero ſeptem ſuperſtitibus filijs, quatuor ſcilicet maſculis, tribus q; fœminis, ſiue ex naturę debito, ſiue de iure ciuili pręſtanda dimidium Aſsis
5 videtur æquaſſe, iux. tex. in auth. nouiſſima, C. de inoff. teſtam. & in §. 1. auth. de triente, & ſemiſſe. Peregr. de fideicomm. art. 36. num. 2. Craſſ. in §. legitima quæſt. 7. num. 2. Merlin. eod. tract. lib. 1. tit. 3. quæſt. 1. num 4. Rot. deciſ. 366. p. 1. diuerſ. In ſcutis proinde 11250. ſancienda, quòd neque ex officio Aſſeſſoris Magiſtri Viarum Ioſepho alteri, ex filijs à patre adhuc viuente aſsignato, fuerit diminuta, neque ex dote filiabus fœminis in vita patris pariter attributa: Tum quia non conſtat prędictum officium conſignatum fuiſſe in cauſam legitimę poſt patris obitum tantũmodo debitę, ad tex. in l. 1. §. ſi puberi, ff. de collat. bonorum ibique Bart. DD. in l. titia, ff. de verb. oblig. vbi Aret. num. 3. Socc. num. 31. Iaſon. num. 160. & de communi teſtatur Becc. conſ. 34. num. 19. lib. 1. Craſſ. in §. legitima quæſt. 12. nu. 1. quinimo contraria potiùs illud nõ imputandi voluntas dignoſcitur ex teſtamento paterno, eidem quoque Ioſepho inſtitutionis iurę deferente legiti-
6 mam: Tum quia dos in vita patris perſoluta, ſtatuti verbis bene perpenſis lib. 1. cap. 141. ſucceſsit loco legitimę ex notatis per Anchar. conſ. 132. num. 1. in fin. Socc. iun. conſ. 135. num. 26. Honded. conſ. 53. num. 10. lib. 2. Surd. de alim. tit. 3. quæſt. 1. num. 63. Simon. de Pręt. de interpret. vltim. volunt. interpret. 1. dubit 5. ſolut. 4. num. 18. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 8. num. 49. & reſpondit Rot. penes Buratt. deciſ. 215. num. 11.

num.11. & deciſ.266.num.3.& 4. diuerſ. & deciſ.128. num.9. par.5. recent. Nec ipſas proinde filias excluſit, quin numerum faciant, ac partem in calculo legitimę faciendo ſecundum Caſtr. *in l. huiuſmodi* 86. *§. ſi titio num.2.in fin.ff. de legat.1. & conſ.*287. *num.4.verſ. nam filiæ non totaliter excluduntur,* Ang. *in l.1. §. in 1.num 3.in fin. C. de caduc. toll.* Iaſon. *in authen. nouiſſima num.47. in fin. C.de inoff.teſtam.* Decian.*reſponſ.46. num.29. & 30.* Gabr. *de legitim.concluſ. 2. num.5.* Merlin. *eodem tract. lib.1.tit. 4. quæſt.6. num.14.* Peregr. *de fideicom. art.38.num.20.*

Verumtamen ſupplementum prædictum ex filiarum perſona ab hæreditatis Aiſe detractum fratrum legitimam augere non potuit, ſed in vtilitatem potius hæreditatis paternæ remanſit fauore Agnatorum, qui in auito teſtamento fuerāt ſubſtituti; Siquidem ſtatutum ad d. cap.141. lib.1. filiabus, ac neptibus, & ipſarum quoque heredibus præcipit expreſſe, ne voluntatem patris, ſeu auitam audeant impugnare, aliquid præter dotem ſibi aſſignatam, ſub prætextu quocumque petendo ab eorum hæredibus de agnatione, etiam tranſuerſali; Quod equidem ſtatutum dici non poſſet in fratrum maſculorum fauorem, ad augendam, ipſorum legitimam, ſimpliciter inductum fuiſſe, vel eſſe referendum, cum agnatos quoque tranſuerſales in verbis comprehendat expreſſe, quorum etiam inſtitutio earundem fœminarum fratres procul dubio excluderet ab huiuſmodi ſupplemento: è contra vero extraneorum vocatio filias fœminas ab eius conſecutione non repelleret, fratres licet maſculi à patre tamen non ſcripti hæredes ex-
7 tarent; Adeoq; cenſendum eſt, ad conſeruationem hæreditatis in agnatos ex paterna diſpoſitione delatæ potius reſpexiſſe, quam ad commodum fratrum fœminarum, vt maturè ad partes articulo diſcuſſo bis cenſuit *Rota in Romana de Lante coram bon. mem. Coccino ſub die 14. Maij 1635. & 11. Ianuarij ſequētis relatis poſt Fen Zon. deciſ. 99.nu.100.*

Quare portiones legitimę ad quatuor fratres maſculos ſpectantes non videtur excedere valorē ſcut.6428.& obul. 56. in quas tamen imputari debent ſequentes partitæ, quę ante domus venditionem diſtractę fuerant, & ex eo proinde tempore reſpectiuè ceſſerant in creditum legitimę pro concurrenti
8 quantitate diſſoluendum, *per tex. in l.*Marcell. *§. res quæ ff. ad Trebell. & in authen. res quæ, C. comm. delegat.* Gabr. *de legit. concl.4. num.8.* Peregr. *de fideicomm. art.39. nu.1. Rota coram* Gregor. *deciſ.580.num.1.& coram* Seraph *deciſ. 321. num.16. & 215. num.2.p.2.recent. & in Narnien. fideicōmiſſi 3. Iulij 1622. coram bo.me.Merlino penes eundem* Merlin. *de legit. deciſ.1.num.9.*

Harum itaque prima probatur eſſe anterior alienatione domus ſubſecuta de anno 1608. quod ex duabus ſocietatibus Officij hęreditarijs in ſumma ſcutorum bis centum retracta fuerat de anno 1610. tunc temporis per eoſdem grauatos hęredes extinctis: Altera ſcutorum centū ab hæreditario cenſu proueniens ex Summ. fratrum de Candidis *nu.1.* exacta probatur de anno 1604. Tertia ſcutorum quingentorum præceſſiſſe conuincitur ex inſtrumēto redempti cenſus in eadem rata ſub die 4. Martij 1604. à Confraternitate S. Spiritus. Nationis Neapolitanę dato in fratrum Summar. *num.7.* Quarta denique valoris ſcut.1418. & obulorum 27. retracta ex capitali mercium in paterna hęreditate remanſo, controuerti non poteſt quin ante alienatam domū conſumpta fuerit; ſiquidem conſtat ex depoſitionibus teſtium in Sum. fratrum *nu.5.* merces Ioannis hęreditarias valoris extitiſſe ſcut.6000. (prout ad hāc etiam quantitatem eas pars vtraque reduxit in calculo) ex quibus ſcuta 3000. in meliorem pręfatę domus conſtructionē, ceſſiſſe ſuperius oſtenſum fuit; Alię vero valoris ſcut.1581. ac obul.73. aſignatæ probantur in computum legitimę Io. Baptiſtę alteri ex eiſdem fratribus, & à Cammilla matre, atque tutrice in eandem legitimę cauſam

iuſtifi-

iuſtificantur ſucceſſiuè receptæ, ex Inſtrumento ædito 5. Nouembris 1607. in Summ. fratrum *num.* 1. pro qua rata merces prædictæ conuincuntur extitiſſe poſt præelecta in domo ab eiſdem fratribus ſolemniter legitimam ex cõfeſſione iudiciali ipſiuſmet Io. Baptiſtæ ſub die 14. Iulij 1609. relata in Sũm. *num.* 4. Reſiduum itaq; mercium valoris ſcut. 1418 ante venditionem domus omnino conſumptum remanſiſſe probatur ex confeſſionibus repetitis, atque declarationibus tam ipſorummet fratrum, quam Camillæ matris, atque tutricis, tum in inſtrumento exarato 5. Nouembris 1607. tum in cæteris alienationis inſtrumentis eiuſdem domus cũ Ceccarello initis 12. die Maij 1608. & 2. Ianuar. 1616. relatis in Summ. *nu.* 2. & 3. Verum etiam ex depoſitionibus teſtium in Summ. fratrum exhibitis *num.* 5.

Hinc vero ſequitur in legitimam non eſſe imputanda mobilia, quæ ex prædicto actu iudiciali ædito 4. Iulij 1609. poſt alienatę domus inſtrumentũ probentur extitiſſe, neque pretium in ſcutis bis centum poſtmodum numeratũ pro rata eiuſdem domus de ſequenti anno 1609. ſucceſsiue diſtracta, prout etiam inde conuincitur præelectam à grauatis hæredibus in alienata domo legitimam pro rata tantummodo ſcut. 4210. & obul. 29. poſſe ſubſiſtere, dum reliquam ipſius legitimæ partem antecedentes alienationes abſorpſerãt: Pro
9 qua itaq; rata, nec non pro ſcutis 900. in diſſolutionem æris alieni fideicommittentis per domus emptorem erogatis, ſubſtituti hæredes eandem domum à tertijs poſſeſſoribus auocare non poterunt *ad tex. in l. fil. fam. §. diui ff. de legat. 2. & in l. pater. filium ff. de legat. 3. notant DD. communiter in l. cum hæreditas, ff. ad Trebell. cum alijs adduct. per* Pereg. *de fideicomm. art. 93. num. 2. & in deciſ.* Greg. 299. *n.* 1. *& in deciſ.* Buratt. *deciſ.* 290. *num.* 3. *& in deciſ. pręterita in princip. & in Romana fideicommiſſi, de Carsolis 20. Nouembris* 1947. *in §. cum enim, coram me.* Licet pro reſiduo, videlicet in ſcutis 4889. obul. 11. iure merito aſſequi debeant immiſsionem pro indiuiſo, vt alias *Rota decreuit in vna Romana fideicommiſſi de Spiritibus ſub die 12. Decembris* 1644. *corã R.P.D. meo Bichio, & in vna Romana fideicommiſsi de Zuccaris 4. Febr.* 1650. *corã Reuerendiſſ. D. meo Dec.*

Neque huic immiſsioni repugnat ratificatio alienationis ſiue Io. Baptiſtæ alterius ex filijs, ſiue eorumdemmet fratrum de Candidis ipſius hæredum ex retrouenditione cuiuſdam apothecę, ac ſucceſsiua pretij exactione deducta. Quoniam hęredes exiſtunt tantũ-
10 modo benificiati, nec ideo ex neceſſario retrouẽditionis actu ſub titulo quoque beneficati hæredis geſto aliquod præiudicium eis debet reſultate, pręſertim dum nec mentio fideicommiſsi facta fuit, & expreſſa fideicommittentis prohibitio alienationi cuicumque reſiſtit *ex trad. per* Bart. *in leg. obſer. ſub num. 7. ff. de officio proconſul.* Bald. *in l. mancip. num. 1. Cod. de reb. alienis non alien.* & alijs relatis auctoritatibus reſpondit *Rota in Bononien. fideicommiſsi de Rubeis 30 Maij 1546. in §. demum, coram R. P. D. meo Corrado.*

Et ita vtraque, &c.

Romana Fideicommiſſi de Alicornis.

Veneris 3. Iunii 1650.

Coram R.D. Dunazeto Decano.

SVMMARIVM.

1 Filia in conditione poſita cenſetur diſpoſitiuè vocata, & num. 3.

2 Obitus plenè probatur ex fide Parochi, & conditio ſi ſine liberis preſumitur, eo ipſoquod contrarium non docetur.

4 Aſſertio grauati ſuper expiratione fideicommiſsi non attenditur.

5 Legitimatio perſonę ex quibus probetur.

6 Fidei-

6 *Fideicommiſſaria probata bonorum idētitate, alijſque requiſitis immiſſio denegari non poteſt etiam contra tertios.*

7 *Alienatio bonorum ſi concedatur à fideicommittente fieri propter vrgentem neceſſitatem, quod intelligitur de neceſſitate, in quam fideicommiſſarius ex propria culpa incidit, num.* 8.

9 *Alienatio bonorum fideicommiſſi fieri nō poteſt etiam in caſu conceſſo ſi extent bona libera.*

10 *Aut res quæ vigore non debet fieri detractio ex fideicommiſſo, niſi calculatis bonis liberis, & num.* 11.

12 *Immiſſio non poteſt impediri fideicommiſſario prætextu reſtitutionis fructuum, maximè ſi non ſunt liquidati.*

DECISIO IX.

TRaianus ſenior de Alicornis ſuum condidit teſtamentum, in quo hęredes vniuerſales inſtituit Ioannem Baptiſtam, & Fauſtum eius filios, eoſq; ſine filijs decedentes ad inuicem ſubſtituit, ac vltimo morienti ſine filijs ſubſtituit filias fœminas, quas prçuia dotatione excluſerat ab eius ſucceſſione, omnibus inſuper inſtitutis, & ſubſtitutis expreſſè prohibuit alienationem totius, vel partis ſuæ hæreditatis, quam alienari poſſe voluit ſolùm in caſibus à iure permiſſis, ac in alijs ab eo expreſſis, præter quos ſi contingeret aliqua fieri alienatio, partem alienantis deuolui, ac deueniri voluit ad fideicōmiſſarios, quatenus extarent, alioquin ad proximiorem de familia Alicorna.

Vita functo dicto Teſtatore, deceſsit Fauſtus relicta Cornelia filia, deinde obijt Ioannes Baptiſta relictis. Paulo, Traiano iuniori, & Franciſco filij, quibus pariter defunctis ſine filijs Cornelia prætendens ad ſui fauorem purificatum eſſe dictum fideicommiſſum, inſtitit pro immiſſione vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* & poſito à me dubio an, & ſuper quibus bonis ei danda eſſet immiſsio Domini reſponderūt illam eſſe concedendam in poſſeſſionē Prati Rotundi ad Pontem Salarium exiſtentis, pro rata ſcutorum 2850. auri in auro ponderis veteris conſtituentium ſcuta 3500. monetæ circiter, pro quia illud fuit cum beneplacito Apoſtolico ſubrogatum in locum Palatij fideicommiſſarij venditi Cardinali Contarello; nec non in poſſeſsionem duarum ex tribus partibus domus ſitæ in via Curſus eidem fideicommiſſo ſubiectæ, cum alia pars dicatur ſpectare ad Corneliam.

Nam de fideicommiſſo ad fauorem dictæ Corneliæ clarè conſtat ex dicto teſtamento Traiani ſenioris eius Aui, à quo cum ipſe fuerit in conditione poſita cenſetur diſpoſitiuè vocata *ex ſtat. Vrbis lib.* 1. *cap.* 142. perinde ac ſi fuiſſet ſpecialiter nominata Gabr. *conſ.* 115. *ſub numer.* 12. *lib.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 28. *ſub num.* 3. *& conſ.* 52. *ſub num.* 6. *lib.* 4. Menoch. *præſumpt.* 62. *ſub num.* 59. *lib.* 4. *Rot. penes ſanct. mem Greg. XV. deciſ.* 315. *num.* 10. *verſ. firmata prima inſpectione, & deciſ.* 248. *ſub num.* 1. *verſ. quinimo, &c. par.* 7. *recent.*

Illius autem purificatio iuſtificatur, ex eo quia dicti Paulus, Traianus iunior, & nuper Franciſcus obierunt ſine filijs, nam obitus plenè probatur ex fidei Parochi extracta ex libro, in quo mortui

2 deſcribuntur, *Rot. deciſ.* 564. *numer.* 4. *par.* 5. *tom.* 2. *recent. bon. mem.* Buratt. *deciſ.* 708. *num.* 31. quod verò ipſi deceſſerint ſine filijs, præſumitur eo ipſo, quod exaduerſo non docetur de contrario Alex. *conſ.* 20. *numer.* 12. *& conſ.* 39. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 578. *ante num.* 1. *verſ. & quod deceſſerit ſine filijs, & conſ.* 652. *num.* 7. Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 49. *num.* 3. Maſcar. *de probat. concl.* 343. *num.* 8. *& alios refert* Menoch. *præſumpt.* 182. *num.* 5. *lib.* 4.

Nec obſtat, quod dicatur Teſtatorem induxiſſe reciprocam ſubſtitutionem ſolum inter dictos Ioannem Baptiſtā, & Fauſtum eius filios inſtitutos hæredes, non autem inter nepotes in conditione poſitos, & alios ſucceſsiuè vocatos, ideoque fideicommiſſum non potuerit hodie purificari ad fauorem Corneliæ, cum per obitum dictorum

hæredum grauatorum cum filij illud expirauerit, quia dum teſtator non ſolum ipſis filijs hæredibus inſtitutis, ſed etiam omnibus alijs, ad quos ſua hæreditas, peruentura foret expreſsè prohibuit alienationem totius, vel partis eiuſdem hæreditatis, & in caſu contrauentionis voluit illam deuolui ad alios confidei commiſſarios, ſi viuerent, ſin minus ad proximiorem de familia, ſatis colligitur eoſdem quoq; nepotes prius in conditione poſitos ſub huiuſmodi prohibitione comprehendere, & conſequenter inter eos etiam reci-
3 procam ſubſtitutionē ordinare voluiſſe Teſtatorem, non ſolum caſu alienationis, vt ſuper hoc Teſtamento fuit reſolutum *die 2. Martij* 1598. *coram* Peregr. *deciſ.* 512. *part.* 4. *diuerſ.* & 29. *Martij eiuſdem anni coram Litta*, & probatur ex relatis per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 685. *num.* 53. *verſ. limitatur ſecundo*, & *q.* 689. *nu.* 8. *verſ. declaratur ſecundo*, & *ſeq.* Sed etiam in caſu mortis cuiuſcūque vocati ſine filijs, vt fuit reſponſum *coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Pāzirolo* 16. *Martij* 1639. ex pluribus rationibus in eius deciſione deductis, & optimè comprobatur *ex dicta Greg. XV. deciſ.* 315. *ſub d. num.* 10. *verſ. Sed ſi prius eſſent expreſsè vocati*, &c. *cum ſeqq.* & *in rec. deciſ.* 302. *nu.* 8. *verſ. quod autem*, &c. & *ſeqq. ac deciſ.* 36. *ſub nu.* 13. *verſ. Vnde inferebatur*, &c. *cum ſeq. par.* 1. & *deciſ.* 248. *per tot par.* 7.

Minus obſtat aſſertio ſuper expiratione dicti fideicommiſſi facta per Paulū alterum ex filijs dicti Ioannis Baptiſtæ in eius teſtamento condito 28. Ianuar. 1637. de quo tempore ſuper eo pendebat lis inter dictum Franciſcū, & Corneliam, quia huiuſmodi cognitio, ac declaratio non ſpectabat ad ipſum, ſed ad Iudicem à quo fuit contrarium poſtea iudicatum de voto Rotæ corā di-
4 cto Eminentiſsimo D. meo Cardinali Panzirolo ſub die 16. Maij 1639. cuius iudicium præferri, atque attendi debet, non autem erronea grauati aſſertio, *l. voluntatis* 7. *C. de fideicomm.* Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 29. *verſ. caterum*, & *ſeqq. cum alijs relatis per* Fuſar *conſ.* 1. *ſub n.* 28. *verſic. reſpondetur*, &c.

Cum igitur de exiſtentia, & purificatione fideicommiſsi ad fauorem Corneliæ ex iam dictis dubitari non poſsit Dominos progredientes ad alia requiſita pro immiſsione obtinenda neceſſaria dixerunt, conſtare etiā de legitimatione perſonę ipſius Corneliæ, nem. pè quod ipſa ſit filia dicti Fauſti alterius ex hæredibus grauatis, quod abundè probatur, tam ex depoſitionibus Teſtiū formiter deſuper examinatorum, quā ex Teſtamentis dictorum Traiani iunioris, Pauli, & Franciſci, in quibus à Teſtatoribus Cornelia fuit appellata
5 eorum ſoror conſobrina, quæ denominatio proculdubio præiudicat Rutilio Paracciano, ac plenè probat contra eū habentem cauſam à dicto Franciſco, *Rota deciſ.* 602. *num.* 2. *in fin. par.* 4. & *deciſ.* 229. *num.* 3. *par.* 7. *recent.* & *fuit dictū in Bononien. fideicommiſſi de Ramundinis* 9. *Maij* 1636. *coram me impreſſ. in dicta par.* 7. *recen. deciſ.* 131. *num.* 4.

Demum quod bona prędicta in hęreditate dicti Traiani ſenioris, ac proinde illius fideicommiſſo ſubiecta remanſerint, iuſtificatur ex publico inſtrumento ſubrogationis dicti Prati factæ pro rata prædicta in locum Palatij fideicommiſſarij dicto Cardinali Contarello venditi anno 1605. & ex alio inſtrumento tranſactionis à dicto Traiano iuniore Paulo, & Franciſco fratribus de Alicornis initæ de anno 1626. cum Antonio Mariano, in quo dicti fratres declararunt domum ſitam in Via Curſus eſſe fideicommiſſariam, nec non ex apoca diuiſionis bonorū fideicommiſſariorum inter Paulum, & Franciſcū confecta, & nomine eiuſdē Franciſci in iudicio coram A. C. producta vna cum prædictis Inſtrumentis; quam productionem ipſemet Frāciſcus ſubindè ratificauit.

Quibus concurrentibus concedenda eſt immiſſio ex remedio *l. fin. C. de*
6 *edict. Diu. Adrian. toll.* fideicommiſſario illam petenti vigore teſtamenti nō aboliti, nec in aliqua ſui parte ſubſtantiali

tiali cancellati, vt dictum fuit in *Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 30. Maij 1646. corã R.P. D.meo Corrado in princ.* vbi aliæ plures concordantes allegantur, etiam contra tertium poſſeſſorem, qualis eſt dictus Rutilius habens causã à Ioanne Baptiſta Pauluccio cui prædicta bona, tanquam plus offerenti de mandato Iudicis,& conſenſu dicti Frãciſci, tunc in carceribus detenti fuerũt deliberata pretio ſcut. 1200. monetæ ad inſtantiã Venerabilis Eccleſiæ Sanctorum Ambroſij, & Caroli nationis Mediolanen. eiuſdem Franciſci creditricis occaſione cenſus ſcutorum mille in ſorte, vt pluribus relatis fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 4. Februarii præſentis anni coram me. §. Nam exiſtentia fideicommiſſi, verſic. etiã contra tertium.*

Non obſtat, quod alienatio dictorum bonorum facta fuerit ob vrgentem neceſſitatem liberandi dictum Franciſcũ à Carceribus. Vnde infertur eam eſſe validam tanquam in hoc caſu permiſ-
7 ſam ab ipſo Teſtatore ibi, *Saluo per caſi legitimi, e conceſsi dalla ragione, come prigionia, detentione in mano d'infideli, ò altra eſtrema neceſsità, &c.* & conſequenter Paraccianum eſſe legitimum contradictorem ad impediẽdum Corneliæ immiſſionem. Quia cum Franciſcus fuerit ob eius culpam carceribus mancipatus, quippe cenſum nulla prorſus vrgente legitima neceſſitate impoſuerat ſuper dicto Prato tanquam libero, non poteſt huiuſmodi facultatis vigore ſuſtineri alienatio vltra vitã alienantis, prout leges diſponunt, ad quas Teſtator ipſe ſe retulit *l. penult. §. prædium, ff. de legat. 2.* ne alias fit in eiuſdem grauati facultate fideicommiſsũ euertere contra diſponentis intentio-
8 nem, Cephal. *conſil. 254. à num. 7. & ſeq. & conſil. 255. num. 2. cum ſeqq. Odd. de prohibit. alienat. quæſt. 32. numer. 7. verſic. aut quærimus, & ſeq. & num. 48. verſic. aut non poteſt aliunde &c. & num. 69. verſ. primo caſ. etc.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 42. ſub num. 91. verſ. quodſi detinetur cum aliis relatis per* Fuſar. *de ſubſtit. q. 535. num. 10. verſ. declaratur ſecundo.*

Eoque minus ſubſtineri poteſt alienatio prædicta, quia extabant plura bona libera ab omni onere fideicommiſſi, & prętertim pars Prati cenſuati, cum illud fuiſſet emptum pretio ſcut. 5000. monetæ, & pro rata ſcutorum 3500. monetæ circiter tantum ſubrogatum in locum domus fideicommiſſariæ venditæ Cardinali Contarello. Ideoque priùs cum liberis, quam cum bonis fideicommiſ-
ſarijs erat occurrendum neceſſitatibus
9 grauati, etiamſi caſus fuiſſet vnus ex illis à teſtatore permiſſis, vt in terminis tradit Gabr. *conſ. 118. num. 6. lib. 1.* Maluaſ. *conſ. 8. num. 26.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 40. num. 22.* Odd. *de prohibit. alienat. dicta quæſt. 32. num. 47. verſ. aut grauatus*, Fuſar. *de ſubſtit. dicta quæſt. 535. verſic. declaratur primo. etc. et quæſt. 542. num. 14. verſ. Declaratur tertio.*

Nec releuat detractio ſcutorũ 1333. circiter ob tertiam partem dotis maternæ Franciſco tangen. prætenſã ex
10 remedio *authentic. res quæ, C. commun. de legat.* quoniam pro illius ſatisfactione priùs calculari debent duę ex tribus partibus portionis liberæ dicti Prati, quæ in dicta diuiſione bonorum facta inter Paulum, & Franciſcum fuerunt ipſi Franciſco aſſignatę cum onere illas accipiendi ad bonum computum ſuæ portionis dictæ dotis maternæ, quæ duas partes ſic illi aſſignatę important ſcuta mille circiter, nam vt dictum eſt Pratum emptum fuit pretio ſcutorum 5000. & pro rata ſcut. 3500. circiter ſubrogatum fideicommiſſo, de quo agitur. Vnde portio libera remanſit ſcutorum 1500. circiter, quorum duæ partes ſunt ſcutorum mille circiter. Deinde reddi debet ratio de bonis, quæ in hæreditate prædicti Ioannis Baptiſtæ dicti Franciſci patris, cui ipſe cum alijs fratribus ſucceſsit remanſerunt, & in inuentario ab ipſis fratribus confecto
11 deſcripta fuerunt, vt fuit dictum in *Bononien. de Glauarinis 23. Ianuarii 1647. coram Reuerendiſſ. Terracien. in recent.*

deciſ. 88. ſub num. 21. verſ. nec etiam poſſum conſiderare etc. cum ſeqq. par. 7. et prius coram Seraphino deciſ. 321. numer. 18. ac in aliis ibi relatis. Nam ante redditam rationem dictorum bonorum cum ſit incertum quid ſuperſit occaſione dotis prędictę ſoluen. Franciſco non poteſt impediri immiſsio Corneliæ in portione fideicommiſſo ſubrogata; *Rota deciſ. 47. num. 13. par. 5. recent.* Licet quoad aliam partem Prati liberam poſſeſſam à Franciſco pro iuribus dotalibus ſuæ matris aſcendentem ad dictã ſummam ſcutorum mille circiter non habuerunt Domini difficultatem, quod pro ea competat Rutilio retentio.

Poſtremò minus obſtat prætenſa reſtitutio fructuum per Corneliam perceptorum à die litis citra contra eam per dictum Franciſcum motæ ſuper reſtitutione bonorum dicti fideicommiſſi, ad quos fuit condemnata per ſententiam Auditoris Cameræ, quia cum illi non ſint liquidi, imò nec ſatis conſtat, an & pro qua parte fuerint ab ipſa percepti, & vlterius dicta ſententia reperiatur ſuſpenſa per appellationem à Cornelia interpoſitam, minus poteſt ſub hoc prætextu impediri illius immiſſio, *Rota deciſ. 51. num. 1. verſic. quo vero ad alias detractiones &c. & ſeq. part. 5. & deciſ. 301. num. 17. verſic. & talis exceptio &c. cum ſeq. par. 6. recent. & ſepè in alijs.*

Atque ita vtraque &c.

Romana fideicommiſſi de Bariſcianis.

Mercurii 27. Ianuarii 1649.

Coram R. P. D. Arguelles.

SVMMARIVM.

1 *FIDEICOMMISSI exiſtentia deducitur ex pluribus ſubſtitutionibus reciprocis, addito verbo ſuccedunt.*

2 *Maximè ſi ſit verbum tractum temporis ſucceſſiuè ſignificatiuum.*

3 *Ex ſola vocatione per nomen collectiuũ factum verbis communibus, an indicatur fideicommiſſum perpetuum.*

4 *Vocatio facta verbo* per lineam *fideicõmiſſum inducit; maximè quia propoſitio* Per *denotat tractum de gradu in gradum. num. 5.*

6 *Subſtituens verbis* modo, & forma prædictis *cernetur ſubſtituere cum omnibus qualitatibus in prima ſubſtitutione poſitis num. 7.*

8 *Subſtitutio facta vt deficiente linea, alia ſuccedat, intelligitur fideicommiſſaria.*

9 *Subſtitutio facta pro duabus dimidijs cenſentur facta per tota hæreditate.*

10 *Verbũ* deficiente linea *importat digreſſum ad plures gradus actiuè, & paſſiuè.*

11 *Filiatio ex quibus probetur remiſſiuè.*

DECISIO X.

MArſilius Bariſcianus in ſuis vltimis tabulis anno 1544. compoſitis, poſt quędam legata Imperiæ, Hortenſiæ, & Vicentię filiabus relicta, hæredes ſuos vniuerſales, Fabium, Ioannem Baptiſtam, & Lęlium filios ſcripſit, *Hic quandocunq; ſine filijs legitimis, & naturalibus decedentibus, filias aquis portionibus ſubſtituit, facta etiam inter eas reciproca, ſi aliqua ſine filiis legitimis, & naturali-*
5 *bus decederet, & ſic in futurum ſucceſſores dictos per lineam (ait) directam ſuccedant, modo, & forma prædictis, & deficiente dicta linea directa, ſuccedant filii dictorum Dominorum Honuphrii, & Margherita ipſius Teſtatoris cognati, et germanæ ſororis reſpectiuè, ſi tunc vixerint, ſin autem filię fœminæ ipſorum, et ſic in futurum earum ſucceſſores directa linea ipſarum, modo, et forma vt ſupra, et his non exiſtentibus, et deficientibus ſuccedat pro medietate Hoſpitale prædictum Sancti Saluatoris, et Sancti Iacobi Incurabilium, etc.*

Per obitum ſupradictorum Fabij, Ioannis Baptiſtæ, & Lelij ſine filijs, ſubſtitutionis locus ad dd. Imperiæ, Hortenſiæ,

tenſiæ, & Vicentiæ fauorem factus fuit
*l. heredes mei 57. §. cum ita, ff. ad S. C.
Trebell. l. generaliter 6. verſ. ſi enim. C.
de inſtit. et ſubſtit.*

Defuncti deinde Hortenſia, Alexan-
der, & Antonius de Clauſianis eius ne-
potes ad bona dicti Marſilij vigore fi-
deicommiſſi vocati prætendentes, con-
tra Dominum Lelium Iun. de Bariſcia-
nis Vicentiæ pronepotem, & bonorum
poſſeſſorum Iudicium coram A. C. in-
troduxerunt, à quo per dictum Lelium
Auocata cauſa, & mihi commiſſa. Du-
bitaui An conſtet de fideicommiſſo
Marſilij Bariſciani ad fauorem dd. Ale-
xandri, & Antonij; & Domini quoad
portionem Hortenſiæ affirmatiuè reſ-
ponderunt.

Exiſtentia namque fideicommiſſi cla-
riſſima eſt, cum poſt inſtitutionem, &
reciprocam filiorum, & ſubſtitutiones
filiarum etiam reciprocas, vocentur
1 earum ſucceſſores verbo cõmuni *ſuc-
cedant*. His enim ſtantibus, ſubſtitutos
per nomen collectiuum plurium per-
ſonarum, & graduum cenſeri vocatos
ordine ſucceſſiuo, & grauatos reſtitue-
re, *probat tex. in l. ſi plures 96. ff. de leg.
3. l. cum ita 33. alias leg. omnia 32. §. in
fideicommiſſo, ff. de leg. 2. l. 1. §. id quod
13. ff. ad leg. ſalcid. & poſt* Bart. Bald.
Caſtr. Couar. ibi citatos latè proſequi-
tur Peregr. *de fideicomm. artic. 19. num.
11. & multis ſeqq. ex d. §. in fideicommiſ-
ſo ad quod indu ie etiam eleganter num.
13. l. peto 69. §. fratre 3 ff. eod. tit. de
leg. 2. & num. 14. l. fin. C. de verb. ſignif.
viden. per tot. artic. in quo diligenter ad
partes diſputat. Rota deciſ. 30. num. 3.
par. 1. & deciſ. 21. num. 11. verſ. quoniã
vltra p. 5. recent. apud* Seraph. *deciſ.
409. num. 14. in Tiburtina fideicommiſſi
25. Maij 1646. §. & licet contrarium,
verſ. quod ſecurè, & 14. Ianuarij 1647.
& licet Addentes cum ſeqq. coram me,
magna Doctorum ſerie.* Et in terminis
ſucceſſores Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 343.
num. 1. verſ. & de verbo ſucceſſores, &
vltra ibi citatos* Socin. *conſ. 13 præſens
conſultatio num. 6. & ſeqq. verſ. capio
nunc ſecundum lib. 2.*

Quę concluſio licèt patiatur difficul-
tatem ex citatis à Peregr. & Fuſar. *vbi
ſupra* Molin. *lib. 1. de primogen. cap. 5.
num. 26. verſ. his tamen non obſtantibus*
Tuſch. *tom. 7. littera S, concluſ. 802. nu.
149. & 263.* Indubie procedit, ſi adeſt
2 verbum tractus temporis ſucceſſiui ſi-
gnificatiuum, vt in præſenti verbum,
In futurum. Molin. *multis citatis vbi
ſupra num. 26. verſ. his tamen non ob-
ſtantibus, & ibi Add.* Fuſar. *de ſubſtitut.
quaſt. 233. num. 36.* Caſtill. *controuerſ.
lib. 5. cap. 39. num. 33.* Gratian. *diſcept.
forens. cap. 774. num. 26. & 27. cum mul-
tis*, vbi notanter addit ex ſola vocatio-
ne per nomen collectiuum, ſi fiat ver-
bis communibus induci fideicommiſſũ
perpetuum, licet cautè hoc aſſerendũ
ſit proeter Molin. auctoritatem vbi ſu-
3 pra Menoch. *conſ 397. num. 13. et 14.*
Rimin. *conſ. 23. num. 127. lib. 1. Gam-
ma deciſ. 224. num. 12. Rota deciſ. 276.
num. 12. 300. num. 13. part. 1. 344. nu.
6. p. 2. 168. num. 9. p. 3. 180. num. 7. 216.
num. 13. p. 5. recent. et in Rauenaten. he-
reditatis 7. Februarij 1648. §. itaque cum
dicta ſubſtitutio coram R. P. D. meo Royas.*

Eo magis, quia ſucceſſores vocauit
adiecto verbo *per lineam*, quod colle-
ctionem plurium perſonarum, & gra-
duum comprehendit, & eorum voca-
tionem de gradu in gradum operatur,
4 ex congeſtis à Fuſar. *conſ. 169. numer.
17. Modern. Lucen. conſ. 65. num. 15.
Gamma deciſ. 160. per tot. et ex* Bald.
Anchar. Dec. *et alijs. Rota deciſ. 6. num.
20. et ſeqq. deciſ. 21. num. 19. p. 5. recent.*
& latiſſimè fuit dictum in allegatis *Ti-
burtinis, et Bonon. fideicommiſſi de Gui-
dottis 24. Ianuarij 1648. §. ſecunda conie-
ctura coram me*, vbi quod alias inutili-
ter fuiſſent adiecta verba per lineam di-
rectam. Et ſumus hic in fortioribus
5 terminis propter vim propoſitionis,
Per, quod denotat tractum, & curſum,
& continuationem de perſona ad per-
ſonam, & de gradu in gradum, Gra-
tian. *diſcep. forenſ. c. 773. num. 1. Rota
d. deciſ. 6. et 21. vbique num. 23. par. 5.
recen. et deciſ. 168. num. 11. p. 3. recen.
in allegata Bonon. fideicommiſſi de Gui-*

dottis

dettis d. §. ſecunda coniectura.
Nec dicatur, quod iſta quidem poſ-
ſunt operari, vt dicantur ſucceſſores in
perpetuum vocati; non vero grauati,
ex vulgari regula, quod ex vocatione
actiua non infertur ad paſſiuam, quia
præter quam quod hęc regula non in-
trat, vbi ad ſunt verba ſignificantia trac-
tum ſucceſſiuum, iuncto nomine col-
lectiuo, vt ex omnibus ſupra allegatis.
Non enim poſſet fieri curſus, & conti-
nuatio de gradu in gradum, ſi vnus non
fuiſſet grauatus de reſtituen. alteri. In
6 noſtro caſu expreſſum eſt grauamen,
& voluntas Teſtatoris: nam eodem
modo, quo ſubſtituit filias, ſubſtituit
etiam ſucceſſores earum in perpetuũ;
At inter eas ſubſtitutionem fecit com-
pendioſam per verbum *Quandocũque*,
Bar. *in leg. centurio* 15. *num.* 17. *ff. de*
vulg. et pupill. Soccin. *iun. conſ.* 174.
num. 24. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.*
223. *num.* 31. *Rota in Auximana fidei-*
commiſſi 22. *Martij* 1639. *coram Reueren-*
diſſ. D. meo Decano. Et quia ſub condi-
tione mortis idem Fuſar. *num.* 6. Et ſub
conditione ſi ſine filijs *num.* 35. *et queſt.*
108. *num.* 9. Et reciprocam illis verbis
moriatur vna alteri, et è contra; c. ſi pa-
ter de teſtam. in 6. *et ibi Coſta in princ.*
num. 12. *et* 18. *et verbo moriatur num.* 13.
verſ. non obſtat. Et ita concluditur etiã
inter ſucceſſores compendioſam, &
reciprocam feciſſe. Minor iam eſt pro-
bata, ne vllus negabit. Maior patet ex
verbo *Et ſic* quod eſt repetitiuum, &
continuatiuũ formæ, ac qualitatis prę-
cedentis vocationis, vt per multos ci-
tatos à *Reuerendiſſ. Vgentin. dict.* 365.
num. 1. 114. *num.* 2. Ac ſi diceret, quod
eodem modo, quo ſubſtituit filios, ſub-
ſtituit etiam ſucceſſores earum in futu-
rum, nempè per compendioſam, &
reciprocam: Quod clarius apparet ex
clauſula *modo, et forma prædictis*, *Rota*
7 *deciſ.* 603. *num.* 3. *par.* 3. *recen.* Quia eſt
relatiua præcedentium cum omnibus
ſuis qualitatibus congeſti per *Reueren-*
diſsimũ Vgentin. dict. 276. *num.* 3. Ac ſi
omnia pręcedentia nominatim, ac ſpe-
cificè eſſent expreſſa *citati ibi num.* 4.
Carp. *de excud. lib.* 2. *c.* 17. *num.* 19.
Immo per ſolam copulatiuam cõtinua-
tiue poſitam in ſubſtitutionibus factis
de diuerſis perſonis etiam in orationi-
bus ſeparatis, & diſtinctis cenſe-
ſeri factam continuationem de vna ad
aliam, & omnes qualitates expreſſas in
prima cenſeri repetitas. Gratian. *d. di-*
ſcept. 773. *numer.* 28 *&* 29 *Rota deciſ.*
453. *num.* 8. *p.* 2. *recent.* Qua propter
cum verba ſint clara, & expreſſa, ſuper-
fluum eſſet ad coniecturas, & pręſum-
ptiones recurrere. *ex vulg. axiomate*
per Valaſc. 141. *littera C. Rota in Faven.*
bonorum 19. *Iunij* 1648. §. *quia ex ver-*
bis coram me.

Accedit *doctrina* Ruin. *conſ.* 199. *num.*
8 5. *verſ. ſed prædictis lib.* 2. vbi quod ſi
ſubſtitutio fiat, ſi linea fuerit defecta,
omnes de linea cenſentur grauati, Gra-
tian. *d. diſcept. forenſ.* 773. *num.* 12. *verſ.*
accedit, Fuſar. *conſ.* 169. *num.* 18. Surd.
conſ. 344. *num.* 17. *lib.* 3. vbi ſi deficien-
te vna linea alia vocetur, intęligi factũ
reciprocum, & perpetuum fideicom-
miſſum idem Ruin. *conſ.* 140. *num.* 9.
verſ. ſi enim vult lib. 3. Quæ ſecurè pro-
cedunt, cum ſimus in deſcendentibus,
Peregr. *conſ.* 33. *num.* 7. *lib.* 3. Ramon.
conſil. 9. *num.* 20. *Rota cum citatis in Ro-*
mana fideicommiſſi de Zephiris 4. *Iunij*
1646. §. *ſed & his non obſtantibus coram*
R. P. D. meo Bichio, & in d. Bonon. fidei-
commiſsi de Guidottis 24. *Ianuarij*
1648. §. *maximè cum verſemur co-*
ram me.

Pręſertim ſtantibus, argumentis de
quibus per Fuſar. *de ſubſtitut. quaſt.* 472.
nu. 8. 10. 47. 49. 78. 98. 104. *quaſt.* 332.
num. 34. Et facta ſubſtitutio in tota hę-
9 reditate, quia eſt facta pro duabus di-
midijs, quod idem eſt, vt multis Doc-
toribus, & Rotę deciſionibus Fuſar. *in*
d. queſt. 472. *num.* 61 *&* 73. Seraphin.
deciſ. 934. *num.* 16. Et ſaltim ſufficerent
omnes ſimul iunctæ ex vulgari regula
ſingula, quæ non proſunt, quæ in Ro-
ta ſemper admittitur in hac materia,
vt in Romana fideicommiſsi de Mutis 15.
Ianuarii 1648. §. *quę autem dicuntur co-*
ram R. P. D. meo Meltio in citata Bonon.
fideicom-

Digitized by Google

ſideicommiſsi de Guittis 24. Ianuar. §. & quamuis, & 5. Iunij 1648. §. obiecta vero coram me.

Eo magis quia digreſſus ad plures gradus fuit factus actiuè, & paſſiuè vt conſtat ex illo verbo *Deficiente*, quod ſupponit exiſtentiam præcedentium, & habet etiam locum non data exiſtentia, Menoch *conſ. 1063. numer. 4.* Gratian. *dicta diſcep. 773. nu. 22. & 23.* Quo caſu digreſſus abſque dubio operatur reciprocum fideicommiſſum, *Rota deciſ. 158. num. 6. p. 5. recent.*

Præcipuè iuncto verbo *non extantibus*, quod refertur ad tempus, quandocumque deceſſerint Socin. *in l. ſolemus in fin. ff. de condit. & demonſtr. Rota in ſępius allegata Bonon. fideicommiſsi de Guidottis 24. Ianuar. 1648. §. & prædicta coram me.* Si non reſtringatur ad certum tempus, *Rota deciſ. 490. num. 6. part. 4. diuerſ.*

Et tandem pro ſua ingenuitate ſcribens pro D. Lelio oretenus, nec fideicommiſſum, nec filiationem pernegabat, quæ ſatis probatur ex teſtibus deponentibus de educatione, nominatione, tractatione, & fama iunctę fide Baptiſmi ex quibus omnibus benè filiationis probatio inducitur *tex. in leg. filium, ff. de his qui ſunt ſui, &c. Rota in Bonon. fideicommiſsi de Raimundinis 15. Februarij 1636. §. quo vero coram Reuerendiſſ. D. meo Dunazetto Decano in Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. §. de conſanguinitate in Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. § quod autem Franciſcus, & in Romana fideicommiſſi 8. Iunij eiuſdem anni §. de filiatione coram me.*

Ex quibus reſponſum etiã manet his, quæ ex parte Domini Lelij adducebãtur, & deciſionem Reuerendiſſ. D. Salamantini in calce ſuę ſcripturæ in forma memorialis datæ cum allegationibus tamen, & iuris, & facti, & modo non diſputetur de reciproca de linea ad lineam, quia agitur tantum de linea Hortenſię, & ſic reſolutum fuit conſtare de fideicommiſſo Marſilij Barſiciani ad fauorem Alexandri, & Antonij de Cluſianis, quoad portionem Hortenſiæ, &c.

Romana fideicommiſſi de Bariſanis.

Lunæ 27. Iunii 1650.

Coram R. P. D. Celſo.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta ad euitandas lites pendentes, cum receptione partis bonorum, non poteſt hæredibus impugnari.*

2 *Hæres cum benefic. l. & inuentarij donec non doceat per legitimam redditionem rationis bona hæreditaria non ſufficere, tenetur ſeruare factum defuncti.*

3 *Tranſactio facta bonafide ſuper fideicommiſſo dubio ligat ſucceſſores, quamuis non ſint hæredes.*

4 *Bona fides tranſigentium reſultat ex præexiſtentia litis vertentis.*

5 *Tranſactionis vtilitas ſemper præſumitur, nec defacili venit reſcindentia ſtãte obſeruantia ſubſequuta. num. 6.*

7 *Tranſactio litis finem imponit, eiuſque ingreſſum impedit.*

DECISIO XI.

1 Reſolutum fuit ſub die 27. Ianuarii 1649. conſtare quoad portionem Hortenſiæ de fideicommiſſo Marſilij ad fauorem Alexandri, & Antonii de Gluſianis, qui cum inſtarent pro Immiſſione contra Poſſeſſores bonorum eiuſdem fideicõmiſſi fuit oppoſitum de tranſactione inita de anno 1603. inter Angelum, & Flauiam filios præfatæ Hortenſiæ ex vna, & Lauiniam Dyoniſiam relictam q. Lælii ſen. ex altera. Vndè vti ſubrogatus in locum bon. mem. Arguelles, Dub. propoſui. An huiuſmodi tranſactio obſtet, & obſtare reſponſum fuit.

Nàm cum fratres prædicti ſint hæredes

Digitized by Google

des tranſigentium; qui ad euitandas li-
tes iam pendentes recepta quadã por-
tione domos poſitæ ad dohanam, re-
nunciarunt omnibus, & quibuſcunq;
iuribus ſibi quomodolibet competen-
tibus ſuper hæreditate eiuſdem Marſi-
lii, tam vigore fideicommiſſi, quam ex
quauis cauſa cogitata, & incogitata vti-
1 que tranſactionem huiuſmodi impu-
gnare non valent per tex in l. cum à
matre 14. C. de rei vindicat Berou. conſ.
176. num. 74. verſ. tranſactionem lib. 1.
Seraph. deciſ. 1157. num. 2. ſanct. mem.
Gregor. deciſ 354. num 3. in recent. de-
ciſ. 147. ſub num. 11. verſ. non obſtat ſe-
cundo p. 5. & dictum fuit in Nepeſina pe-
cuniaria 3. Dec. 1646. coram R.P.D. meo
Veroſpio.

Nec obſtat, quod reſpectu Patris ſint
hęredes cum beneficio legis, & Inuen-
tarii. Nam donec per legitimam red-
ditionem rationis non docent bona
hæreditatis non ſufficere tenentur ſer-
2 uare factum defuncti, vt notat. Bart. in
l. cum vir ſub numer. 14. verſ. ſed ſi fecit
ff. de vſucapio. Dec. in l. ex qua perſona
num. 2. verſ. & quod dictum eſt ff. de reg.
iur. Molin. de Hiſpan primog. lib. 4. cap.
1. num. 24. Rot. coram ſanct. mem. Greg.
deciſ. 67. numer. 13. & Molius deciſ. 418.
num. 6. vbi Add. num. 15.

Immo, cum dicta tranſactio facta fue-
rit bona fide nempè ſuper fideicom-
miſſo, de cuius exiſtentia, & purifica-
tione dubitabatur, ligat etiam ſucceſ-
ſores, quamuis non ſint hęredes, iuxta
3 tex. in l. cum hæreditas 36. vbi Caſtr. n. 2.
ff. ad Trebell. & comprobat Imol. in l.
antè reſtitutam nu. 1. ff. de ſolutio. Mar-
zar. in Epitom de fideicommiſſis par. 3.
quæſt. 72. §. de tranſactione autem; & eo-
dem tract. de fideicommiſſis Petra quæſt.
8. num. 67. & ſeqq. ac Peregr. art. 52. nu.
88. Bertrand. conſ. 18. nu. 4. lib. 1. Mãtic.
de tacit. lib. 26. tit. 4. num. 26. Boer. de-
ciſ. 147. num. 5. Rot. in Bononien. tranſa-
ctionis 27. Februarij, & 16. Nouembris
1640. coram Eminentiſs. Cardin. Vero-
ſpio, & in Romana ſucceſſionis de Comi-
tibus 26. Iunij 1647. & pariter 26. Iunij
1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen.

Bona fides autem tranſigentium re-
ſultat ex præexiſtenti lite vertente in
Rota, cuius exitus cum eſſet incertus
præbuit iuſtam cauſam tranſigendi, ex
4 notat. in l. 1. ff. de tranſact. & in l. in ſum-
ma 65. ff. de condict. indebit. Rota coram
Caual. deciſ. 23. num. 2. & in Meleuitana
hæreditatis 5. Martij 1625. coram bon.
mem. Merlino. & in rec. deciſ. 263. nu. 2.
p. 3. vbi quod ad hunc effectum ſufficit
quælibet occaſio dubitãdi, etiam quod
prætenſio non ſit iuridica, & deciſ. 348.
num. 4. par. 4.

Nec quicquam facit deciſio emanata
coram bon. mem. Arguelles, quia illa
non excludit, quod tranſactio fuerit
inita ſuper re dubia, dum admiſſa etiã
exiſtentia, & purificatione fideicom-
miſſi adhuc ex dictis bonis erat detra-
henda legitima debita Lauiniæ ex per-
ſona Lelii, nec non dos materna, &
melioramenta per ipſum facta probata
per teſtes formiter examinatos: Ita vt
potuerit eſſe, quod fratribus de Gluſia-
nis vigore fideicommiſſi eiuſdẽ Marſi-
lii tanta pars non obtigiſſet, prout illis
aſſignata fuit, & tranſigentes in inſtru-
mento faſſi fuerunt, quod ſufficit ad
excludendam calumniam, & proban-
dam vtilitatem tranſactionis, quæ in
5 dubio ſemper pręſumitur, iuxta gloſ. in
cap. pen. verbo reſtituerent de empt. &
vendit. Surd. conſ. 451. num. 27. & 30.
Rota in recent. deciſ. 86 num. 22. par. 6.
in Bononien. tranſactionis 16. Nouembris
1640. coram Eminentiſſimo Cardin. Ve-
roſpio, & in Bononien. fideicommiſſi de
Beroaldis 8. Martij 1641. coram R.P.D.
meo Peutingero.

Facilius verò inclinarunt Domini in
hanc ſententiam, ex quo dicta tranſa-
ctio non ſolum inita fuit cum Autho-
ribus fratrum de Gluſianis hodie Agẽ-
tium, ſed etiam cum Perintijs, Inca-
ſatis, Attauantibus, & Cenciolinis, qui
proportionabiliter ad dictum fideicó-
miſſum reperiebantur vocati, & litem
introduxerãt coram bon. mem. Iuſto,
& ab omnibus ſemper per annos 40. &
vltrà obſeruata fuit, quæ obſeruantia
addit robur tranſactioni. Ita vt ita de
facili

facili reſcindi non poſsit, Decian. *conſ.* 28. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 3. *Rota coram* Caual. *deciſ.* 407. *num.* 9. *& in recent. de-*
6 *ciſ.* 86. *num.* 7. *p.* 6. & firmatum fuit in *Fluen. portionum* 26. *Iunij* 1638. *coram R. P. D. meo Royas, & in Romana reſciſſionis concordiæ* 15. *Iunij* 1648. *in fine coram R. P. D. meo Corrado.*

Ex quibus vtraque parte informante firmarunt Domini obſtare tranſactionem, cum illa imponat finem liti, & impediat illius ingreſſum *l. fratris tui,*
7 *l. ſub prętextu, & l. cauſas, C. de tranſact. cap.* 1. *de lit. conteſt. in* 6. *cum pluribus adductis in Bouonien. de Toſtinis* 31. *Maij* 1649. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Romana fideicommiſſi de Mutis.

11. *Ianuarii* 1649.

Coram R. P. D. Meltio.

SVMMARIVM.

1 *Immiſsio quando debeatur fideicōmiſſario, vigore legis finalis. C. de edict. D. Hadr. toll.*
2 *Immiſsio non conceditur fideicommiſſario niſi factis detractionibus.*
3 *Bona aſcendentium ſunt hypothecata pro conſtitutione, & reſtitutione dotium deſcendentium.*
4 *Conſtitutis dotibus de bonis fideicommiſſi, intrat præſumptio bona libera non extitiſſe, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi.*
5 *Res ſemel pro dote ex fideicommiſſo diſtracta, ſemper ex iuris remedio remanet libera, nec admittuntur fideicommiſſarij oblato pretio ad eam vendicandum, numer.* 6.
7 *Solutio debiti propter quod fideicommittens bona ſua hypothecauit, ex ijſdem detrahi debet, & num.* 11.
8 *Ad fundandam propriam intentionem non admittitur prę ſumptiua, ſed concludens requiritur probatio.*
9 *Inſtrumentum ceſsionis ratificatus, cēſetur ipſemet cedere, nec illud poteſt impugnare.*
10 *Diſpoſitio Auth. res quę non ſolum habet locum in conſtitutione dotis, ſed etiam pro alijs ſumptibus, & apparatibus nuptialibus.*
11 *Diſpoſitio d. Auth. eſt remediū ſubſidiarium in defectum bonorum liberorum.*

DECISIO XII.

Firmata præuijs duabus Decifionibus coram me emanatis ſub die 19. Februarij 1646. & 15. Ianuarij 1648. exiſtentia fideicommiſſi ordinati per q. Valerianum ſeniorem de Mutis, illiuſq; purificatione ad fauorem Octauij, & aliorum fratrum de Mutis per obitum Valeriani iunioris ſine filijs maſculis; Dubitatum hodie fuit ſuper quibus bonis illis concedenda ſit immiſſio, & Domini in dimidiam ſextæ partis Caſalis Polidori, quæ eſt pars duodecima totius, eam dandam eſſe dixerunt. Quod autem tertia pars dicti Caſalis ſiti in agro Romano in partibus Trāſtiberinis infra confines expreſſos remanſerit in hæreditate fideicommittentis, ac inter Cęſarem, & Britium filios poſt eius mortem fuerit diuiſa, quodq; ſexta pars Cæſaris ad Laurentium, & Alexandrum eius filios, ſucceſsiuè deuenerit plenè probatur ex Inſtrumētis relatis in ſummariis vtriuſque partis, & cum ipſæ in hoc conueniant, negari non poteſt immiſsio prę fatis Octauio, & fratribus de Mutis quoad dimidiam dictæ ſextę partis ſpectantis ad dictum Alexandrum filium
1 Cæſaris, & Auum reſpectiuè præfati Valeriani iunioris per cuius obitum apertum fuit dictum fideicommiſſum, & illius vigore delata dicta portio ad eoſdem de Mutis iuxta terminos *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Bart. *num.* 9. Dec. *num.* 25. *Rota deciſ.* 276. *nu.* 2. *verſ. quoad bona par.* 2. *& deciſ.* 330. *num.* 1. *verſ. quia cum fideicommiſſum, & ſeqq. par.* 5. *recent. & fuit dictum in Bonon.*

fideicommiſsi de Amorinis 18. *Maij* 1648. *coram me in principio.*

Factis tamen prius detractionibus inſraſcriptis ex toto corpore dictæ ſextæ partis Cæſari obuentæ, cum ante illarum deductionem regulariter non cō-
2 cedatur fideicommiſſario immiſſio. Decian. *reſponſ.* 85. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 423. *num.* 43. *&* 44. *verſ. ſimiliter fideicommiſſarius, & deciſ.* 333. *Rota in recent. deciſ.* 115. *num.* 11. *part.* 2. 360. *numer.* 25. *& ſeqq. par.* 5. *deciſ.* 51. *numer.* 14. *&* 15. *&* 88. *num.* 30. *cum ſeq. p.* 6.

Detractiones autem iſtæ ſunt; Prima namque quinta pars dictæ ſextæ partis Caſalis Polidori aſſignata à Cæſare in dotem Lucretiæ eius filiæ, vt ex Inſtrumento celebrato die 11. Iunij 1558. in ſumm. Violantis, & Flaminię de Mutis *num.* 9.

Secunda eſt quarta pars reſiduę dictæ ſextę partis traditæ pro dote Liuię alterius filię eiuſdem Cęſaris, ex inſtrumento celebrato die 22. Octobris eiuſdem anni ibidem *num.* 10. quę aſſignationes dubitari non poteſt, quin fuerint legitimę tanquam factę pro dotandis deſcendentibus fideicommittentis *ad text. in authen. res quæ, C. commun. de*
3 *legat.* Mant. *deciſ.* 152. *num.* 1. *cum duobus ſeqq. Rot. in rec. deciſ.* 312. *num.* 17. *part.* 6. irrefragabile eſt enim in iure, quod bona aſcendentium ſint hypothecata pro conſtitutione, & reſtitutione dotium deſcendentium ad tradita per Caſtrenſ. *conſ.* 80. *nu.* 1. *lib.* 1. Curt. *ſen. conſ.* 27. *num.* 13. Dec. *conſ.* 519. *num.* 4. *verſ. & ideo* Menoch. *conſ.* 33 *num.* 13. *verſ. licet ergo, & num.* 19. *verſ. his præmiſſis*, Surd. *deciſ.* 62. *num.* 22. *verſ. ſicut igitur.* Peregrin. *de fideicomm. art. à num.* 5. *cum ſeq. Rota deciſ.* 889. *num.* 3. *verſ. cum igitur, & fuit firmatum in Romana taxationis dotis* 17. *Nouembris* 1646. *coram Reuerendiſſ. D. meo Deceano, ac in Romana ſalutani de Caſalibus* 21. *Iunij* 1641. *coram R.P.D. meo Cerro,* & dum dictę dotes conſtitutę fuerunt in prędictis portionibus, intrat pręſūptio, non extitiſſe alia bona libera, ex quibus illę detrahi potuerint, & alle-
4 ganti alia extitiſſe certum eſt, quod incumbat onus probandi, Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 189. *num.* 174. Rolan. *conſ.* 19. *num.* 9. *lib.* 4. Dec. *conſ.* 519. *viſis his, quæ à præclariſſimo in fine,* Peregr. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 73. Gratian. *diſcept.* 331. *num.* 22. *&* 23. *Rota in Mantuana dotis* 6. *Iunij* 1636. *corā bon. mem. Coccino, & in Reatina domorū* 31. *Ianuarij* 1629. 5. *Martij, &* 5. *Nouēbris* 1632. *coram bo. mem. Pirouano.*

Neque releuata vt Cæſaris duo extiterint filij ſcilicet Alexander, & Laurentius, ac proinde portiones dicti Caſalis aſſignatę pro dotibus filiarum debeant proportionabiliter, & æqualiter deduci tam ex dimidia ſextę partis tāgente Alexandrum de qua in præſenti agitur, quam ex alia dimidia ſpectante ad Laurentium. Quia contrarium, vt nempè detractio debeat fieri ex toto corpore ſextę partis Cęſaris viſum fuit verius, ea ratione, quod cum onus dotandi Lucretiam, & Luciam ſpectaret ad Cæſarem patrem, & ipſe aſſignauerit pro earum dotibus hanc ratam Caſalis Polidori, illa libera, & exempta remanſit à fideicommiſſo, perinde ac ſi oneri fideicommiſſi ſubiecta nō fuiſ-
5 ſet *Rota deciſ.* 209. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 312. *num.* 45. *par.* 6. res enim pro dote ſemel ex fideicōmiſſo diſtracta ſemper ex iuris remedio remanet libera *leg. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellian.* Soccin. *ſen. conſ.* 23.
6 *num.* 6. *et* 8. *verſ. vel quia,* Adeo eſt nec minus fideicommiſſarij admittātur ad vindicandam rem alienatam pro tali conſtitutione dotis oblato pretio poſſeſſori emptori, vel marito, cui dicta res in dotem data fuit Caſtren. *in d. authēt. res quę C. commun. delegat. num.* 6. *et ibi* Iaſ. *num.* 11. Rum. *conſ.* 137. *num.* 19. *verſ. nec poſtquam,* Dec. *conſ.* 519. *num.* 5. *verſ. et ideo.* Peregrin. *de fideicomm. art.* 42. *num.* 22. *et* 23. Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 531. *num.* 56. *verſ. ampliatur vigeſimo, et* 536. *num.* 19. *verſ. ampliatur octauo. Rota dicta deciſ.* 209. *num.* 3. *p.* 1. *et* 312. *num.* 45. *par.* 6. *recentior.*

Tertia

Digitized by Google

Tertia detractio eſt dos *Philippæ* vxoris Cæſaris recepta ab ipſo Valeriano eius patre fideicommittente in ſumma ducatorum quatuor millium de caroleñis, Acconcio in ſumma ſcutorum quingentorum ſimilium, nec non dotatione *propter nuptias, & quarto dotali* in ſumma ſcutorum quingentorum ſimilium, vt apparet ex inſtrumento celebrato die 6. Iulij 1626. dato in ſummario Violantis, & Flami-
7 niæ ſub *num.*11. Hæc enim deduci debent tanquam debita ipſius fideicommittentis, qui in eodem Inſtrumento expreſſè hypothecauit ad fauorem Nurus dictum Caſale *leg. filiusfamil. §. Diui. ff. de legat.* 1. *leg. peto. §. prædium. ff. de legat.* 2. *leg. pater filium. ff. de legat.* 3. *leg. alienationes, ff. famil. erciſc. leg. Papinianus, §. quarto. ff. de inoffic. teſtament. cum concordan. relatis per* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 541. *num.* 1. *& ſequen.* Surd. *deciſ.* 62. *num.* 20. *&* 21. *verſ. certum eſt autem, Rota penes* Buratt. *deciſ.* 946. *ſub num.* 22. *verſ. ſecunda detractio*; in cauſam tamen dictæ dotis Philippæ DD. dixerunt imputanda eſſe ſcuta mille centum pro valore domus in hæreditate dicti Valeriani remanſæ, & per filias ipſius Philippę tanquam eius hæredes apprehenſæ, ſimilique pretio ſcutorum mille centum alienatę Fuluiæ Taſchæ, vt apparet ex publico inſtrumento ſub die 9. Ianuarij 1573. ſummario additionali Octauij *numer.* 3. E contra verò legatum ſcutorum 500. relictum per Philippam Portiæ eius filiæ quatenus Moniales eſſet, ideo noluerunt admittere ad extenuandam detractionem dotis dictæ Philippæ, quia non conſtat de illius adimplemento, niſi præſumptiuè, ex eo quod dicta Portia effecta deinde fuerit Monialis, quod non ſufficit, cum ad effectum probandi illud, quod eſt fundamentum intentionis alicuius, re-
8 quiratur concludens, nec præſumptiua admittatur probatio iuxta opinionem, quam Rota ſæpius amplexa fuit coram Sheraph. *deciſ.* 1171. *numer.* 2. *verſ. & vbi quis ſe fundat coram Sanct. Memor. Greg. xv. deciſ.* 278. *nu.* 6. *& ibi* Addend. *num.* 12. *& deciſ.* 279. *numer.* 3. *verſic & Rota non ſolet admittere.*

Neque obſtare viſum fuit, vt ex eo quod dictæ Philippæ extiterunt filij, & hæredes tam Alexander, quam Laurentius medietas tantum dictę dotis ad Alexandrum ſpectare dicatur. Quia vna medietas ſpectat ad Alexandrum iure proprio, altera vero iure ei ceſſo ab eodem Laurentio, vt de tali ceſſione apparet ex inſtrumento dato Summario Violantis *numer.* 5. quod quidem Inſtrumentum cum idem Octauius, & fratres de Mutis ratificauerint, contra illud venire non poſ-
9 ſunt. Dyn. *in cap. ratihabitionem colum.* 5. *verſ. in quarto vero genere de reg. iur. in* 6. Pariſ. *conſil.* 5. *numer.* 200. *& conſ.* 87. *numer.* 35. *volum.* 1. quod etiam procederet, ſi ipſi tanquam poſiti in conditione in teſtamento præfatæ Philippæ prætenderent diſpoſitiuè, & ex propria perſona vocatos fuiſſe ad dotem maternam, quia ratificando actum ceſſionis factum à Laurentio eorum patre ad fauorem Alexandi cenſentur ipſimet ceſſiſſe *leg. ſi pupilli, §. item quæritur, ff. de negoc. geſt.* Tiraqu. *de retract. conſang. §.* 1. *gloſ.* 10. *numer.* 62. Surd. *deciſ.* 33. *numer.* 2. & generale eſt, quod ratificatio faciat cenſeri actum geſtum à ratificantibus ab initio *Rota in Romana cenſus* 17. *Februarij* 1634. *coram bon. mem. Merlino.*

Intra etiam 4. *detractio ſcutorum* 400. pro reſiduo dotis Sigiſmundæ, quam fuiſſe ſolutam ab Alexandro ſatis viſum fuit conſtare ex inſtrumento relato in Summario Violantis *numer.* 13. ibi, *In illis verbis, ſitque etiam quod idem Dominus Alexander ſoluerit diuerſas pecuniarum ſummas, videlicet ſcuta ſexcentum monetę pro parte dotis Deliæ, &c.* & alia ſcuta centum debita Sigiſmundæ ipſorum Domini de Mutis germanę ſorori pro reſiduo ſuę dotis; verbum enim, debita, refertur ad pręcedens verbum, ſoluit, à quo regulatur ſequens oratio

M 2 com-

complectens ſatisfactionem.

Competit quinta quoque detractio ſcutorum trecentum pro expenſis factis per eundem Alexandrũ cauſa collocandi Portiam, & Martiam filias pariter Cæſaris in Monaſteriũ, prout affirmatur in Inſtrumento cõcordiæ initę inter ipſum Alexandrum, & præfatum Laurentium eius Fratrem, ac Patrem, & Auctorem Octauij, atque Antonij Fratrum die 11. Martij 1579. in eodem Summario *num.* 13. Salicet. *dict. Authentic. res quæ num.* 5. Berou. *conſil.* 113. *num.* 42. Roland. *conſ.* 19. *numer.* 8.
10 qui omnes firmant diſpoſitionem *dict. Authent. res quæ* habere locum non ſolum in conſtitutione dotis, ſed etiam pro aliis ſumptibus, & apparatibus nuptialibus tanquam de appenditiis, & connexis dotis, Rolandum *ſequuntur Peregrinus de fideicommiſſis artic.* 42. *numer.* 80. *verſic. & non ſolum alienatio, Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 531. *num.* 39. *verſ. declaratur ſecundo. Rota deciſ.* 556. *per tot. p.* 1. *diuerſ.*

Sexta, & vltima detractio eſt ſcutorum quingentorum ex dote Deliæ vxoris dicti Alexandri, quæ præfatus Cæſar recepit ſub hypotheca Caſalis, vt conſtat ex inſtrumento celebrato ſub die 29. Octobris 1564. ſub *numer.* 14. Et pro iſtius dotis reſtitutione intrare *dictam Authentic. res quę, certi iuris eſt,* & probat Peregrin. *dict. artic.* 42. *num.* 81. Caball. *conſ. deciſio.* 114. *numer.* 2. *lib.* 1. cum aliis relatis in dicta *Reatina bonorum* 5. *Martij* 1632. *coram bon. mem. Pirouano,* & plenè *in Romana dotis* 23. *Iunij* 1645. *&* 27. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Otthobono.* De donatione autem propter nuptias nulla fuit habita ratio, quia cum illa detrahi poſſit ex bonis liberis Alexandri, ad quem ſpectat huiuſmodi onus, non eſt confugiendum ad remedium ſubſidiarium alienationis bonorum fideicommiſſariorum, prout in his terminis conſuluit Bellon. *conſ.* 83. *num.* 3. *&* 8. quem refert, & ſequitur Peregrin. *d. artic.* 42. *numer.* 96. *in fin. verſ. ubi tamen* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 533. *numer.* 3. *verſ. declaratur ſecundo.*

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

Romana fideicommiſſi de Mutis.

Veneris 28. *Maij* 1649.

Coram R. P. D. Meltio.

SVMMARIVM.

1 *Alienata re ex fideicommiſſo cũ pacto redimendi ipſa redempta non poteſt prætendi, niſi prętium in redemptione expoſitum.*

2 *Pactum redemendi pręſcribitur ſpatio* 30. *annorum non obſtantibus verbis,* quandocumque ſemper, & perpetuo, *nec non iuramento, num.* 3.

4 *Conſentiens alienationi cenſetur remittere hypothecam ſuper re alienata.*

5 *Dos conſiſtens in pecunia numerata venit diminuẽda pro rata adimpleti legati, ne eadẽm dos bis detrahatur. num.* 6.

7 *Pecunia aſſignatę mulieri conſtante matrimonio non admittuntur in diminutionem dotis, niſi probetur verſas fuiſſe in vtilitatem mulieris.*

8 *Acconcium in inſtrumento dotali promiſſum, & traditum æſtimatum venit ſub nomine dotis, ideoq; venit ex fideicommiſſo detrahendum.*

9 *Pro acconcio intrat hypotheca tacita legalis.*

10 *Obligatio Camer. appoſita in fine inſtrumenti extenditur ad omnia pręcedentia in eo enunciata.*

11 *Omnes fratres in quantum ſunt hæredes patris, tenẽtur pro rata dotare ſorores non dotatas.*

12 *Pro reſtitutione dotis intrat diſpoſitio Authentic. Res quæ.*

13 *Detractiones etiam legitimę non ſunt detrahendę ex fideicommiſſo ſtantibus bonis liberis.*

DECIS-

DECISIO XIII.

DEciſioni emanatæ coram me
ſub die 11. Ianuarij prȩteriti,
in qua firmatur Octauio, &
fratribus de Mutis dandam eſſe immiſ-
ſionem in duodecimam partem Caſalis
Polidori, factis prius detractionibus in
dicta deciſione expreſſis, cum neutra
pars acquieuerit ad trutinam hodie illa
reuocata fuit, & Domini; prævia re-
formatione quoad lucrum dotale ex
matrimonio Philippæ, & quoad ſolu-
tionem ſcutorum 168. occaſione lega-
ti relicti à Philippa Portiæ eius filię,
nec non medietatem quartæ, & quin-
tæ detractionis, in reliquis perſtite-
runt in deciſis.

Prima namque detractio reſpiciens
dotem Lucretię conſtitutam in quinta
parte ſextæ prȩdicti Caſalis Polidori à
neutra parte impugnatur; vnde de eâ
dubitari minimè poteſt.

Secunda, quȩ eſt quarta pars reſidui
dictȩ ſextæ Caſalis tradita pro dote Li-
uię pariter viſa fuit ſubſiſtere iuxta for-
mam, & quantitatem taxatam in deci-
ſione, quæ reuidetur ſub §. 2. eſt 4.
pars. Non refragante, quod huiuſmo-
di pars Caſalis aſſignata fuerit pro ſcu-
tis mille, cum pacto illam redimendi
ſemper, & quandocumque ſtipulato
ad fauorem Cæſaris aſſignantis, eiuſque
hæredum, & ſucceſſorum, ex quo in-
formantes pro Mutis hoc dilemma fa-
ciunt. Aut redemptio facta fuit, & nil
1 aliud prætendi poteſt, quam pretium
in redemptione expoſitum *leg. Lucius*
§. Titia ex aſſe ff. ad Trebell. Cagnol.
in leg. 2. num. 171. Codic. de pact. inter
empt. & vendit. Dec. conſ. 88. *num.* 3.
& conſ. 238. *num.* 5. *verſic. quinto Man-*
tica de coniectur. vltim. voluntat. lib. 7.
tit. 8. *num.* 21. cum alijs allegatis per
Fuſar. *de ſubſtitut. quęſt.* 629. *num.* 1.
cum ſequent. Aut facta non fuit, & tali
caſu licet fideicommiſſarijs vti dicta
facultate redimendi, & conuentum
pretium offerre. Quia tamen aliqua
redemptio non probatur facta, itaut
dicta pars venire debeat in reſtitutione
fideicommiſſi, hodie dictum pactũ mi-
2 nus poteſt habere locum cum ſpacio
30. annorũ præſcriptum dicatur, pro-
ut de pacto redimendi ſub illis verbis
ſemper, quandocumque, & perpetuò,
quod ſpacio 30. annorum excludatur
quia dicta verba in materia præſcrip-
tionis non important perpetuitatem,
ſed reſtringuntur ad tempus 30. anno-
rum, quo elapſo iura volunt quamli-
bet actionem quamuis perpetuam re-
manere extinctam, vt tradunt quam
plurimi Doctores cõgeſti per Menoch.
conſ. 143. *per tot. & conſ.* 952. *num.* 38.
& ſequentibus Surd. *deciſ.* 2. *per tot. &*
ibi Hodiern. Gratian. *diſceptationum fo-*
renſium c. 2. *num.* 2. *cum ſequenti*, &
hanc opinionem ſequuta fuit Rota in
3 terminis, quibus aderat iuramentum,
quia non exindè perpetuari actionem,
niſi ad triginta, vel quadraginta annos
firmatum fuit *in Florẽtina bonorum* 19.
Februarij 1593. *coram rec. mem. Cardi-*
nal. Hieronymo Pamphilio; & in Reatina
tenuta 13. *Decembris* 1576. *ſeu* 3. *Apri-*
lis 1579. *coram Cardinali Lancelloto ſe-*
niore, et ſequuntur Mantic. *de tacit. lib.*
4. *tit.* 31. *numer.* 29. *verſic. nec obſtat*,
vbi quod iuramentũ non impedit prȩ-
ſcriptionem, ſed eam ad 40. annos pro-
ducit, Barboſ. *in leg.* 3. *num.* 140. Co-
dic. *de preſcript.* et tradit Gratian. *di-*
ſcept. forenſ. d. cap. 2. *num.* 5.

Præterea huiuſmodi obiectum tolli-
tur, ex quo ipſemet Cæſar poſt dictam
aſſignationem de anno 1558. conſenſit
alienationi huius partis Caſalis, & illius
venditioni factȩ ad fauorẽ Iacobi Mu-
4 ti, ex dicto enim conſenſu reſultat per-
neceſsè remiſſio hypothecæ, quam ſu-
pra dicta parte Caſalis habebat, & ſic
dictum pactum redimẽdi remanſit pe-
nitus extinctum, *l. ſicut, §. ſi voluntate,*
ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolu.

Tertia detractio conſiſtens in dote
ducat. 4. mille acconcio ducat. 500. &
lucro dotali Philippæ ſcut. 500. viſa fu-
it in totum non ſubſiſtere, nam vltra
ſcut. 1100. detracta in deciſione, quæ
reuidetur pro valore domus fideicommi-
ſſarię alienatæ demẽda ſunt dd. ſcu-
ta 500.

ta 500. taxata pro lucro dotali. Quia
hodie in facto iuſtificatur matrimoni-
um fuiſſe diſſolutum non per præde-
ceſſum Cæſaris viri, prout in præce-
denti poſitione erronee ſuppoſitum fu-
erat, ſed per mortem Philippæ vxoris
ſuperexiſtentibus filijs communis ma-
trimonij, & ita apparet non fuiſſe fac-
tum locum dicto lucro dotali, ſed po-
tius Cæſarem maritum ſuper lucratum
fuiſſe totam, & integram dotem, quo-
ad vſumfructum tantum iuxta diſpoſi-
tionem Stat. Vrbis cap. 131. lib. 1.

In extinctionem prædictę dotis Do-
mini cenſuerunt etiam imputanda eſſe
ſcuta 168. Nam cum Philippa reliquer-
rit legatum ſcut. 500. Portiæ eius filiæ,
& hodie ad computum dicti legati iu-
ſtificetur de pecunijs dotalibus Deliæ
vxoris Alexandri ſolutam fuiſſe Mo-
naſterio Sanctæ Mariæ in Campo Mar-
tio pro parte dotis Portiæ eandē ſum-
mam ſcutor. 168. vt ex declaratione,
& iurium ceſſione facta per Portiam
ad fauorem Deliæ ſummario Octauij
num. 3. inde ſequitur, quod dos Phi-
lippę conſiſtens in pecunia numerata
5 pro rata adimpleti legati veniat dimi-
nuenda *leg. pupillus, ff. ad leg. falcid. &
inſtitut. quib. mod. toll. obligat. in princi-
pio cum vulgat.* Buratt. *decis.* 283. *nu.* 1.

Non obſtat replicatio data pro parte
Violantis, quod legatum Philippæ, ex
quo ſolutum fuit de pecunijs Delię nō
impediat detractionem integræ dotis,
cum ad hunc effectum requireretur,
quod ſolutio facta fuiſſet de Caſali
obligato pro reſtitutione dotis, quia
ponderatum fuit, quod ſolutio dd. ſcu-
torum 168. pro monachanda Portia
fuit facta de ipſimet ſcutis 500. quos
Cæſar pater Alexandri Muti receperat
à Vitale Galgano patre prȩfatæ Deliæ
in actu ſtipulationis inſtrumenti dota-
lis, vt conſtat ex inſtrumento dictæ de-
clarationis, & ceſſionis ab eadem Por-
tia factę ſub die 21. Iunij 1564. ſumma-
rio num. 3. Ideo cum dicta ſcuta 168.
detrahantur ex partita ſcut. 500. dotis
Deliæ pernecelsè debent minuere do-
tem Philippæ, alias ſequeretur, quod
bis fieret detractio eiuſdem ſummæ ſe-
mel in detractione dotis Deliæ, & al-
tera vice in detractione dotis Philippę,
quod eſſet inconueniens *ad text. in cap.
bona fides de reg. iur. in 6. leg. bona fides
ff. eodem tit. leg. ſtichum. §. dolo. ff. de
ſolut.* Surd. *conſ.* 413. *num.* 1. De alijs
autem legatis ab eadem Philippa reli-
ctis eius filiabus nulla fuit habita ratio,
eo quia ſoluta apparent non de bonis
fideicommiſſarijs, ſed de pecunijs pro-
prijs Alexandri, & ita non ſunt apta ad
diminuendam dotem Philippæ ad fa-
uorem fideicommiſſariorum nullam
cauſam habentium ab Alexandro, à quo
cauſam habet Violantes.

Minuſque in diminutionem eiuſdem
dotis Philippæ admiſſa fuerunt ſcut.
300. recepta à Philippa conſtante ma-
trimonio vna cum Cæſare eius viro, dū
alienata fuit quinta pars Caſalis ſpec-
tan. ad Lucretiam, prout nec etiam alia
ſcuta 250. prouenientia ex vendi-
tione alterius portionis aſſignatę Liuię,
quia cum de tempore dd. ſolutionum
matrimonium Cæſaris, & Philippæ non
eſſet diſſolutum, factus non fuerat lo-
cus alicui dotis reſtitutioni, & conſe-
quenter dicta quātitas præſumitur po-
tiùs perueniſſe ad manus mariti, adeo
ut in extinctionem partis dotis mulie-
7 ris imputari non poſsit, niſi concluden-
ter probetur dictam quantitatem ver-
ſam fuiſſe in euidentem vtilitatem ipſi-
us mulieris, Honded. *conſil.* 45. *num.*
26. *vbi de communi lib.* 1. Pedemont. *de-
ciſ.* 43. *num.* 8. *& ſequentibus* Thomat.
deciſ. Maceraten. 109. *num.* 8. *&* 9. vbi
quamplurimi alij recenſentur. Præte-
rea de dicta quantitate creatum fuiſſe
cenſum ad fauorem ipſius Philippę pro
ſumma ſcut. 450. cum declaratione,
quod dictum pretium proueniebat ex
alienatione partis Caſalis venditi Iaco-
bo Muto, conſtat ex particula inſtru-
menti cenſus dati in ſummario reſpon-
ſionis Violantis littera A, & cum di-
ctus cenſus fuerit deinde à præfato Cę-
ſare aſsignatus pro fundo dotali Sigiſ-
mundę filię eodem ſummario littera
B, ſequitur quod aut integra remanet
dos

Digitized by Google

dos detrahenda ex Caſali, vel addenda eſt hęc detractio pro reſiduo dotis Sigiſmundæ.

De acconcio, quod veniat, & illud detrahendum, non fuit dubitatum, quia cum fuerit in eodem inſtrumento dotali promiſſum, & traditum æſti-
8 matum venit ſub nomine dotis. Immò pars dotis reputatur, illiuſque naturam ſortitur, vt dictum fuit *in Romana Acconcij 29. Octobris 1611. coram Coccino* vbi plures alię referuntur DD. auctoritates, *Romana ſeparationis dotis 28. Iunij 1641. coram Reuerend. Pat. Dom. meo Cerro §. non obſtat quod Ioannes, Romana Saluiani 4. Octobris 1643. coram Reuerend. Pat. Dom. meo Veroſpio §. non obſtat quod. acconcium, & in Romana Vinearum 17. Martij præteriti coram Reue-*
9 *red. Pat. Domin. meo Royas*. Vnde licet hypotheca ſpecialis expreſſa reſtituta fuerit ad Ducatos quattuormillia aſſignata in cauſam dotis principalis tamē pro reſtitutione acconcij, intrat nedū tacita legalis *leg. vnica, Codic. de rei vxor. act.* Mareſcott. *variarum reſolutionum cap. 9. lib. 4. num.* 14. Gratian. *diſceptation. forenſ. cap. 496. numer.* 58. verum etiam generalis proueniens tā ex promiſſione generaliter facta de reſtituendo dotem, quam ex obligatione Camerali appoſita in fine inſtrumenti dotalis, quæ extenditur ad omnia præ-
10 cedentia in eo enunciata, & promiſſa, *Rota diuerſ. deciſ. 246. numer. 2. deciſ. 741. & 797. parte 1. & apud* Zacch. *de obligat. Camer. deciſ. 61. num. 2. & 3. & deciſ. 69. num. 3. & 4.*

Circa quartam detractionem occaſione reſidui dotis Sigiſmūdæ, & quintam pro expenſis factis occaſione collocandi Portiam, et Martiam in Monaſterio, Domini exiſtimarunt reformādam eſſe deciſionem quoad medietatem ſummæ in ipſis contentę. Nam licet tota quantitas perſoluta fuerit ab Alexandro, nihilominus quia Laurentius erat obligatus pro medietate illius, non poteſt integrè detrahi ex portione Alexandri, ſed æqualiter etiam detrahi debet ex portione Laurentij, quia omnes fratres in quantum ſunt hęredes patris tenentur dotare ſorores non dotatas, *gloſ. fin. in leg. cum plures §. fin. in verbo alio patre ff. de adminiſtr. & peric. tut.* Bald. *in l. fin. num. 3. C. de dotis promiſſ.* Ruin. *conſ. 200. numer 4. lib. 1. Rota in Romana de Ruſconibus 18. Aprilis 1603. coram bon. mem. Cardin. Millino.*

Sextæ detractioni pro dote Delię nihil dixerunt Domini addendum, aut minuendum eſſe, cum illa firma remaneat in ſumma ſcut. 500. in deciſione declarata, quia ex inſtrumento celebrato ſub die 29. Octobris 1560. ſummario Violantis num. 3. Conſtat Cæſa-
12 ſarem ex dicta dote Deliæ recepiſſe tā tùm conſimilem ſummam ſcut. 500. pro quorum reſtitutione intrare diſpoſitionem *auth. res quæ*, fuit abundè firmatum in deciſione, quæ reuidetur in §. ſexta, & vltima detractio.

Neque prætendi poteſt, quod huic detractioni addenda ſit donatio propter nuptias, pro qua Cæſar pater inſolidum ſe obligauit cum Alexandro filio ſummario eiuſdem Violantis num. 3. quia placuit reſponſio data in deci-
13 ſione, quod cum dicta donatio poſſit detrahi ex bonis liberis Alexandri, nō ſit confugiendum ad remedium ſubſidiarium, vt pręter relatos in dicta deciſione ſub §. final declarat Menoch. *conſ. 318. in fine, Petra de fideicommiſ. quæſt. 8. num. 459.* Peregrin. *de fideicom. artic. 42. num. 66. & deciſ. 125.* vbi ſcribit ita fuiſſe iudicatum, Caualc. *deciſ. 81. num. 108. part. 3.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 28. num. 98.* Surd. *deciſ. 62. numer. 4.* & quamuis iſte omnes doctrinæ loquantur de dote, optimè etiā applicari poſſunt donationi propter nuptias, cum æquiparentur in hoc ex pluribus cumulatis per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 533. num. 1.*

Et ita Vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

Roma-

Romana fideicommiſſi de Mutis.

Lunæ 2. Iunii 1650.

Coram R. P. D. Meltio.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio de iuribus ſibi competentibus, ſuper bonis paternis ſupponit neceſſario paternæ hæreditatis aditionem.*

2 *Onus non contraueniendi eſt hæreditati affixum, & illam adiens dicitur contrahere obligationem, de obſeruando factum defunctorum.*

3 *Traditio actualis dotis ex longo temporis curſu, iunctis alijs coniecturis ſufficienter probatur, & num. 4.*

5 *Soluens legataria reportata ceſſione Iurium illi competentium ſuper hæreditate fit creditor hæreditatis.*

6 *Ceſſionarius poteſt vti iuribus ceſſis, nõ ſecus ac cedentes.*

7 *Solutio facta in cauſam dotium, & nuptialium apparatuum occaſione matrimonij tam carnalis, quam ſpiritualis detrahitur ex fideicommiſſo.*

8 *In quantitate dotis ſtandum eſt inſtrumento originali eius Conſtitutionis non alijs inſtrumentis diſcordantibus.*

9 *Acconcium cenſetur de appendicijs dotis, & idem de eo iudicatur.*

10 *Dos vxoris filij ſi à patre recepta ſit, non venit detrahenda ex bonis filij, ſed patris, non obſtante fideicommiſſo.*

11 *Dos imputatur in legitimam, & Trebellianicam ſi ſit conſtituta de bonis fideicommiſſi.*

12 *Alienationes fideicommiſſi imputantur in detractiones.*

DECISIO XIV.

IMmiſſionem in duodecimam partem Caſalis Polidori concedendam eſſe DD. Octauiano, & Fratribus de Mutis vigore fideicommiſſi ad eorum fauorem purificati per obitũ Valeriani iunioris factis, tamen prius detractionibus expreſſis, reſolutũ fuit coram Me ſub die 11. Ianuarij, & 28. Maij 1649. quibus neutra parte adhuc acquieſcente iterum dubitaui, An dictæ deciſiones eſſent reformandæ, & DD. precurrẽdo omnes partitas. Quoad primam reſpicientem dotem Lucretiæ aſſignatam in quinta parte ſextæ Caſalis Polidori nullam habuerunt difficultatem, vt illa veniat detrahenda ex regula in iure certiſſima, quod bona fideicommiſſaria Aſcẽdentium ſunt hypothecata, & alienari poſſunt pro dote deſcendentium *Authentic. res quæ, Cod. communis delegatis*. Secunda pariter quæ verſatur circa dotem conſtitutam Liuiæ in quarta parte reſidui dict. ſextæ partis Caſalis, & ipſa non fuit controuerſa, ſed tantum dicebatur, quod competeret illius redemptio ſtante facultate illam redimẽdi pro pretio ſcutorum 1000. reſeruata à Cæſare nõ ſolum ſibi ſuiſque hæredibus, verum etiã cuilibet de familia de Mutis cõtra quos proinde allegari non poterat præſcriptio dict. facultatis ex lapſu longiſſimi temporis, ex quo illa non currit niſi à die purificati fideicommiſſi ad eorum fauorem *leg. 1. Codic. de annal. except. leg. contra maiores, Cod. de inoffic. teſtament.* Prout nec minus nocere poterat remiſſio dicti pacti, ſeu facultatis redimendi ex conſenſu liberè deinde præſtito de Anno 1558. per Cæſarem, & Philippam coniunges, dum per eos vendita fuit dicta pars Caſalis Iacobo Muto, eo quia Cæſar non potuit inferre præiudicium vocatis, quibus ex præcedenti facultate redimendi ad fauorẽ cuiuslibet de familia de Mutis fuerat Ius quæſitum. Verum his non obſtantibus DD. ſteterũt in alias indeciſis, quod ſcilicet non ſit locus d. prætenſæ redẽptioni ex ea ratione, quòd cum Octauius, ac eius fratres actores in præſenti iudicio ſint hæredes Laurentij hæredis Cæſaris, & Philippæ coniungum, qui liberarunt dictam partem Caſalis à pacto redimandi liberè conſentiendo illius venditioni, prout de remiſſione pacti redimendi conſtat ex inſtru-

Digitized by Google

inſtrumento dato in Summ. DD. Violantis, & Flaminiæ *numer*. 2. & de aditione d. hæreditatis Cæſaris facta à Laurentio probatur ex ceſſione per eũdem Laurentium facta Alexandro fratri de omnibus iuribus ſibi competentibus ſuper bonis paternis, quæ quidem ceſſio ſupponit in neceſſarium antece-
1 dens paternæ hæreditatis aditionem *ex alleg. in deciſ.* 74. *numer* 8. *& deciſ.* 106. *num*.6. *par*.7. *recent*. Vtique non poſſunt pactum iam extinctum per cõſenſum eorum, quorum ſunt hæredes exercere, nec voluntati eorum contrauenire debent, *leg. ex qua perſona*, *ff. de regul. iur.* Surd. *deciſ*. 159. *num*. 11. *Rota deciſ*. 143. *nu*. 10. *p*. 5. *recent*. quod etiã procederet quamuis reſpectu propriæ eorum perſonæ d. facultas redimendi dici non poſſet remiſſa, aut præſcripta; nam onus non contrauenien- di remanet adeo hæreditati affixum, ac ab ea inſeparabile, vt quandocumque quis ad hæreditatem veniat dicatur cõtrahere obligationem de obſeruãdo factum Defunctorum, Peregrin.
2 *de fideicomm. art*. 33. *num*. 8. *&* 9 *cum alijs per DD. congeſtis in §*. 1. *auth. de heredib. ab inteſtat. venient*. Eoque minus impugnari poteſt remiſſio, quia pretium à dd. coniugibus receptum in d. inſtrumento liberationis fuit inueſtitum in cenſu dato ab eiſdem coniugibus pro dote Sigiſmundę eorum filiæ, quæ bene dotari potuit ex bonis, & iuribus fideicommiſſi *d. authen. res quæ, Cod. comm. delegat. vbi communiter DD*. Iaſ. *num*. 29 *&* Curt. *num*. 11. Didac. *variar. reſolut. lib*. 3. *cap*. 6. *num*. 10.

Doti Philippæ firmatę in præteritis deciſionibus in ducatis 4000. & alijs ducat. 500. pro acconcio cenſuerunt DD adden. alia ſcuta centum pro valore pelluuij, & vrzei argenti, quę cum fuerint in inſtrumento dotali promiſſa
3 ęſtimata veniunt ſub nomine dotis *Rot. in Romana Vtna* 27. *Mar*. 1649. *coram R.P. D. meo Royas* Et licet non conſtet de illorum actuali traditione, tamen ex longo temporis curſu iunctis alijs coniecturis, quæ in propoſito caſu cõcurrunt, vt nempe creditor eſſet diligens, & onera matrimonij ſubſtineret, & debitor eſſet diues, & ſolitus ſoluere, nec non ex generali conſuetudine dandi hæc ab initio habita fuit pro ſufficienter probata illorũ traditio, prout in ſimilibus terminis firmatũ fuit apud Surd. *deciſ*. 105. *num*. 7. *&* 10. Andreol. *contr*. 57. *num*. 11. *&* 12. Maſcard. *de prob. concl*. 1318. *num*. 26. & declarauit *Rot. in Maceraten. legitima* 1. *Ian*. 1518. *cor. bo. mem. Vbaldo ſ. n.* & in puncto, quod ex diuturnitate temporis præſumatur ſolutio dotis, firmat Cuman. *conſ*. 31. *nu*. 3. *Rot. cor. S. M.* Greg. XV. *deciſ*. 468. *num*. 8. *& deciſ*. 160. *num*. 3. *p*. 7.

In diminutionem tamen d. dotis iterum dictum fuit computan. eſſe integram ſummam ſcutor. 1100. pro valore domus in hęreditate fideicommittentis remanſę, & per filios Philippę, tãquam eius hęredes ſimili prętio alienatæ Fuluię Taſchę, nulla habita ratione, quod ex dictis pecunijs ſcut. 250. erogata fuerint de conſenſu Alexandri, & Laurentij in extinctionem cenſus aliàs impoſiti ſuper eadem domo à Cæſare eorum communi patre, nam mediante huiuſmodi ſolutione effecti quidem fuerent pro d. ſumma creditores hęreditatis paternę ſeu nõ ideo remanſerunt pro eadem creditores Valeriani fideicommittentis ex cauſa dotis Philippę, cum in hanc cauſam receperint integrum pretium ſcutorũ 1100.
4 retractum ex venditione domus, qua mediante d. creditũ remanſit proportionabiliter pro d. ſumma extinctum, quidquid deinde exactores dd. pecuniarum de illis egerint, §. 1. *inſtit. quib. mod. tollitur obligatio*, *l. ſoluendo*, *ff. de negoc. geſt*. *l. ſolutionem*, *ff. de ſolut*. *l. tale pactum*, *§. poſt diuiſionem*, *& ibi Caſtren. ff. ſi cert. pet*.

In eiuſdem dotis diminutionem etiã tendit, prout firmatum fuit in ſecunda deciſione in hac cauſa emanata *ſub § in extinctionem*, alia partita ſcutor. 168. quę in maiori ſumma nempè ſcutorum 500. Philippa legauit Portię eius filię; Nam legatum pro d. rata ſcutorũ 168.

N ſolutum

ſolutum fuiſſe probatur ex eo, quod totidem dictæ Portiæ ſoluit Vitalis pater Deliæ reportata ceſſione iurium competētium ſuper hæreditate d. Philippę, ſicque colligitur, quod ſolutio facta fuit in cauſam d. legati Philippæ animo ſuccedendi legatariæ in eius iuribus, adeout non amplius legataria, ſed ſoluens ſit creditor Philippæ teſtatricis, vt poſt Bald. *& alios ibi allegatos dixit Rota deciſ. 125. num. 1. apud* Cenc. *de cenſib.* Hincque patet, quod ponderatio facta in ſecunda deciſione *ſub §. non obſtat replicatio,* vt ſi iſta ſolutio nō
5 minueret dotem ſequeretur, quod bis fieret detractio eiuſdem ſummæ, ſcilicet ſemel in detractione dotis Deliæ, & altera vice in detractione dotis Philippæ ſit vera; & benè ſubſiſtat ſiquidem pars dotis Deliæ, quæ integrè detrahitur ceſſit, vt dictum eſt in ſolutionē debiti, hoc eſt legati d. Philippæ.

Habita neque fuit pro releuanti illa prætenſio deducendi dotem Philippæ, tam ex portione Caſalis ſpectan. ad Alexandrum, quam ex alia ſpectante ad Laurentium ex ea ratione, quod cum onus reſtituendi d. dotem fuit radicatum in perſona fideicommittentis omnia eius bona dicantur ęqualiter affecta, ſitque propterea ex iis æqualiter facienda reſtitutio. Nam placuit reſponſio data in prima deciſione *in §. neque obſtare viſum fuit*, vt cum Laurentius recepta vberi recompenſa in pecunijs, & alijs bonis ab Alexandro eius fratre fecerit ei amplam ceſſionem de omnibus iuribus ſibi competētibus ſuper Caſali, tam ratione bonorum maternorum, quam paternorū, cum promiſſione faciendi ratificare eius filios, prout ratificarunt, quæ ratificatio facit cenſeri actum ab eis geſtum, Dyn. *in cap. ratihabitione col. 5. verſ. in quarto vero genere de regul. iur. in 6.* Pariſ. *conſil. 5. num. 200.* Surd. *deciſ. 33. numer. 3. & 4.* Omnia iura conſequēdi dotem maternam ſuper portione d. Caſalis translata fuerunt in Alexandrum ceſſionarium, qui proinde prout eius hæredes illis vti poſſunt ſuper d. parte Caſalis
6

tam pro parte propria, quam pro parte tranſlata vigore ceſſionis *leg. emptor vbi DD. C. de hæreditat. vel act. vendit.* Dec. *conſ. 107. numer. 18. lib. 1. Rot. deciſ. 68. num. 3. poſt* Cenc. *de cenſ.* Vlterius aduertebant DD. quod ex ratificatione d. ceſſionis factæ per Octauium cum obligatione ad intereſſe ſequitur, quod filiæ Alexandri ceſſionarij poſſidebant hanc ratam Caſalis ceſſi, non titulo fideicommiſſi, ſed d. ceſſionis, ac venditionis, quæ operatur, vt in caſum moleſtiarum ſuper d. Caſali poſſint habere regreſſum cōtra eundem D. Octauium de euictione obligatum ex natura contractus venditionis *ex allegat. per* Dec. *conſ. 483. numer. 15.* Greg. XV. *deciſ. 24. num. 3.* Sicque Octauio obſtat regula legis vendicantem, quam affert Dec. *d. conſ. 483. num. 16.*
1

Detractioni ſcutorum 300 pro expenſis factis occaſione collocādi filias Cęſaris in Monaſterium viſa non fuerunt addenda alia ſcuta 175. quæ prætendebantur ſoluta ab Alexandro ex cauſa eiuſdem ingreſſus, quia in d. cauſam conſtat expenſa fuiſſe ſolum ſcuta 300. Maximè quia dum dicedantur ſoluta alia ſcuta 300. alijs creditoribus ipſius Alexandri, & Laurentij, addita deinde fuit d. ſolutio ſcutorum 175. debit. dd. filiabus abſque eo, quod expreſſa fuerit aliqua cauſa d. debiti. Vnde patet quod cauſa crediti dd. ſcutorum 175. ab ipſo Alexandro habita fuit diuerſa à credito expenſarum factarum occaſione ingreſſus Monaſterij, & ſic illa minimè venit detrahenda ex bonis fideicommiſſarijs, cum ad hunc effectū requiratur, vt ſolutio facta fuerit in cauſam dotium, & apparatum nuptialium occaſione matrimonij, ſiue ſpiritualis, ſiue carnalis §. *quamobrem in auth. de reſtit. & ea quæ parit, & d. auth. res quæ, C. comm. de leg. Rota corā* Mantic. *deciſ. 152. num. 1.*

Dos Delię viſa fuit firmanda, prout alias firmata fuit in ſcut. 500. iuxta quātitatem expreſſam in inſtrumento dotali, quod magis attendendum eſſe vide-

videtur, quam inſtrumentum tranſactionis initæ inter d. Laurentium, & Alexandrum, in quo licet enuncietur ſolutio d. dotis in ſumma ſcutorum 600. id erroneè factum fuiſſe cenſendum eſt, cum in dubio ſemper magis
8 ſtandum ſit in inſtrumento originali conſtitutionis dotis, quam alijs inſtrumentis ab illo diſcordantibus *ad trad. per gloſſ. in ver. protocollum, in auth. de Tabell.* Ang. *in §. vltim. num. 15. in auth. eiuſdem dicens*, quod ſemper recurri debet ad matricem, & originale, & idem ſenſit Bald. *in l noſtram num. 4. C. de teſtam.* Dictæ tamen doti addenda eſſe voluerunt alia ſcuta 150. pro acconcio, & ſcuta 40. pro reſiduo valoris vrzei, & peſtuuij argentei, quę fuiſſe actualiter tradita conſtat ex in-
9 ſtrumento relato in Summ. Violantis, & Flaminiæ *num. 4.* Acconcium enim cenſetur de appendicijs dotis, & idem de eo iudicatur, prout de ipſa dote Anan. *conſ. 36. num. 1. vſq; ad 4.* Paril. *conſ. 95. num. 13. lib. 2.* Curt. *iun. conſ. 119. in fine Rota deciſ. 116. p. 1. diuerſ. & deciſ. 72. num 4. part. 2. recent.* Thel. *deciſ. 195. num. 5.*

In hoc tamen reformanda viſa fuit deciſio, vt d duos Deliæ debeat pro virili detrahi ex portione obuenta in bonis fideicommiſsi tam Laurentio, quã Alexandro exemplo ſeius, quod dictum fuit in ſecunda deciſione de dote Sigiſmundæ, & expenſarum factam occaſione ingreſſus, nam cum ex inſtrumento dotali conſtet, quod illam non recepit Alexander, ſed Cæſar eius pater, bona Alexandri non ſunt pro eius reſtitutione particulariter obligata, Surd. *deciſ. 47. ſub num. 2. verſ. dictum fuit & numer. 3. & ſeq.* & ceſſante particulari obligatione Alexandri, atque non exiſtentibus bonis Cæſaris, qui dotem recepit intrat detractio ex bonis aui fideicõmittentis, quæ facienda videtur non minus ex parte portionis, quæ vni obuenit, quam ex alia obuenta alteri *ad text. in leg. vnica, §. ſi de omnes, Cod. de caducit. tollen. leg. via conſtituti, §. quicumque, ff. de ſeruit. Vrban. prædict. leg. 1. § final. ff. ſi ſeruit. vindic.* Dec. *conſ. 24. num. 18.* Surd. *deciſ. 97. num. 13. Rota deciſ. 127. num. 1. par. 6. recentior.*

De alijs autem detractionibus quas modo tantum D. Flaminia, & D. Violantes prętendere ceperunt ex perſona Alexandri eorum patris tanquam ceſſionarij Laurentij hæredis Cæſaris nępe meditatem legitimæ, & trebellianicę debitam d. Cæſari in bonis Valeriani fideicommittentis, ac meditatem dotis Cherubinæ matris, & Mutiæ ſororis eiuſdem Cæſaris nulla fuit habita ratio, non reſpectu detractionum legitimæ, & trebellianicæ, cum Cæſar de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & præſertim de parte Caſalis, de quo nunc agitur dotauerit filias ſuas, huiuſmodi dotes ſunt imputandæ in dd. legitimam, & trebellianicam, ne contingat illas dotes bis ex dicto fideicommiſſo detrahi, nempè ſemel ſub nomine dotium, & iterum ſub nomine legitimæ; Imò cum Cæſari competerent huiuſmodi detractiones,
11 & pro illarum rata bona Valeriani patris non caderent ſub fideicommiſſo, Cęſar de iſtis bonis liberis, & non de ſubiectis fideicommiſſo dotaſſe filias cenſetur, ac propterea in dd. dotibus huiuſmodi detractiones imputantur Cyn. *in auth. reſque in fin C. commu. de leg.* Bald. *in leg. ſubemus colum. 1. verſic. ita fallit, Cod. ad trebell. & conſil. 367. & 392. colum. 1. numer. 13. liber. 1.* Dec. *conſ. 201. numer. 8.* Parif. *conſ. 17. colum. final lib. 2.* Peregrin. *de fideicom. artic 39. num. 4.*

Reſpectu vero meditatis dotiũ Cherubinę, & Mutiæ, ommiſſis pro nunc aliis reſponſionibus ſufficit dicere, quod cum Cęſar plures fecerit alienationes de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ſignanter de medietate Caſalis Pernę pro pretio ducator. 5250. Summar. Octauii de Mutis *numer. 2.* & de rata domus, quam pro indiuiſo poſſidebat cum Nicolao patruo, & Britio pro pretio ducat. 200. eodem Summar. *num. 2.* nec non de 1506.

N 2 pecu-

Digitized by Google

pecudibus in hęreditate fideicommit-
12 tentis relictis, & per eundem Cęſarem venditis pretio ſcutorum 1500. eodem pariter Summ. *num. 2.* in illis dictę detractiones dotium conſumptę præſumuntur Soccin. *ſen conſ. 76. num. 13. in 3. volum.* Soccin. *iun. in leg. in quartam numer. 89. ff. ad leg. falcid. & conſ. 137. numer. 6.* Peregrin. *de fideicommiſſ. artic. 39. numer. 1.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

Romana fideicommiſſi de Mutis.

Veneris 10. *Martii* 1651.

Coram R. P. D. Cerro.

SVMMARIVM.

1 *SOLVTIONEM eiuſdem debiti quis conſequi non debet.*

2 *Ceſſionario plus iuris non competit quam cedenti, num. 3.*

4 *Res vendita pro iure hæreditatis materna eo ipſo cedit in extinctionem crediti dotalis, licet pretium, deinde in cauſam æris alieni erogatum ſit.*

5 *Credita dubia, & illiquida, ſtantibus maximè alienationibus, non poſſunt retentionem tribuere, nec immiſſionem fideicommiſſario retardare.*

DECISIO XV.

PReuijs quinq; Deciſionibus fuit lata ſententia per R. P. D meũ Meltium, in qua pronunciatum fuit Octauium, & fratres de Mutis eſſe immittendos in poſſeſſionem medietatis ſextæ partis Caſalis Polidori excepta quinta parte d. ſextæ partis aſſignata in dotem Lucretiæ, & quarta parte reſidui eiuſdem ſextæ partis pro dote Liuię, ſolutiſque nonnullis pecuniarum quantitatibus occaſione certarum detractionum in eadem ſententia ſigillatim expreſſis: Verũ interpoſita hinc inde appellatione in parte, & partibus præiudicialibus, cauſaque mihi deuoluta, vtraque pars reſpectu detractionum tantum eam reformandam eſſe contendebat, quia exiſtentia, & purificatio fideicommiſſi, ac identitas Caſalis controuerſi amplius non impugnabantur.

Informantes enim pro fratribus de Mutis ad euitandum vlteriorem cauſæ progreſſum, cęteris omnibus acquieſcentes, ſolum allegabant reſiduum dotis Philippę Caſarellę vxoris Cæſaris Muti ſcut. 2207. non eſſe integrè detrahẽdum ex ſola portione Caſalis delata ad Alexandrum, & ad ipſos deuoluta propter extinctionem eius lineæ maſchulinæ, ſed pro medietate detrahendum eſſe ex altera portione Laurentij eiuſdem Alexandri fratris à Flaminia, & collitigantibus, ſiue ab alijs ab eis cauſam habentibus retenta, ac in præſenti iudicio non comprehenſa.

Cui quidem petitioni Domini annuerunt, quia cum dicti Laurentius, & Alexander fratres creditores dictæ dotis pro virili, adepti fuerint poſſeſſionem dictæ ſextæ partis dicti Caſalis, illiuſque medietatem quilibet expreſſe receperit pro ſatisfactione medietatis dotis ſibi debitæ, nulla æquitatis ratio patitur, quod præfatæ mulieres vti hæredes Alexandri poſſint hodie petere integram dotem ſuper ſola portione Caſalis eidem Alexandro obuenta, cũ ex perſona ipſius eis non cõpetat actio, niſi pro illius medietate, ex quo altera medietas ſpectabat ad Laurentium, qui de ea plenè ſatisfactus fuit ex altera
1 portione eiuſdem Caſalis ſibi obuenta, & ab iiſdem mulieribus vt ſupra retenta, cuius propterea nouam ſolutionem prætendere non poſſunt, ne illam bis conſequantur *contra textum in l. bona, ff. de regul. iur.*

Nec refragatur reſponſio præcedentium deciſionum, quod ſcilicet altera medietas dictæ dotis ſpectaret ad Alexandrum iure proprio, altera verò iure ei ceſſo ab eodem Laurentio.

Quia ſubſiſteret ſi dicti fratres de Mutis

Digitized by Google

tis peterent immiſsionem ſuper integra ſexta parte dicti Caſalis, & ſic inſuper vtraque portione ad Alexandrum, & Laurentium ſpectante; Verum quia petunt tantummodo portionem Alexandri, altera verò Laurentij ab ipſis mulieribus, ſeu ab eis cauſam habentibus retinetur; Vtique ſicut ipſe Laurentius ſi viueret retinendo ſuam partẽ Caſalis,nil aliud occaſione d. dotis prętendere potuiſſet,ex quo de ea iam fuerat ſatisfactus per aſſecutionem dictæ ſuę partis *gloſſ. in l. 1. verb. competente, verſ. nam pro ea parte, C. de hęred. action.* Ita etiam ex iuribus ab eo ceſsis dictæ mulieres pari modo nihil amplius prętendere poſſunt, cum ceſsionario plus iuris non competat, quam cedenti cõ-
2
3 peteret, *l. nemo plus, ff. de regul. iur. & in l. emptor, vbi* Bald. *C. hęred. action. Rota in recent. decis. 117. num. 12. par. 8.* Tunc enim dicti fratres alteram medietatem ad Laurentium ſpectantem ſoluere tenentur, quando immiſsionẽ peterent etiam ſuper portione ad illũ delata, & (cui dictum eſt) à præfatis mulieribus retenta.

Informantes verò pro Flaminia, & collitigãtibus vltra detractiones in dicta ſententia expreſſas plura alia prætendebant, & Primo detrahendam eſſe ſummam ſcut. 250. ex pretio ſcut. 1100. Domus hæreditariæ fideicommittentis venditę Fuluię Taſchæ, quod fuit illis imputatum in cauſam dictæ dotis Philippæ ex quo præfata ſcuta 250. aſſeritur erogata per dictum Alexandrum, & Laurentium in extinctionem eiuſdẽ Cenſus paterni.

Secundo ſcuta 175. quæ impendiſſe ſupponitur Alexandrum pro monacãdis ſororibus.

Tertio Dotem Cherũbinę vxoris Valeriani fideicommittentis florenorum 2000. vna cum alijs florenis 1383. pro acconcio, & lucro dotali.

Quarto Reſiduum dotis Remigię ducat. 500. ac reſiduum dotis, & acconcij Mutiæ illius filiarum aliorum ducat. 500.

Quinto Ducatos aureos 700. vna cũ fructibus perſolutos à Cęſare, & Britio de anno 1533. in extinctionem cuiuſdã Societatis officij contractæ per eundem Valerianum.

Sexto Denique impenſam funeris, & legatorum piorum ab ipſo relictorum, quę inſimul aſcendere poſſunt ad alia ſcuta centum.

Verum omnibus perpenſis Domini exiſtimarũt nulla ex pręfatis deberi: Prima ſiquidem prętenſio detractionis dictorum ſcutorum 250. ſufficienter ſublata viſa fuit *in vltima deciſione R. P. D. mei Meltij ſub §. in diminutionem tamen*, ea ratione, quia cum ſupradicta Domus apprehenſa, & vendita fuerit à dictis Alexandro, & Laurentio pro iure, ac titulo hæreditatis maternę eo ipſo proportionabiliter ceſsit in extinctionem crediti dotalis eiuſdem hęreditatis, licet ipſi totam, vel partem erogaſſent in cauſam ęris alieni à patre contracti, *§. 1. inſtit. quib. mod. oblig. toll. l. ſoluendo, ff. de negoc. geſt. l. ſolutionem, ff. de ſolution. l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, ibiq. Caſtr. ff. ſi cert. petat.* Eſto quod pro ſumma ſic erogata effecti fuiſſent creditores paternæ hæreditatis.

Scuta 175. ſecundo loco prętenſa nullo pacto impenſa probantur pro collocandis dictis ſororibus in Monaſteriũ, & ideò non veniunt detrahenda, cum ad iſtum effectum non ſtetur ſimplici aſſertioni grauatorum, ſed alijs iuſtificationibus, & quidem concludentibus verificari debeat pecunias prętenſas in dictam cauſam verſas fuiſſe, *vt reſpondetur in d. deciſione, §. detractioni ſcut. 300.*

Cætera verò omnia alia pręter, quod nec minus concludenter iuſtificantur, vnica reſponſione pęnitus eliduntur, vel ſaltem dubia, & illiquida omninò redduntur ex pluribus alienationibus, & detractionibus bonorum Valeriani per dictos Cæſarem, & Britium eius filios, ac præfatos Alexandrum, & Laurentium nepotes reſpectiuè factis, tam de bonis ſtabilibus, & ſignãter de quadam vinea vendita ptetio ſcut. 1700.

quam

quam de mobilibus, & ſe mouentibus ad eos delatis, de quibus nulla ſufficiẽs ratio ex hactenus deductis reddita fuit, itaut proinde, nec pro illis dictis mu-
5 lieribus concedi poſſit retentio, nec fideicõmiſſarijs actoribus impediri immiſſio, *vt reſpondit Rota deciſ. 77. num. 4. & per totam part. 5. recent. & alyjs pluribus allegatis in Romana fideicommiſſi de Capite ferreo 10. Marty 1645. coram R. P. D. meo Corrado, §. fin.*

Fuit itaque reſolutum, ſententiã Rotalem eſſe confirmandam præterquam in detractione medietatis reſidui dotis Philippę, cuius reſpectu reformandam eſſe Domini reſponderunt.

Vtraque, &c.

Meleuitana fideicommiſſi.

Luna 13. Martii 1651.

Coram R. P. D. Bichio.

S V M M A R I V M.

1 B*ONA ſpectantia ad filios vigore capitulorum matrimonialium, nõ poſſunt ſupponi fideicommiſſo.*

2 *Titulus venditionis efficit, vt quis dicatur legitimus Contradictor.*

3 *Immiſſio non poteſt retardari ſtante teſtamento non cãcellato, & alyjs requiſitis.*

4 *Canonizatio fideicommiſſi ex quibus deducatur. & num. 5.*

6 *Iurium appellatione comprehenduntur clauſulę,* tenutę, pertinentiæ, *&c.*

7 *Alienatio facta pro debito, quod non ſpectat ad fideicommiſſarium, non valet.*

8 *Alienatio, quæ non eſt vtilis fideicommiſſo non tenet, maximè quando creditor vrgeri non poterat.*

9 *Promittens facere diligentias pro exigendis Creditis ad quid teneatur.*

10 *Ad effectum ſubſtinendi alienationem quod requiratur, & num. 11.*

12 *Bona fideicommiſſi particularis alienari non poſſunt, ſtantibus bonis fideicommiſſi vniuerſalis, & numer. 13.*

14 *Mulier non poteſt repetere dotem, ſi per maritum non ſteterit quin non exegerit, & num. 15.*

16 *Nullitas alienationis, quando eſt euidens, non retardat immiſſionem, & ex quibus alienatio dicitur nulla, puta ſi non ſit petita licentia, & num. 17.*

D E C I S I O XVI.

QVod fideicõmiſſum Ioan. Pauli Manduce ſuper tenuta nũcupata Tauenetia purificatum fuerit ad fauorem Angeli Hieronymi eius ex Angelo filio nepotis admiſerũt informantes pro Cumulo Charitatis Melitæ, contra quem vti poſſeſſorem trium clauſurarum nuncupatarum Iaitlin, Tarmedi, Tacatlan ad illarum poſſeſſionem ex dicto fideicommiſſo, idem Angelus Hieronymus petijt immitti. Negarunt autem has clauſuras cadere ſub fideicommiſſo cum nõ ſint membra tenutæ Tauenetia, ac tanquã acquiſita à Io. Paulo poſt matrimoniũ contractum cum Catherina vxore, & proinde vigore pacti in capitulis matrimonialibus appoſiti ad filios ſpectãtia non potuiſſe poſtea paterno fidei-
1 commiſſo ſupponi, Corn. *conſ. 228. nu. 9. lib. 4.* Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 8. num. 29.* Peregr. *de fideicomm. art. 6. num. 1. & ſeqq. & num 46.*

Vel in omnem euentum ad impediẽdam petitam immiſſionem objecrunt titulum venditionis Gregorio Cumuli authori factæ de anno 1620. ab Angelo fideicommittentis filio, & hærede pro ſoluendo ære alieno fideicommittentis qui titulus efficit vt Cumulus ſit
2 legitimus contradictor ex allegatis *in Romana domus 4. Maij 1648. §. 1. coram me, & in Meleuitana fideicommiſſi 20. Iuny 1650. §. fin. coram R. P. D. meo Otthobono.* maximè quia Angelus vendidit etiam nomine ipſius Angeli Hieronymi, cui propterea obſtat regula deſumpta *ex tex. in l. vindicantem, ff. euict. & in l. cum à matre ff. rei vindic.*

His non obſtantibus deciſum hodie

fuit

fuit dandam eſſe immiſſionem Angelo Hieronymo cum docuerit de fideicõmiſſo per publicum Inſtrumentum nõ abolitum, aut cancellatum, de purificatione fideicommiſſi per obitum teſtatoris, ac hæredis grauati, ac de idẽtitatẽ bonorum, quæ ſunt extrema in-
3 terdicti adipiſcendæ ex remedio *l. fin: hæredi ſcripto competente*, vt notant ibi communiter Doctores, ac tradit Menoch. *de adipiſc. remed.* 4. *nu.* 196. *Rot. deciſ.* 35. *num.* 20. *& ſeqq. par.* 1. *recent. deciſ.* 206. *numer.* 1. *coram ſan. memor. Greg. xv.*

Eſſe enim has clauſuras membra, & pertinentias tenutæ Tauenetia fideicommiſſo ſubiectę, conſtat nedum ex teſtamento fideicommittentis, in quo enunciatur aliquas clauſuras eſſe dictæ tenutæ coniunctas, ſed etiam ex inuẽtario hæreditatis fideicommittẽtis hęredem nomine confecto, ibi, *quale clauſure ſono membro, e ſi ſogliono affittare inſieme con la metta del ſudetto feudo*, Summ. Angeli Hieronymi *num.* 3. nec non ex Inſtrumento aſſignationis eiuſdem tenutæ dicto Summ. *num.* 6. & retroceſſionis Summ. *num.* 7. cumque Cumulus id ipſum canonizari obtinue-
4 rit in ſupracitata *Meleuitana fideicommiſſi coram R. P. D. meo Otthobono*; negare hodie non poteſt; Cęphal. *conſ.* 386. *num.* 29. *& ſeqq.* Felin. *in cap. capitulis, num.* 9. *& ſeqq. de reſcript.* Rimin. *iun. conſ.* 562. *num.* 34. & in puncto *Rot. deciſ.* 384. *num.* 2. *&* 3. vbi hoc ampliatur quamuis canonizatio emanauerit cum alijs perſonis *par.* 2. *rec.*

Atque hinc gratis allegatur quod acquiſitæ fuerint poſt matrimonium, ideoque ſub fideicommiſſo non cadant, dum contrarium inſtante Cumulo fuit alias, vt ſupra, deciſum. Præter quod acquiſitionem huiuſmodi nõ probant teſtes in id adducti, quia ſolum deponunt quod viderunt fideicommittentem per annos Octo ante mortem hæc bona poſſediſſe, vnde nõ excludunt quin, & antea poſſediſſet coarctando præcedentis poſſeſſionis
5 negatiuam, vt oportet Paris. *conſ.* 162. *num.* 12. *lib.* 4. *Rot. deciſ.* 399. *num.* 6. *deciſ.* 419. *num.* 8. *par.* 1. *recen.* Minuſque vrget inſtrumentũ matrimoniale continenens bona, quæ tunc temporis habebat Ioannes Paulus fideicõmittens, quia ibi enunciatur Tenuta Tauene-
6 tia cum iuribus ſuis, quorum appellatione comprehendebantur etiam hæ clauſuræ eiuſdem tenutæ membra, & pertinentiæ, *ad text. in l. Rutilia Polla* 69. *& l. in lege* 77. *ff. contrah. empt. l.* 2. *§.* 1. *hæred. vel act. vend.* Bertaz. *de clauſ. clauſ.* 26. *gloſſ.* 3. *num.* 1. *& ſeqq. & gloſ.* 8. *num.* 1. *&* 3.

Quo vero ad æs alienum pro quo extingnendo aſſeritur facta alienatio animaduerterunt Domini, quod exceptis duobus cenſibus infra nominandis, reliquum æs alienum ab emptore ſolutum non ſpectabat ad fideicommittentem, ſed ad Angelum hæredem grauatum, & Catherinam eius matrem, ideoq; alienatio non ſubſtinetur Odd. *de fideicomm. quæſt.* 33. *num.* 76. ſiquidem
7 cenſum ſcut. 1000. extinctum cum Petrò Bononia apparet fuiſſe impoſitum à dicta Catherina, & Angelo de anno 1513. eſſeque proinde diuerſum ab eo quem in inſtrumento retroceſſionis factæ de anno 1610. hæredes fideicõmittentis accollauerant in computum ſcut. 8000. quæ fideicommittens debebat Angelo ex cauſa donationis, licet ſit eiuſdem quantitatis ſcut. 1000. & cum eodem Petro Bononia; nam impoſſibile eſt quod tunc ſenſerint de hoc cenſu qui triennio poſt, hoc eſt, de anno 1613. fuit impoſitus *ad tex. in l. bouem* 43. *§.* 1. *ſub conditione, ff. adilit. edict. l. decem* 116 *ff. verb. obligat. l. cedere diem* 213. *ff. verb. ſignif.*

Alij pariter cenſus relati in Summ. Cumuli *num.* 10. apparent impoſiti poſt mortem fideicommittentis ab eius hęredibus, & Catherina matre exceptis primũ cenſum ſcut. 250. in ſorte per fideicommittentẽ vendito Iuliano Borg. & cum eo extincto ab emptore horum bonorum mediante ſolutione computatis fructibus in ſumma ſcut. 395. dicto Summ. *num.* 9. ſed hoc non fuit vtile fidei-

fideicommiſſo, quia Iulianus ereditor
non vrgebat, imò nec pro ſorte vrge-
8 re poterat reſiſtente Bulla Piana, Ga-
br. *conſ.14. num. 8. lib.2.* & in his ter-
minis *Rot. in Romana fideicomm.de Zuc-
charis 4. Februar. 1650. §. neque prædi-
ctis, coram Reuerendiſs. D. meo Decano,*
& potius debuiſſet hæres grauatus ad
extinguendum cogere Calceranum
Figheram, qui de anno 1614. in ſoli-
datione computorum ſocietatis tunc
finitæ inter ipſum, & hæredem graua-
tum, ſiue Catherinam eius adminiſtra-
tricem promiſerat facere diligentias
infra annum pro exigendis nominibus
debitorum ſocietatis, & ex pecunijs ex
inde retrahendis dictum cenſum ex-
tinguere ſuum. Angeli Hieronymi
num. 12. quæ promiſſio extinguendi pu-
rificata fuerat poſt dictum terminum
anni, ſiue nomina ſocialia Fighera exe-
giſſet ſiue nondum non docuit feciſſe
diligentias, quas aſſumpſerat, *l. ſi pro-
9 curatorem 8. l. idemque 10. §. ſi procura-
tor, l. ſi mandanero 22. §. ſicut, ff. mand.
l. ad comparandas 16. Cod. eod. tit* Ci-
riac *contron. 165. num. 1.* Surd. *decif.
304. numer. 4. & 5. Rot. in Romana, ſeu
Iannen. pecuniaria 1. Iulij 1644. §. nec
relenata, & §. aut petit coram me.*

Secundo alijs duobus cenſibus ſcut.
100. pro ſingulis vēditis de anno 1606.
ab Angelo Florentiæ Alegræ, & de
anno 1607. Petro de Bononia, qui fue-
runt vltro accollati de anno 1610. in
ſupramemorato inſtrumēto retroceſ-
ſionis ad computum ſummæ per fidei-
committentem eidem donatæ dicto
Summ. *num.* 7. Verum pro tam parua
ſumma vtile nō fuit alienare tres clau-
ſuras de quibus agitur valoris ſcut.
2725. eo minus, quia ſunt corpora di-
ſtincta, & licet conſueuerint ſimul lo-
cari, ſintque membra tenutæ principa-
lis, non tamen conſtat quod conſtituāt
vnum corpus indididuū, vt requiritur
ad effectum ſubſtinendi alienationem
10 totius, Bald. *in l. magis puto, §. non paſ-
ſim, numer. 3. ff. reb. eor. Rot. in d. Roma-
na fideicommiſſi de Zuccharis 4. Februa-
rij 1650. §. alter, in fin. §. quod autem, &
ſeq. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,*
vbi ſic declaratur ex aduerſo allegata
*deciſio in Spoletana fideicommiſſi 15. Iu-
nij 1635. coram bon. mem. Merlino*; nam
regulariter eatenus ſubſtinetur aliena-
tio bonorum fideicommiſſi, quatenus
ipſa præciſa neceſſitas expoſcit, & alias
11 vitiatur Cenc. *in addit. ad tractat. de
cenſib. par. 1. cap. 2. quæſt. 1. art. 6. nu. 15.*
& ſecundum vltimam *impreſſ. quæſt. 19.
ſub num. 33. verſic. ad hoc*, Gabr. *conſ.
118. num. 6. lib. 1.* Gionagn. *reſponſ. 22.
num. 6. & 16. lib. 2.* Grat. *diſcept. 570.
num. 11. Rot. in Romana cenſus 26. Iunij
1647. §. penult. coram me.*

Præterea ex inuentario hæreditario
dato in Summ. Angeli Hieronymi *num.
3.* apparet adfuiſſe multa bona vel ſubie-
cta tantum fideicommiſſo vniuerſali
quæ creditoribus non vrgentibus prius
alienari debebant ab hærede, quam
ſubiecta huic ſtrictiſſimo fideicommiſ-
ſo particulari Peregr. *de fideicom. art.
12 40. num. 28.* Bald. *in l. fin. §. & ſi præfi-
tam ſub num. 4. verſ. ſed quando, Cod. iur.
deliber.* vel à fideicommittente acquiſi-
ta poſt matrimonium contractum, &
ſic libera ad quorum alienationē prius
deueniendum erat, Buſſatt. *conſ. 5. nu.
30.* Gabr. *cōſ. 118. n. 6. lib. 1* Odd. *de fidei-
cō. q. 33. n. 50.* Peregr. *eod. tract. art. 4. n. 22.*

Quapropter nec etiam prætextu legi-
timæ debitæ filijs fideicommittentis
ſubſtineri poteſt alienatio; nam An-
gelus alter ex illis iam legitimam con-
ſecutus fuerat in donatione ſcut. 10.
mill. ſibi facta à patre, prout etiam fi-
liæ fœminæ in dote vltra ſummā ſcut.
10. mill. & ex perſona Mauritij, & Pe-
tri Pauli aliorum filiorum legitima de-
trahenda erat in bonis liberis, vel fi-
deicōmiſſo vniuerſali ſubiectis, potius
13 quā huic fideicōmiſſo particulari, Rip.
in l. filiusfamilias, §. Diui n. 29. ff. legat. 1.
Caſtr. *conſ. 247. nu. 4. lib. 1.* Aym. *conſ.
19 num. 14.* Peregr. *de fideicom. artic. 4.
num. 32. verſ. contrarium*, Gratian. *diſ-
cept. 334. num. 5. & 7. Rota in dicta Ro-
mana fideicommiſſi de Zuccharis coram
Reuerendiſs. D. meo Decano, §. tertia de-
nique, & ſeq. & §. minus obſtat.* Et qua-

tenus

tenus replicetur non probari quod talia bona adeſſent de tempore alienationis, applicatur reſponſio *Rotæ in dicta Romana fideicõmiſſi de Zuccharis §. nec refert*, quod aut bona tunc extabant, & hæ clauſuræ alienari non poterant, aut priùs fuerant diſtracta, & ea ceſſerunt in ſatisfactionem legitimæ, vel alterius crediti alienantium, ita vt ex hoc capite alienatio harum clauſularũ fieri non potuerit, Socc. Surd. Peregr. *et alijs ibi allegati*.

Eadem reſponſione euacuatur detractio dotis maternæ quam vlterius excludit defectus probationis, quod illa fuerit fideicommittenti ſoluta cum in inſtrumento dotali appareat tantum promiſſa, & ardua lis pendeat in partibus ſuper illius ſolutione qua non probata, vel niſi per virum ſteterit quo
14 minus dotem exigeret illam mulier repetere non poteſt, *l. ſi extraneus ibique Doctores, ff. iur. dot.* Bart. *in l. ſi ſocer, §. Lutius, num. 3. verſic. oppono, ff. ſolut. matrimon. Rot. deciſ.* 124. *num.* 4. *p r.* 4. *recent.*

Tandem non obſtat quod alienatio ſubſtineatur etiam ex ære alieno ipſius Angeli hæredis grauati; quippe qui è conuerſo erat creditor fideicommittentis pro rata ſummæ ſibi donatæ, vt per Odd. *de fideicomm. quaſt.* 33. *nu.* 46. quia informantes pro Cumulo admittunt ipſi per totnm annum 1618. & ſic ante alienationem ſoluta reſidualia ſcutor. 4125. vt etiam conſtat ex datis in Summ. Angeli Hieronymi *num.* 16. Ad deciſionem in ſupracitata *Meleuitana fideicom. miſſi coram R. P. D. meo Ottbobono*, in qua dictum fuit ſubſtineri alienationem ex ære alieno fideicõmittentis ſatis eſt reſpondere quod ibi non agebatur de fideicommiſſo hoc particulari, ſed de vniuerſali, neque cum Angelo Hieronymo, ſed cum fœminis ad particulare non vocatis, quæque tunc nõ iuſtificarunt adducta hodie ab Angelo Hieronymo.

Et ex his reſultat etiam alia nullitas alienationis ob non ſeruatam formam licentiæ vendendi traditæ à Iudice, ibi, *pro extinctione debitorum in quibus bona prædicta obnoxia reperirentur prohibentes omnino alienationem dictorum bonorum, etiam in caſu, vbi à iure permitteretur*
16 *extra caſum ſuperius permiſſum*; nam bona hæc, vt ſupra dictum fuit non erant obnoxia debitis pro quibus fuerunt alienata, & debuit omnino forma licentiæ ſeruari, vt in proximis terminis ponderauit. *Rot. deciſ.* 131. *num.* 6. *par.* 7. *recent. & in Romana domus* 4. *Maij* 1648. *§. detegitur in fin. coram me*.

Cum itaque titulus venditionis appareat vndequaquè notoriè nullus, non ſuffragatur ad retardandam immiſsionem hæredis fideicommiſſarij, Rolan. *conſ.* 48. *nu.* 12. *lib.* 1. Afflict. *deciſ.* 374. *num.* 7. Seraph. *deciſ.* 256. *num.* 1. *Reuerendiſſ.* Vrgellen. *deciſ.* 430. *numer.* 11. *cum alijs allegatis in dicta Romana domus, §. quia obiectum*. Nec refert quod venditio ſit facta etiam nomine Angeli Hieronymi, cum promiſsione de rato pro illo tunc abſente, quia non conſtat quod ille aliquando ratam habuerit venditionem, nec eſt hæres venditoris.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Bonouien. fideicommiſſi de Barberijs.

Lunæ 5. *Decembr.* 1650.

Coram R. P. D. Corrado.

SVMMARIVM.

1 *Vocatis maſculis, deſcendens à fœmina non cenſetur vocatus.*

2 *Nepotes non comprehenduntur in diſpoſitionibus relatis diſpoſitiuè ad filios.*

3 *Nepotes quando comprehendantur appellatione filiorum.*

4 *Linea finitur in fœmina, & quomodo, & num.* 5. *vbi ſingulariter.*

6 *Contemplatio cõſeruationis bonorum in fami-*

Romana fideicommiſſi de Mutis.

Lunæ 2. Iunii 1650.

Coram R. P. D. Meltio.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio de iuribus ſibi competentibus, ſuper bonis paternis ſupponit neceſſario paternæ hæreditatis aditionem.*

2 *Onus non contrauueniendi eſt hæreditati affixum, & illam adiens dicitur contrahere obligationem, de obſeruando factum defunctorum.*

3 *Traditio actualis dotis ex longo temporis curſu, iunctis alijs coniecturis ſufficienter probatur, & num. 4.*

5 *Soluens legataria reportata ceſſione Iurium illi competentium ſuper hæreditate fit creditor hæreditatis.*

6 *Ceſſionarius poteſt vti iuribus ceſſis, nō ſecus ac cedentes.*

7 *Solutio facta in cauſam dotium, & nuptialium apparatuum occaſione matrimonij tam carnalis, quam ſpiritualis detrahitur ex fideicommiſſo.*

8 *In quantitate dotis ſtandum eſt inſtrumento originali eius Conſtitutionis non alijs inſtrumentis diſcordantibus.*

9 *Acconcium cenſetur de appendicijs dotis, & idem de eo iudicatur.*

10 *Dos vxoris, filij ſi à patre recepta ſit, non venit detrahenda ex bonis filij, ſed patris, non obſtante fideicommiſſo.*

11 *Dos imputatur in legitimam, & Trebellianicam ſi ſit conſtituta de bonis fideicommiſſi.*

12 *Alienationes fideicommiſſi imputantur in detractiones.*

DECISIO XIV.

IMmiſſionem in duodecimam partem Caſalis Polidori concedendam eſſe DD. Octauiano, & Fratribus de Mutis vigore fideicommiſſi ad eorum fauorem purificati per obitū Valeriani iunioris factis, tamen prius detractionibus expreſſis, reſolutū fuit coram Me ſub die 11. Ianuarij, & 28. Maij 1649. quibus neutra parte adhuc acquieſcente iterum dubitaui, An dictæ deciſiones eſſent reformandæ, & DD. precurrēdo omnes partitas. Quoad primam reſpicientem dotem Lucretiæ aſſignatam in quinta parte ſextæ Caſalis Polidori nullam habuerunt difficultatem, vt illa veniat detrahenda ex regula in iure certiſſima, quod bona fideicommiſſaria Aſcēdentium ſunt hypothecata, & alienari poſſunt pro dote deſcendentium *Authentic. res qua, Cod. communis delegatis*. Secunda pariter quæ verſatur circa dotem conſtitutam Liuiæ in quarta parte reſidui dict. ſextæ partis Caſalis, & ipſa non fuit controuerſa, ſed tantum dicebatur, quod competeret illius redemptio ſtante facultate illam redimēdi pro pretio ſcutorum 1000. reſeruata à Cæſare nō ſolum ſibi ſuiſque hæredibus, verum etiā cuilibet de familia de Mutis cōtra quos proinde allegari non poterat præſcriptio dict. facultatis ex lapſu longiſſimi temporis, ex quo illa non currit niſi à die purificati fideicommiſſi ad eorum fauorem *leg. 1. Codic. de annal. except. leg. contra maiores, Cod. de inofficioſ. teſtament.* Prout nec minus nocere poterat remiſſio dicti pacti, ſeu facultatis redimendi ex conſenſu liberè deinde praſtito de Anno 1558. per Cæſarem, & Philippam coniunges, dum per eos vendita fuit dicta pars Caſalis Iacobo Muto, eo quia Cæſar non potuit inferre præiudicium vocatis, quibus ex præcedenti facultate redimendi ad fauorē cuiuslibet de familia de Mutis fuerat Ius quæſitum. Verum his non obſtantibus DD. ſteterūt in alias indeciſis, quod ſcilicet non ſit locus d. prætenſæ redēptioni ex ea ratione, quòd cum Octauius, ac eius fratres actores in præſenti iudicio ſint hęredes Laurentij hęredis Cęſaris, & Philippę coniungum, qui liberarunt dictam partem Caſalis à pacto redimendi liberè conſentiendo illius venditioni, prout de remiſſione pacti redimendi conſtat ex inſtru-

inſtrumento dato in Summ. DD. Violantis, & Flaminiæ *numer.* 2. & de aditione d. hæreditatis Cæſaris facta à Laurentio probatur ex ceſſione per eũdem Laurentium facta Alexandro fratri de omnibus iuribus ſibi competentibus ſuper bonis paternis, quæ quidem ceſſio ſupponit in neceſſarium antecedens
1 dens paternæ hæreditatis aditionem *ex alleg. in decif.* 74. *numer* 8. *& decif.* 106. *num.* 6. *par.* 7. *recent.* Vtique non poſſunt pactum iam extinctum per cõſenſum eorum, quorum ſunt hæredes exercere, nec voluntati eorum contrauenire debent, *leg. ex qua perſona, ff. de regul. iur.* Surd. *decif.* 159. *num.* 11. *Rota decif.* 143. *nu.* 10. *p.* 5. *recent.* quod etiã procederet quamuis reſpectu propriæ eorum perſonæ d. facultas redimendi dici non poſſet remiſſa, aut præſcripta; nam onus non contrauenjendi remanet adeo hæreditati affixum, ac ab ea inſeparabile, vt quandocumque quis ad hæreditatem veniat dicatur cõtrahere obligationem de obſeruãdo factum Defunctorum, Peregrin.
2 *de fideicomm. art.* 33. *num* 8. *& 9 cum alijs per DD. congeſtis in §.* 1. *auth. de hęredib. ab inteſtat. venient.* Eoque minus impugnari poteſt remiſſio, quia pretium à dd. coniungibus receptum in d. inſtrumento liberationis fuit inueſtitum in cenſu dato ab eiſdem coniugibus pro dote Sigiſmundę eorum filiæ, quæ bene dotari potuit ex bonis, & iuribus fideicommiſſi *d. authen. res quæ, Cod. comm. delegat. vbi communiter DD.* Iaſ. *num.* 29 & Curt. *num.* 11. Didac. *variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

Doti Philippæ firmatę in præteritis deciſionibus in ducatis 4000. & alijs ducat. 300. pro acconcio cenſuerunt DD adden. alia ſcuta centum pro valore pelluuij, & vrzei argenti, quę cum fuerint in inſtrumento dotali promiſſa
3 ęſtimata veniunt ſub nomine dotis *Rot. in Romana Vinæ* 27. *Mar.* 1649. *coram R.P. D. meo Royas* Et licet non conſtet de illorum actuali traditione, tamen ex longo temporis curſu iunctis alijs coniecturis, quæ in propoſito caſu concurrunt, vt nempe creditor eſſet diligens, & onera matrimonij ſubſtineret, & debitor eſſet diues, & ſolitus ſoluere, nec non ex generali conſuetudine dandi hæc ab initio habita fuit pro ſufficienter probata illorũ traditio, prout in ſimilibus terminis firmatũ fuit apud Surd. *decif.* 105. *num.* 7. *&* 10. Andreol. *contr.* 57. *num.* 11. *&* 12. Maſcard. *de prob. concl.* 1318. *num.* 26. & declarauit *Rot. in Maceraten. legitimæ* 1. *Ian.* 1518. *cor. bo. mem. Vbaldo ſ. n.* & in puncto, quod ex diuturnitate temporis præſumatur ſolutio dotis, firmat Cuman. *conſ.* 31. *nu.* 3. *Rot. cor. S. M.* Greg. XV. *decif.* 468. *num.* 8. *& decif.* 160. *num.* 3. *p.* 7.

In diminutionem tamen d. dotis iterum dictum fuit computan. eſſe integram ſummam ſcutor. 1100. pro valore domus in hęreditate fideicommittentis remanſę, & per filios Philippę, tãquam eius hęredes ſimili prętio alienatæ Fuluię Taſchę, nulla habita ratione, quod ex dictis pecunijs ſcut. 250. erogata fuerint de conſenſu Alexandri, & Laurentij in extinctionem cenſus aliàs impoſiti ſuper eadem domo à Cæſare eorum communi patre, nam mediante huiuſmodi ſolutione effecti quidem fuerent pro d ſumma creditores hęreditatis paternę, & ideo remanſerunt pro eadem creditores Valeriani fideicommittentis ex cauſa dotis Philippę, cum in hanc cauſam receperint integrum pretium ſcutorũ 1100.
4 retractum ex venditione domus, qua mediante d. creditũ remanſit proportionabiliter pro d. ſumma extinctum, quidquid deinde exactores dd. pecuniarum de illis egerint, §. 1. *inſtit. quib. mod. tollitur obligatio, l. ſoluendo, ff. de negoc. geſt. l. ſolutionem, ff. de ſolut. l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, & ibi Caſtren. ff. ſi cert. pet.*

In eiuſdem dotis diminutionem etiã tendit, prout firmatum fuit in ſecunda deciſione in hac cauſa emanata *ſub § in extinctionem,* alia partita ſcutor. 168. quę in maiori ſumma nempè ſcutorum 500. Philippa legauit Portię eius filię; Nam legatum pro d. rata ſcutorũ 168.

N ſolutum

ſolutum fuiſſe probatur ex eo, quod totidem dictæ Portiæ ſoluit Vitalis pater Deliæ reportata ceſſione iurium competētium ſuper hæreditate d. Philippę, ſicque colligitur, quod ſolutio facta fuit in cauſam d. legati Philippæ animo ſuccedendi legatariæ in eius iuribus, adeout non amplius legataria, ſed ſoluens ſit creditor Philippæ teſtatricis, vt poſt Bald. *& alios ibi allegatos dixit Rota deciſ. 126. num. 1. apud* Cenc. *de cenſib* Hincque patet, quod ponderatio facta in ſecunda deciſione *ſub §. non obſtat replicatio*, vt ſi iſta ſolutio nō
5 minueret dotem ſequeretur, quod bis fieret detractio eiuſdem ſummæ, ſcilicet ſemel in detractione dotis Deliæ, & altera vice in detractione dotis Philippæ ſit vera; & benè ſubſiſtat ſiquidem pars dotis Deliæ, quæ integrè detrahitur ceſſit, vt dictum eſt in ſolutionē debiti, hoc eſt legati d. Philippæ.

Habita neque fuit pro releuanti illa prætenſio deducendi dotem Philippæ, tam ex portione Caſalis ſpectan. ad Alexandrum, quam ex alia ſpectante ad Laurentium ex ea ratione, quod cum onus reſtituendi d. dotem fuit radicatum in perſona fideicommittentis omnia eius bona dicantur ęqualiter affecta, ſitque propterea ex ijs æqualiter facienda reſtitutio. Nam placuit reſponſio data in prima deciſione *in §. neque obſtare viſum fuit*, vt cum Laurentius recepta vberi recompenſa in pecunijs, & alijs bonis ab Alexandro eius fratre fecerit ei amplam ceſſionem de omnibus iuribus ſibi competētibus ſuper Caſali, tam ratione bonorum maternorum, quam paternorū, cum promiſſione faciendi ratificare eius filios, prout ratificarunt, quæ ratificatio facit cenſeri actum ab eis geſtum, Dyn. *in cap. ratih. bitione col. 5. verſ. in quarto vero genere de regul. iur. in* 6. Pariſ. *conſil. 5. num.* 200. Surd. *deciſ. 33. numer. 3. & 4.* Omnia iura conſequēdi dotem maternam ſuper portione d. Caſalis transla-
6 ta fuerunt in Alexandrum ceſſionarium, qui proinde prout eius hæredes illis vti poſſunt ſuper d. parte Caſalis tam pro parte propria, quam pro parte translata vigore ceſsionis *leg. emptor vbi DD. C. de hæredit. vel act. vendit.* Dec. *conſ.* 107. *numer.* 18. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 68. *num.* 3. *poſt* Cenc. *de cenſ.* Vlterius aduertebant DD. quod ex ratificatione d. ceſsionis factæ per Octauium cum obligatione ad intereſſe ſequitur, quod filiæ Alexandri ceſſionarij poſsidebant hanc ratam Caſalis ceſſi, non titulo fideicommiſsi, ſed d. ceſsionis, ac venditionis, quæ operatur, vt in caſum moleſtiarum ſuper d. Caſali poſsint habere regreſſum cōtra eundem D. Octauium de euictione obligatum ex natura contractus venditionis *ex allegat. per* Dec. *conſ.* 483. *numer.* 15. Greg. xv. *deciſ.* 24. *num.* 3. Sicque Octauio obſtat regula legis vendicantem, quam affert Dec. *d. conſ.* 483. *num.* 16.

Detracioni ſcutorum 300 pro expenſis factis occaſione collocādi filias Cęſaris in Monaſterium viſa non fuerunt addenda alia ſcuta 175. quæ prætendēbantur ſoluta ab Alexandro ex cauſa eiuſdem ingreſſus, quia in d. cauſam conſtat expenſa fuiſſe ſolum ſcuta 300. Maximè quia dum dicedantur ſoluta alia ſcuta 300. alijs creditoribus ipſius Alexandri, & Laurentij, addita deinde fuit d. ſolutio ſcutorum 175. debit. dd. filiabus abſque eo, quod expreſſa fuerit aliqua cauſa d. debiti. Vnde patet quod cauſa crediti dd. ſcutorum 175. ab ipſo Alexandro habita fuit diuerſa à credito expenſarum factarum occaſione ingreſſus Monaſterij, & ſic illa minimè venit detrahenda ex bonis fideicommiſſarijs, cum ad hunc effectū requiratur, vt ſolutio facta fuerit in cauſam dotium, & apparatum nuptialium occaſione matrimonij, ſiue ſpiritualis, ſiue carnalis §. *quamobrem in auth. de reſtit. & ea quæ parit, & d. auth. res quæ, C. comm. de leg. Rota corā* Mantic. *deciſ.* 152. *num.* 1.

Dos Delię viſa fuit firmanda, prout alias firmata fuit in ſcut. 500. iuxta quātitatem expreſſam in inſtrumento dotali, quod magis attendendum eſſe vide-

videtur, quam inſtrumentum tranſactionis initæ inter d. Laurentium, & Alexandrum, in quo licet enuncietur ſolutio d. dotis in ſumma ſcutorum 600. id erroneè factum fuiſſe cenſendum eſt, cum in dubio ſemper magis
8 ſtandum ſit in inſtrumento originali conſtitutionis dotis, quam alijs inſtrumentis ab illo diſcordantibus *ad trad. per gloſſ. in ver. protocollum, in auth. de Tabell.* Ang. *in §. vltim. num. 15. in auth. eiuſdem dicens*, quod ſemper recurri debet ad matricem, & originale, & idem ſenſit Bald. *in l noſtram num.4. C. de teſtam.* Dictæ tamen doti addenda eſſe voluerunt alia ſcuta 150. pro acconcio, & ſcuta 40. pro reſiduo valoris vrzei, & peſtuuij argentei, quę fuiſſe actualiter tradita conſtat ex in-
9 ſtrumento relato in Summ Violantis, & Flaminiæ *num.4.* Acconcium enim cenſetur de appendicijs dotis, & idem de eo iudicatur, prout de ipſa dote Anan. *conſ. 35. num. 1. vſq; ad 4.* Pariſ. *conſ.95. num.13. lib.2.* Curt. *iun. conſ. 129. in fine Rota deciſ. 116. p. 1. diuerſ. & deciſ. 72. num 4. part.2. recent.* Thel. *deciſ.195. num.5.*

In hoc tamen reformanda viſa fuit deciſio, vt d duos Deliæ debeat pro virili detrahi ex portione obuenta in bonis fideicommiſſi tam Laurentio, quã Alexandro exemplo ſeius, quod dictum fuit in ſecunda deciſione de dote Sigiſmundæ, & expenſarum factam occaſione ingreſſus, nam cum ex inſtrumento dotali conſtet, quod illam non recepit Alexander, ſed Cæſar eius pater, bona Alexandri non ſunt pro eius reſtitutione particulariter obligata, Surd. *deciſ.47. ſub num.2. verſ. dictum fuit & numer.3. & ſeq.* & ceſſante particulari obligatione Alexandri, atque non exiſtentibus bonis Cæſaris, qui dotem recepit intrat detractio ex bonis aui fideicõmittentis, quæ facienda videtur non minus ex parte portionis, quæ vni obuenit, quam ex alia obuenta alteri *ad text. in leg. vnica, §. ſi domnes, Cod. de caducit. tollen. leg. via conſtituti, §. quicumque, ff. de ſeruit. Vrban. prædict. leg. 1. § final. ff. ſi ſeruit. vindic.* Dec. *conſ.24. num.28.* Surd. *deciſ.97. num.13. Rota deciſ.127. num.1. par.6. recentior.*

De alijs autem detractionibus quas modo tantum D. Flaminia, & D. Violantes prętendere ceperunt ex perſona Alexandri eorum patris tanquam ceſſionarij Laurentij hæredis Cæſaris nẽpe meditatem legitimæ, & trebellianicę debitam d. Cæſari in bonis Valeriani fideicommittentis, ac meditatem dotis Cherubinæ matris, & Mutiæ ſororis eiuſdem Cæſaris nulla fuit habita ratio, non reſpectu detractionum legitimæ, & trebellianicæ, cum Cæſar de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & præſertim de parte Caſalis, de quo nunc agitur dotauerit filias ſuas, huiuſmodi dotes ſunt imputandæ in dd. legitimam, & trebellianicam, ne contingat illas dotes bis ex dicto fideicommiſſo detrahi, nempè ſemel ſub nomine dotium, & iterum ſub nomine legitimæ; Imò cum Cæſari competerent huiuſmodi detractiones,
11 & pro illarum rata bona Valeriani patris non caderent ſub fideicommiſſo, Cęſar de iſtis bonis liberis, & non de ſubiectis fideicommiſſo dotaſſe filias cenſetur, ac propterea in dd. dotibus huiuſmodi detractiones imputantur Cyn. *in auth. reſque in fin C. commu. de legat.* Bald. *in leg iubemus colum. 1. verſic. ita fallit, Cod. ad trebell. & conſil. 367. & 392. colum. 1. numer. 13. liber. 1.* Dec. *conſ. 201. numer.8.* Pariſ. *conſ. 17. colum. final lib.2.* Peregrin. *de fideicom. artic 39. num.4.*

Reſpectu vero meditatis dotiũ Cherubinę, & Mutiæ, ommiſſis pro nunc aliis reſponſionibus ſufficit dicere, quod cum Cęſar plures fecerit alienationes de bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ſignanter de medietate Caſalis Pernę pro pretio ducator. 5250. Summar. Octauij de Mutis *numer. 2.* & de rata domus, quam pro indiuiſo poſſidebat cum Nicolao patruo, & Britio pro pretio ducat. 200. eodem Summar. *num. 2.* nec non de 1506.

pecudibus in hęreditate fideicommit-
12 tentis relictis, & per eundem Cæſarem venditis pretio ſcutorum 1500. eodem pariter Summ. *num.* 2. in illis dictę detractiones dotium conſumptę præſumuntur Soccin. *ſen conſ.* 76. *num.* 13. *in* 3. *volum.* Soccin. *iun. in leg. in quartam numer.* 89. *ff. ad leg. falcid. & conſ.* 137. *numer.* 6. Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 39. *numer.* 1.

Et ita vtraque parte informante, &c.

Romana fideicommiſſi de Mutis.

Veneris 10. *Martii* 1651.

Coram R. P. D. Cerro.

SVMMARIVM.

1 *SOLVTIONEM eiuſdem debiti quis conſequi non debet.*

2 *Ceſſionario plus iuris non competit quam cedenti, num.* 3.

4 *Res vendita pro iure hæreditatis materna eo ipſo cedit in extinctionem crediti dotalis, licet pretium, deinde in cauſam æris alieni erogatum ſit.*

5 *Credita dubia, & illiquida, ſtantibus maximè alienationibus, non poſſunt retentionem tribuere, nec immiſſionem fideicommiſſario retardare.*

DECISIO XV.

PRæuijs quinq; Deciſionibus fuit lata ſententia per R. P. D meũ Meltium, in qua pronunciatum fuit Octauium, & fratres de Mutis eſſe immittendos in poſſeſſionem medietatis ſextæ partis Caſalis Polidori excepta quinta parte d. ſextæ partis aſſignata in dotem Lucretiæ, & quarta parte reſidui eiuſdem ſextæ partis pro dote Liuię, ſolutiſque nonnullis pecuniarum quantitatibus occaſione certarum detractionum in eadem ſententia ſigillatim expreſſis: Verũ interpoſita hinc inde appellatione in parte, & partibus præiudicialibus, cauſaque mihi deuoluta, vtraque pars reſpectu detractionum tantum eam reformandam eſſe contendebat, quia exiſtentia, & purificatio fideicommiſſi, ac identitas Caſalis controuerſi amplius non impugnabantur.

Informantes enim pro fratribus de Mutis ad euitandum vlteriorem cauſæ progreſſum, cęteris omnibus acquieſcentes, ſolum allegabant reſiduum dotis Philippę Caſſarellę vxoris Cæſaris Muti ſcut. 2207. non eſſe integrè detrahẽdum ex ſola portione Caſalis delata ad Alexandrum, & ad ipſos deuoluta propter extinctionem eius lineæ maſchulinæ, ſed pro medietate detrahendum eſſe ex altera portione Laurentij eiuſdem Alexandri fratris à Flaminia, & collitigantibus, ſiue ab alijs ab eis cauſam habentibus retenta, ac in præſenti iudicio non comprehenſa.

Cui quidem petitioni Domini annuerunt, quia cum dicti Laurentius, & Alexander fratres creditores dictæ dotis pro virili, adepti fuerint poſſeſſionem dictæ ſextæ partis dicti Caſalis, illiuſque medietatem quilibet expreſſe receperit pro ſatisfactione medietatis dotis ſibi debitæ, nulla æquitatis ratio patitur, quod præfatæ mulieres vti hæredes Alexandri poſſint hodie petere integram dotem ſuper ſola portione Caſalis eidem Alexandro obuenta, cũ ex perſona ipſius eis non cõpetat actio, niſi pro illius medietate, ex quo altera medietas ſpectabat ad Laurentium, qui de ea plenè ſatisfactus fuit ex altera
1 portione eiuſdem Caſalis ſibi obuenta, & ab iiſdem mulieribus vt ſupra retenta, cuius propterea nouam ſolutionem prætendere non poſſunt, ne illam bis conſequantur *contra textum in l. bona, ff. de regul. iur.*

Nec refragatur reſponſio præcedentium deciſionum, quod ſcilicet altera medietas dictæ dotis ſpectaret ad Alexandrum iure proprio, altera verò iure ei ceſſo ab eodem Laurentio.

Quia ſubſiſteret ſi dicti fratres de Mu-

tis peterent immiſsionem ſuper integra ſexta parte dicti Caſalis, & ſic inſuper vtraque portione ad Alexandrum, & Laurentium ſpectante; Verum quia petunt tantummodo portionem Alexandri, altera verò Laurentij ab ipſis mulieribus, ſeu ab eis cauſam habentibus retinetur; Vtique ſicut ipſe Laurentius ſi viueret retinendo ſuam partẽ Caſalis,nil aliud occaſione d. dotis prętendere potuiſſet,ex quo de ea iam fuerat ſatisfactus per aſſecutionem dictæ ſuę partis *gloſſ. in l.* 1. *verb. competente, verſ. nam pro ea parte, C. de hęred. action.* Ita etiam ex iuribus ab eo ceſsis dictæ mulieres pari modo nihil amplius prętendere poſſunt, cum ceſsionario plus iuris non competat, quam cedenti cõpeteret, *l. nemo plus, ff. de regul. iur. & in l. emptor, vbi* Bald. *C. hęred. action. Rota in recent. decis.* 117. *num.* 12. *par.* 8. Tunc enim dicti fratres alteram medietatem ad Laurentium ſpectantem ſoluere tenentur, quando immiſsionẽ peterent etiam ſuper portione ad illũ delata, & (cui dictum eſt) à præfatis mulieribus retenta.

2

3

Informantes verò pro Flaminia, & collitigãtibus vltra detractiones in dicta ſententia expreſſas plura alia prætendebant, & Primo detrahendam eſſe ſummam ſcut. 250. ex pretio ſcut. 1100. Domus hæreditariæ fideicommittentis venditę Fuluię Taſchæ, quod fuit illis imputatum in cauſam dictæ dotis Philippæ ex quo præfata ſcuta 250. aſſeritur erogata per dictum Alexandrum, & Laurentium in extinctionem eiuſdẽ Cenſus paterni.

Secundo ſcuta 175. quæ impendiſſe ſupponitur Alexandrum pro monacãdis ſororibus.

Tertio Dotem Cherùbinę vxoris Valeriani fideicommittentis florenorum 2000. vna cum alijs florenis 1383. pro acconcio, & lucro dotali.

Quarto Reſiduum dotis Remigię ducat. 500. ac reſiduum dotis, & acconcij Mutiæ illius filiarum aliorum ducat. 500.

Quinto Ducatos aureos 700. vna cũ fructibus perſolutos à Cęſare, & Britio de anno 1533. in extinctionem cuiuſdã Societatis officij contractæ per eundem Valerianum.

Sexto Denique impenſam funeris, & legatorum piorum ab ipſo relictorum, quę inſimul aſcendere poſſunt ad alia ſcura centum.

Verum omnibus perpenſis Domini exiſtimarũt nulla ex pręfatis deberi: Prima ſiquidem prętenſio detractionis dictorum ſcutorum 250. ſufficienter ſublata viſa fuit *in vltima deciſione R. P. D. mei Meltij ſub §. in diminutionem tamen*, ea ratione, quia cum ſupradicta Domus apprehenſa, & vendita fuerit à dictis Alexandro, & Laurentio pro iure, ac titulo hæreditatis maternę eo ipſo proportionabiliter ceſsit in extinctionem crediti dotalis eiuſdem hęreditatis, licet ipſi totam, vel partem erogaſſent in cauſam ęris alieni à patre contracti, §. 1. *inſtit. quib. mod. oblig. toll. l. ſoluendo, ff. de negoc. geſt. l. ſolutionem, ff. de ſolution. l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, ibiq. Caſtr. ff. ſi cert. petat.* Eſto quod pro ſumma ſic erogata effecti fuiſſent creditores paternæ hæreditatis.

Scuta 175. ſecundo loco prętenſa nullo pacto impenſa probantur pro collocandis dictis ſororibus in Monaſteriũ, & ideò non veniunt detrahenda, cum ad iſtum effectum non ſtetur ſimplici aſſertioni grauatorum, ſed alijs iuſtificationibus, & quidem concludentibus verificari debeat pecunias prętenſas in dictam cauſam verſas fuiſſe, *vt reſpondetur in d. deciſione, §. detractioni ſcut.* 300.

Cætera verò omnia alia pręter, quod nec minus concludenter iuſtificantur, vnica reſponſione pęnitus eliduntur, vel ſaltem dubia, & illiquida omninò redduntur ex pluribus alienationibus, & detractionibus bonorum Valeriani per dictos Cæſarem, & Britium eius filios, ac præfatos Alexandrum, & Laurentium nepotes reſpectiuè factis, tam de bonis ſtabilibus, & ſignãter de quadam vinea vendita pretio ſcut. 1700.

quam

quam de mobilibus, & ſe mouentibus ad eos delatis, de quibus nulla ſufficiēs ratio ex hactenus deductis reddita fuit, itaut proinde, nec pro illis dictis mu-
5 lieribus concedi poſſit retentio, nec fideicōmiſſarijs actoribus impediri immiſſio, *vt reſpondit Rota deciſ. 77. num. 4. & per totam part. 5. recent. & alijs pluribus allegatis in Romana fideicommiſſi de Capite ferreo 10. Martij 1645. coram R. P. D. meo Corrado, §. fin.*

Fuit itaque reſolutum, ſententiā Rotalem eſſe confirmandam præterquam in detractione medietatis reſidui dotis Philippę, cuius reſpectu reformandam eſſe Domini reſponderunt.

Vtraque, &c.

Meleuitana fideicommiſſi.

Luna 13. *Martii* 1651.

Coram R. P. D. Bichio.

SVMMARIVM.

1 B*ONA ſpectantia ad filios vigore capitulorum matrimonialium, nō poſſunt ſupponi fideicommiſſo.*
2 *Titulus venditionis ſufficit, vt quis dicatur legitimus Contradictor.*
3 *Immiſſio non poteſt retardari ſtante teſtamento non cācellato, & alijs requiſitis.*
4 *Canonizatio fideicommiſſi ex quibus deducatur. & num.* 5.
6 *Iurium appellatione comprehenduntur clauſulę,* tenutę, pertinentiæ, *&c.*
7 *Alienatio facta pro debito, quod non ſpectat ad fideicommiſſarium, non valet.*
8 *Alienatio, quæ non eſt vtilis fideicommiſſo non tenet, maximè quando creditor vrgeri non poterat.*
9 *Promittens facere diligentias pro exigendis Creditis ad quid teneatur.*
10 *Ad effectum ſubſtinendi alienationem quod requiratur, & num.* 11.
12 *Bona fideicommiſſi particularis alienari non poſſunt, ſtantibus bonis fideicommiſſi vniuerſalis, & numer.* 13.
14 *Mulier non poteſt repetere dotem, ſi per maritum non ſteterit quin non exegerit, & num.* 15.
16 *Nullitas alienationis, quando eſt euidens, non retardat immiſſionem, & ex quibus alienatio dicitur nulla, puta ſi non ſit petita licentia, & num.* 17.

DECISIO XVI.

QVod fideicōmiſſum Ioan. Pauli Manduce ſuper tenuta nūcupata Tauenetia purificatum fuerit ad fauorem Angeli Hieronymi eius ex Angelo filio nepotis admiſerūt informantes pro Cumulo Charitatis Melitæ, contra quem vti poſſeſſorem trium clauſurarum nuncupatarum Taſtlin, Tarmedi, Tacatlan ad illarum poſſeſſionem ex dicto fideicommiſſo, idem Angelus Hieronymus petijt immitti. Negarunt autem has clauſuras cadere ſub fideicommiſſo cum nō ſint membra tenutæ Tauenetia, ac tanquā acquiſita à Io. Paulo poſt matrimonij contractum cum Catherina vxore, & proinde vigore pacti in capitulis matrimonialibus appoſiti ad filios ſpectātia non potuiſſe poſtea paterno fidei-
1 commiſſo ſupponi, Corn. *conſ.* 228. *nu.* 9. *lib.* 4. Mant. *de coniect. vltim. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 29. Peregr. *de fideicomm. art.* 6. *num.* 1. *& ſeqq. & num* 46.

Vel in omnem euentum ad impediēdam petitam immiſſionem obijcerunt titulum venditionis Gregorio Cumuli authori factæ de anno 1620. ab Angelo fideicommittentis filio, & hærede pro ſoluendo ære alieno fideicommittentis qui titulus efficit vt Cumulus ſit
2 legitimus contradictor ex allegatis *in Romana domus* 4. *Maij* 1648. §. 1. *coram me, & in Meleuitana fideicommiſſi* 20. *Iunij* 1650. §. *fin. coram* R. P. D. *meo Otthobono*. maximè quia Angelus vendidit etiam nomine ipſius Angeli Hieronymi, cui propterea obſtat regula deſumpta *ex tex. in l. vindicantem, ff. euict. & in l. cum à matre ff. rei vindic.*

His non obſtantibus deciſum hodie fuit

fuit dandam eſſe immiſſionem Angelo Hieronymo cum docuerit de fideicõmiſſo per publicum Inſtrumentum nõ abolitum, aut cancellatum, de purificatione fideicommiſſi per obitum teſtatoris, ac hæredis grauati, ac de idẽtitatẽ bonorum, quæ ſunt extrema in-
3 terdicti adipiſcendæ ex remedio *l. fin. hæredi ſcripto competente*, vt notant ibi communiter Doctores, ac tradit Menoch. *de adipiſc. remed. 4. nu. 196. Rot. deciſ. 35. num. 20. & ſeqq. par. 1. recent. deciſ. 206. numer. 1. coram ſan. memor. Greg. XV.*

Eſſe enim has clauſuras membra, & pertinentias tenutæ Tauenetia fideicommiſſo ſubiectę, conſtat nedum ex teſtamento fideicommittentis, in quo enunciatur aliquas clauſuras eſſe dictæ tenutæ coniunctas, ſed etiam ex inuẽtario hæreditatis fideicommittẽtis hęredem nomine confecto, ibi, *quale clauſure ſono membro, e ſi ſogliono affittare inſieme con la metta del ſudetto ſeudo*, Summ. Angeli Hieronymi *num. 3.* nec non ex Inſtrumento aſſignationis eiuſdem tenutæ dicto Summ. *num. 6.* & retroceſſionis Summ. *num. 7.* cumque Cumulus id ipſum canonizari obtinue-
4 rit in ſupracitata *Meleuitana fideicommiſſi coram R. P. D. meo Otthobono*; negare hodie non poteſt; Cęphal. *conſ. 386. num. 29. & ſeqq.* Felin. *in cap. capitulu, num. 9. & ſeqq. de reſcript.* Rimin. *iun. conſ. 562. num. 34.* & in puncto *Rot. deciſ. 384. num. 2. & 3.* vbi hoc ampliatur quamuis canonizatio emanauerit cum alijs perſonis *par. 2. rec.*

Atque hinc gratis allegatur quod acquiſitæ fuerint poſt matrimonium, ideoque ſub fideicommiſſo non cadant, dum contrarium inſtante Cumulo fuit alias, vt ſupra, deciſum. Præter quod acquiſitionem huiuſmodi nõ probant teſtes in id adducti, quia ſolum deponunt quod viderunt fideicommittentem per annos Octo ante mortem hæc bona poſſediſſe, vnde nõ excludunt quin, & antea poſſediſſet coarctando præcedentis poſſeſſionis
5 negatiuam, vt oportet Pariſ. *conſ. 162. num. 12. lib. 4. Rot. deciſ. 399. num. 6. deciſ. 419. num. 8. par. 1. recen.* Minuſque vrget inſtrumentũ matrimoniale continenens bona, quæ tunc temporis habebat Ioannes Paulus fideicõmittens, quia ibi enunciatur Tenuta Tauene-
6 tia cum iuribus ſuis, quorum appellatione comprehendebantur etiam hæ clauſuræ eiuſdem tenutæ membra, & pertinentiæ, *ad text. in l. Rutilia Polla 69. & l. in lege 77. ff. contrah. empt. l. 2. §. 1. hæred. vel act. vend.* Bertaz. *de clauſ. clauſ. 26. gloſſ. 3. num. 1. & ſeqq. & gloſ. 8. num. 1. & 3.*

Quo vero ad æs alienum pro quo extingnendo aſſeritur facta alienatio animaduerterunt Domini, quod exceptis duobus cenſibus infra nominandis, reliquum æs alienum ab emptore ſolutum non ſpectabat ad fideicommittentem, ſed ad Angelum hæredem grauatum, & Catherinam eius matrem, ideoq; alienatio non ſubſtinetur Odd. *de fideicomm. quæſt. 33. num. 76.* ſiquidem
7 cenſum ſcut. 1000. extinctum cum Petro Bononia apparet fuiſſe impoſitum à dicta Catherina, & Angelo de anno 1513. eſſeque proinde diuerſum ab eo quem in inſtrumento retroceſſionis factæ de anno 1610. hæredes fideicõmittentis accollauerant in computum ſcut. 8000. quæ fideicommittens debebat Angelo ex cauſa donationis, licet ſit eiuſdem quantitatis ſcut. 1000. & cum eodem Petro Bononia; nam impoſſibile eſt quod tunc ſenſerint de hoc cenſu qui triennio poſt, hoc eſt, de anno 1613. fuit impoſitus *ad tex. in l. bouem 43. §. 1. ſub conditione, ff. ædilit. edict. l. decem 116. ff. verb. obligat. l. cedere diem 213. ff. verb. ſignif.*

Alij pariter cenſus relati in Summ. Cumuli *num. 10.* apparent impoſiti poſt mortem fideicommittentis ab eius hęredibus, & Catherina matre exceptis primũ cenſum ſcut. 250. in ſorte per fideicommittentẽ vendito Iuliano Borg. & cum eo extincto ab emptore horum bonorum mediante ſolutione computatis fructibus in ſumma ſcut. 395. dicto Summ. *num. 9.* ſed hoc non fuit vtile fidei-

tenus replicetur non probari quod ta-
lia boua adeſſent de tempore alienatio-
nis, applicatur reſponſio *Rotę in dicta*
Romana fideicōmiſsi de Zuccharis §. nec
refert, quod aut bona tunc extabant,
& hæ clauſuræ alienari non poterant,
aut priùs fuerant diſtracta, & ea ceſſe-
runt in ſatisfactionem legitimæ, vel
alterius crediti alienantium, ita vt ex
hoc capite alienatio harum clauſularũ
fieri non potuerit, Socc. Surd. Peregr.
et alijs ibi allegati.

Eadem reſponſione euacuatur detra-
ctio dotis maternæ quam vlterius ex-
cludit defectus probationis, quod illa
fuerit fideicommittenti ſoluta cum in
inſtrumento dotali appareat tantum
promiſſa, & ardua lis pendeat in parti-
bus ſuper illius ſolutione qua non pro-
bata, vel niſi per virum ſteterit quo
14 minus dotem exigeret illam mulier
repetere non poteſt, *l. ſi extraneus ibi-*
que Doctores, ff. iur: dot. Bart. *in l. ſi ſo-*
cer, §. Lutius, num. 3. verſic. oppono, ff.
ſolut. matrimon. Rot. deciſ. 124. num. 4.
par. 4. recent.

Tandem non obſtat quod alienatio
ſubſtineatur etiam ex ære alieno ipſius
Angeli hæredis grauati; quippe qui è
conuerſo erat creditor fideicommit-
tentis pro rata ſummæ ſibi donatæ, vt
per Odd. *de fideicomm. quaſt. 33. nu. 46.*
quia informantes pro Cumulo admit-
tunt ipſi per totum annum 1618. & ſic
ante alienationem ſoluta reſidualia
ſcutor. 4125. vt etiam conſtat ex datis
in Summ. Angeli Hieronymi *num. 16.*
Ad deciſionem in ſupracitata *Meleui-*
tana fideicom. miſſi coram R. P. D. meo
Otthobono, in qua dictum fuit ſubſtine-
ri alienationem ex ære alieno fideicō-
mittentis ſatis eſt reſpondere quod ibi
non agebatur de fideicommiſſo hoc
particulari, ſed de vniuerſali, neque
cum Angelo Hieronymo, ſed cum fę-
minis ad particulare non vocatis, quæ-
que tunc nō iuſtificarunt adducta ho-
die ab Angelo Hieronymo.

Et ex his reſultat etiam alia nullitas
alienationis ob non ſeruatam formam
licentiæ vendendi traditæ à Iudice, ibi,
pro extinctione debitorum in quibus bona
prædicta obnoxia reperiretur prohibentes
omnino alienationem dictorum bonorum,
etiam in caſu, vbi à iure permitteretur
16 *extra caſum ſuperiùs permiſſum*; nam
bona hæc, vt ſupra dictum fuit non
erant obnoxia debitis pro quibus fue-
runt alienata, & debuit omnino forma
licentiæ ſeruari, vt in proximis termi-
nis ponderauit. *Rot. deciſ. 131. num. 6.*
par. 7. recent. & in Romana domus 4. Maij
1648. §. detegitur in fin. coram me.

Cum itaque titulus venditionis appa-
reat vndequaquè notoriè nullus, non
ſuffragatur ad retardandam immiſſio-
nem hæredis fideicommiſſarij, Rolan.
conſ. 48. nu. 12. lib. 1. Afflict. *deciſ. 374.*
num. 7. Seraph. *deciſ. 256. num. 1. Reue-*
rendiſſ. Vrgellen. *deciſ. 430. numer. 11.*
cum alijs allegatis in dicta Romana do-
mus, §. quia obiectum. Nec refert quod
venditio ſit facta etiam nomine Ange-
li Hieronymi, cum promiſſione de ra-
to pro illo tunc abſente, quia non con-
ſtat quod ille aliquando ratam habue-
rit venditionem, nec eſt hæres ven-
ditoris.

Et ita deciſum vtraque parte infor-
mante.

Bonouien. fideicommiſſi de Barberijs.

Luna 5. Decembr. 1650.

Coram R. P. D. Corrado.

SVMMARIVM.

1 *Vocatis maſculis, deſcendens à fæmina non cenſetur vocatus.*

2 *Nepotes non comprahenduntur in diſpoſitionibus relatis diſpoſitiuè ad filios.*

3 *Nepotes quando comprahendantur appellatione filiorum.*

4 *Linea finitur in fæmina, & quomodo, & num. 5. vbi ſingulariter.*

6 *Contemplatio cōſeruationis bonorum in*

O *fami-*

familia poteſt deduci ex coniecturis tacitis, quæ adducuntur egregè, & numer.7.

8 *Conſeruatio bonorum in agnatione deducitur ex prohibitione alienationis, & num.9.*

10 *Maſculi deſcendentes ex fœminis non dicuntur de linea maſculina, num.10. 11. & 12. vbi reſpondetur contrarijs, numer. 13.14. & 15.*

16 *Maſculi ex fœminis quando comprahẽduntur ſub vera vocatione maſculorum, & 17.18.19. vbi ſingularia, & 20.*

21 *Voluntas teſtatoris non debet peruerti ſubtili indagatione.*

22 *Agnus ex ſubſtitutione non ſufficit, quod ſit de liberis, ſed neceſſe eſt, quod tempore purificatæ conditionis extet, & numer.23.*

24 *Ius quæſitum alicui ob non exiſtentiam maſculi non poteſt tolli, etiam ſi ille ſuperuenerit, & num.25.*

26 *Dictio,* tunc, *reſtringit diſpoſitionem ad perſonas eo tempore extantes.*

27 *Maioratus, vel primogenituræ naturæ eſt, vt ne momento quidem vacare poteſt.*

28 *Immiſſio non poteſt concedi non probanti ſe comprehenſum ſub fideicommiſſo.*

DECISIO XVII.

IMmiſsionẽ petitam per Co. Mauritium filium Comitiſſæ Valeriæ tanquam vocatum ad fideicommiſſum per q. Nicolaum de Barberijs ordinatum in poſſeſsionem bonorum hæreditatis illius cenſuerunt DD. non eſſe concedendam. Quia non ſolum non probatur, ſed excluditur eius vocatio ex verbis teſtamenti, in quo præfatus Nicolaus inſtitutis primum filijs maſculis legitimis, & naturalibus (ſi quos ſuſciperet) eiſq; ſubſtitutis filijs, nepotibus, ac deſcendentibus maſculis legitimis pariter, & naturalibus ordine ſucceſsiuo, & ſalua gradus prærogatiua, donec illorum linea legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio continuaret. His omnibus non extãtibus, ſeu deficientibus, & ſic finita huiuſmodi eorum linea maſculina vocauit Aemilium ipſius Teſtatoris Conſanguineum, & poſt eum Hieronymũ de Barberijs cum perpetuo fideicommiſſo primogeniali ad fauorem deſcẽdentium ex eis, & Aurelij pariter de Barberijs maſculorum legitimorum, & naturalium, & de legitimo matrimonio in infinitum, donec eorum linea maſculina legitima, & naturalis ex legitimo matrimonio ſupereſſet. Ac deinde diſpoſuit, vt infra.

Finita verò linea legitima, & naturali & nata de legitimo matrimonio dd. MM. DD. Aemilij, Aurelij, & Hieronymi, tunc voluit eius hæreditatem, & bona deuenire & peruenire debere ad primogenitum filiorum D. Iudith filiæ d. M. D. Teſtatoris, & poſt illius mortem ad primogenitum talis filij d. D. Iudith., & ſucceſsiuè de primogenito in primogenitum maſculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio, donec aderit illius lineæ maſculina legitima, & naturalis nata de legitimo matrimonio dicti primogeniti, qua extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium maſculum legitimum, & naturalem, & nato de legitimo matrimonio d. D. Iudith maiorem natu, & illius primogenitum, & ſic ſucceſſiuè ordine prædicto, donec linea maſculina legitima, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. D. Iudith aderit in infinitum. Non extantibus vero aliquibus filijs, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, & natis de legitimo matrimonio d. D. Iudith, vel extantibus, & quandocunque decedentibus ſine ſimilibus filijs maſculis, legitimis, & naturalibus, & natis de legitimo matrimonio, & ſic finita linea maſculina legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio d. D. Iudith, voluit illius bona peruenire ad filium maiorem natu ſecundæ filiæ d. M. D. Teſtatoris, & ſucceſſiuè ad illius filium maiorem natu maſculum legitimũ, naturalem, & natum de legitimo matrimonio, & ſucceſſiuè de primogenito, in primogenitum in infinitum donec linea maſculina legitima, & naturalis, & nata de legitimo matrimonio d. ſecundæ filiæ aderit;

aderit; Et illa extincta bona d. M. D. Teſtatoris perueniant ad filios primogenitos maſculos, legitimos, & naturales, & natos de legitimo matrimonio maiores natu aliarum filiarum d. M. D. Teſtatoris modis, & forma de quibus ſupradictum eſt de deſcendentibus d. D. Iudith. Finita verò tota linea maſculina legitima, & naturali, & nata de legitimo matrimonio omnium eius filiarum, tunc voluit illius bona peruenire ad maiorē filium maſculum legitimum, et naturalem, et natum de legitimo matrimonio M. D. Lucretiæ ſororis d. Domini Teſtatoris, & poſt illius mortem ad primogenitum d. maioris natu d. M. D. Lucretia, & poſt eum de primogenito in primogenitum, & finita linea d. maioris natu dicta Domina Lucretia, ad alium filium maiorem natu dictę Dominæ Lucretia, & illius primogenitum, & ſic ordine præſcripto vocauit, & ſuos hæredes eſſe voluit omnes, & quoſcunq; filios maſculos, & deſcēdentes maſculos legitimos, & naturales, & natos de legitimo matrimonio dicta D. Lucretię; Cum hac tamen conditione, quod omnes filij d. D. Iudith, & aliarum filiarum d. D. Teſtatoris, & D. Lucretia, qui pro tempore erunt hęredes d. D. Teſtatoris vocentur Nicolaus de Barberijs, & arma, et inſignia Domus, et familię d. M. D. Teſtatoris aſſumant, et deferant ſub pœna priuationis hæreditatis d. D. Teſtatoris, tunc applican. alijs vocatis vt ſupra; et illis nō extātibus proximiori d. M. D. Teſtatoris. Finita verò linea dd. DD. de Barberijs, & Dominæ Iudith præſcriptę, et aliarum eius filiarum, et prędicta D. Lucretię voluit eius bona, et hęreditatem peruenire, et deuenire ad proximiorem, ſeu proximiores d. M. D. Teſtatoris, qui vocentur ſub nomine d. D. Teſtatoris, et de illius caſata, et agnatione, et vadant dd eius bona ſemper ad eius proximiorem ſub d. conditione, et in caſu contrauētionis ſub pœna caducitatis à commodo d. hæreditatis tunc applicandę alijs proximioribus d. M. D. Teſtatoris ſub dicta conditione, etc.

Cum autem defuncto Teſtatore nullis ſuperſtitibus deſcendentibus maſculis, ſed vnica filia fœmina Iudith ſucceſſiſſet Aemilius, & poſt eum Hieronymus prædicti de Barberijs, qui pariter obijt nullis ex ipſo, neque ex præmortuis Aemilio, ac Aurelio Conſanguineis, nec ex d. Iudith eiuſdem Teſtatoris filia extantibus deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus; Hæreditas delata fuit ad Gandulphum illius ex Lucretia ſorore Nepotē vocatum finita linea maſculina legitima, & naturali omnium eius filiarum in ſupra relato §. *finita vero tota linea*, &c. qui illam acceptauit, & aſſecutus fuit ſuſcepto nomine perſonæ, ac agnomine familiæ Teſtatoris iuxta formam teſtamenti, vt apparet ex publico Inſtrumento die 27. Aprilis 1626. celebrato in proceſſu de partibus fol. 343. & ſeqq. Contra quem cęptum fuit anno 1647. ac poſt eius obitum proſecutum contra Nicolaum eius filium præſens immiſſionis Iudiciū pro parte d. Com. Mauritij Nepotis d. Iudith ex D. Comitiſſa Valeria filia anno 1641. die 14. Martij progeniti, in cuius duabus præcedentibus inſtantijs, ac in hodierna diſputatione ſuccubuit.

Siquidem certum eſt, quod finitis lineis maſculinis legitimis, & naturalibus dict. Aemilij, Hieronymi, & Aurelij de Barberijs, voluit Teſtator eius hæreditatem peruenire ad primogenitum filiorum d. Iudith. eius filiæ, ac poſt illius mortem ad primogenitum talis filij, & ſucceſſiuè de primogenito in primogenitum maſculum legitimū, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio in infinitum, donec ſupererit linea maſculina d. Iudith legitima, & naturalis nata de legitimo matrimonio, vt patet ex pręmiſſis teſta-
1 menti verbis. Ipſe verò Com. Mauritius nec filius eſt, nec deſcendens ex filijs maſculis Iudith à Teſtatore vocatis, ſed à Comit. Valeria fœmina. Ideò dici nō poteſt de linea maſculina Auię, neque in fideicommiſſo cōprehenſus, *iux. text. l. Pronunciatio in fin. verſ. mulier autē etc. et l. familia §. fœminarum, ff. de verb. ſignif. gloſſ. in l.* Gallus, §. *nunc de lege in verb. tam etſi etc. verſ. Et tunc*

Digitized by Google

etiam, ff. de liber. et poſth. Iaſ. *conſ.* 115. *num.* 3. *verſ. nam deſcendentes, etc. cum ſeqq. lib.* 4. Decian. *conſ.* 7. *ſub. numer.* 30. *verſ. quia reſpondetur primo, etc. et ſeqq. lib.* 1. *et conſ.* 127. *ſub numer.* 11. *verſ ſed vt dixi etc. cum ſeq. lib.* 3. Cephal. *conſ.* 664. *num.* 24. *verſ. fateor etc.* Peregr. *de fideicomm. art.* 26. *ſub num.* 29. *in fin. verſ. certum eſt autem, etc. et ſub num.* 30. *verſ. quia cum deſcendentes ab illo, etc.* Rota penès Veral. *deciſ.* 18. *num.* 4. *verſ. quoad ſecundam partem, etc par.* 2. *et in recent. deciſ.* 417. *ſub num.* 4. *verſ. quia fuit reſponſum, etc. par.* 1. *et deciſ.* 33. *ſub num.* 3. *verſ. Et huic ſententia, etc. cum ſeqq. par.* 7. *cum alijs relatis per modern.* Roman. *diſcept.* 901. *num.* 22. *verſ. Nam quidquid etc. cum ſeq. et* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 346. *ſub num.* 31. *verſ. Sed tamen, etc. cum ſeq. numer.* 36. *verſ. quinimo, etc. cum ſeq.*

Quare inani labore torquentur Informantes in ea quęſtione. An in huiuſmodi fideicommiſſis, ac diſpoſitionibus hominum ad filios diſpoſitiuè relatis comprehendãtur nepotes, & in cumulandis, ac refellendis hinc inde coniecturis, quam benè explicat Mant. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 8. Menoch. *præſumpt.* 94. *lib.* 4. Peregr. *conſ.* 67. *lib.* 2. *Rot. penès Cardin. Seraph. deciſ.* 486. *et in recent. deciſ.* 507. *et deciſ.* 667. *par.* 2. *ac* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 319. *q.* 320. *et quæſt.* 321. *cum ſeq.* Nam ſubſtitutio quidem comprehendit non ſolum filios Iudith, verum etiam nepotes, ac cæteros deſcendentes ex eis ſucceſſiuè in infinitum, ita quod pręmortuis exiſtẽtibus in primo, vel alio reſpectiuè pręcedenti gradu vocatis ſequentes ſuperſtites tempore purificatæ ſubſtitutionis per extinctionem lineæ maſculinæ pręditorum Aemilij, Hieronymi, & Aurelij de Barberijs ſuccedere debeant ſeruato primogeniturę ordine; Sed ſolos maſculos, ac eorum deſcendentes maſculos, vt apparet in ſupra relato, §. *finita vero linea legitima, et naturalis, et nata de legitimo matrimonio dd. Aemilij, Aurelij, et Hieronymi, etc.* vbi leguntur vocati primogeniti, ac ſubinde alij filij Iudith ſecundum ordinem primogenituræ, eorumquæ reſpectiuè deſcendentes ſucceſſiuè de primogenito: in primogenitum maſculum in infinitum donec ſuperſit linea maſculina legitima, & naturalis eiuſdem Iudith. Ac proinde ſuffragari non poteſt Com. Mauritio, qui licet ſit maſculus, non tamen deſcendit à maſculo, ſed à filia fœmina ipſius Iudith, nec eſt de linea illius maſculina. Nam quando filij vocantur non ſimpliciter, ſed reſpectu alterius qualitatis illis inhærentis, quæ nõ verificatur in Nepotibus, tunc certum eſt, quod appellatione filiorum iſti non comprehenduntur, in quibus illa qualitas non verificatur, *iux. theor.* Barth. *in l. liberorum, ſub num.* 6. *ad fin. verſ.*
3 *ſi vero diſponeret, &c. ff. de verb. ſignif.* Caſtr. *conſ.* 170 *Nouiter reuocatur in dubium ſub num.* 4. *verſ. Interdum vocantur aliqui, &c. lib.* 2. Dec. *conſ.* 353. *ſub numer.* 5. *verſ. Et quando qualitas, &c.* & benè reſpondit Soc. *iun. conſ.* 69. *ſub nu.* 28. *uerſ. Non obſtat ergo primum, etc. & num.* 30. *uerſ. Nec Hercules, etc. lib.* 3. *et poſt* Gozadin. *in conſ* 87. *ſub. numer.* 15. *uerſ. Præterea dico, etc. concludit* Menoch. *conſ.* 205. *ſub num.* 29. *uerſ. Tertiò comprobatur etc.* dicens, quod ille, qui ad huiuſmodi ſucceſſionem admitti, vel alios excludere intendit tãquam de linea maſculina duas copulatiuè pręſeferre debet qualitates. Alteram ſcilicet, quod ſit ex ipſa linea deſcendens ex maſculis. Alteram verò quod ſit maſculus, quarum vna deficiente non dicitur eſſe talis, ac obtinere nõ poteſt. *Et conſ.* 413. *ſub num.* 1. *uerſ. pręmitto itaque primo, etc. et conſ.* 957. *ſub numer.* 17. *uerſ. cum ergo, etc. cum ſeqq* atque alijs relatis probat Peregr. *de fideicom. art.* 26. *ſub num.* 29. *uerſic. Circa uerò ſecundum caſum, etc. Rot. deciſ.* 203. *ſub n.* 5. *uerſic. Cum ad hoc quod quis includatur etc. par.* 2. *recent.*

Nec ſubſiſtit quod nepotes, ac deſcẽdentes maſculi etiam ex fœminis dici poſſint de linea maſculina eorum ſtipitis in his præſertim diſpoſitionibus, quæ ad agnationis conſeruationẽ ordinatæ

non

non ſunt, qualis prætenditur hæc, dum
poſt extinctas Filiorum, ac Conſangui-
neorum Teſtatoris lineas, deſcenden-
tes ex fœminis vocati fuerunt.

Primò quia concluſio non eſt vera;
Nam linea maſculina inchoatur à maſ-
culis, & continuat in maſculos, cum
autem peruenerit ad feminam, ſtatim
finitur, ſiuè deflectit, atque corrumpi-
tur emittens eam extra ſe, vndè alia
noua formatur, ac producitur, quæ fœ-
mina appellatur, & ex ea deſcendentes
etiam ſi maſculi dicuntur de linea fœ-
4 minina Aui, vel Auię, ſiue alterius
Aſcendentis materni, non autem de
maſculina (vt dictum eſt) & reſpondit
I. C. in d. l. Pronuncintio in fin. ibi, *mu-*
lier autem familiæ ſuæ, et caput, et finis
eſt, etc. in l. ſeq. ibi, *fœminarum liberos*
in familia earum non eſſe palam eſt, quia
qui naſcuntur patris, non matris famili-
am ſequuntur, etc. & vtrobiq; explicat
gloſſ. et DD. ff. de uerb. ſignif. Caſtr. *in l.*
maritus ſub num. 5. uerſ. Sed uerum eſt
etc. C: de Procurat. Burſat. *conſ.* 228. *n.*
26. *uerſ. Linea namque*, Cęphal. *conſ.*
413. *ſub num. 17. uerſ. Quartò ego con-*
ſidero etc. & reiecto Bero. qui aliud sẽ-
ſit poſſe attentari *in conſil. 77. ſub. num.*
13. *uerſ. Quinimo attentari poteſt, etc. et*
ſeqq. lib. 2. explicat rectè Menoch *d.*
conſ. 205. ſub num. 18. uerſ. Secundo ac-
cedit etc. cum ſeqq. et ſub num. 38. uerſ.
Non inquam bona eſt conſequentia, etc. et
uerſic. Eſt tamen falſum etc. Peregr. *de*
fideicomm. art. 26. ſub d. num 29. ad fin.
uerſic. Reperi præterea, etc. et ſeq. cũ alijs
relatis *per moderu.* Romã *d. diſcept. 901.*
à num. 22. uerſ. Nam quidquid, etc. et ſeq.

Nec etiam eſt applicabilis propoſito
caſui in quo inter Iudith Teſtatoris fi-
liam, cuius lineam maſculinam voca-
uit Teſtator, & Com. Mauritium eius
Nepotem nullus interceſſit maſculus,
à quo inchoari, ac determinari potue-
rit, ſed ſola Valeria, ex qua ille ortus
eſt, prout contigerat in caſu, in quo
5 reſpondit Bero. *dicto conſ. 77. lib. 2.* vbi
Nicolaus de cuius linea maſculina age-
batur Antonellum filiũ ſuſceperat, ex
quo Iſabella, & ex ea Ercules eius pro-
nepos fuerant progeniti, vt legitur in
ipſa facti ſerie ibi relata, vndè Bero. ar-
gumentatur *ſub d. num. 13. uerſ. quini-*
mò attentari poteſt, etc. cum ſeqq.

Secundò quia ſubiecta Teſtatoris diſ-
poſitio præcipua agnationis cõtempla-
tione fuit ordinata, eamque ſummam
habet conſeruationis illius rationem,
6 nedùm tacitam, ſed expreſſam. Taci-
ta quidem manifeſtè reſultat. Primò
ex ipſa maioratus, ac primogenituræ
inſtitutione, quæ hoc præſertim intuitu
fieri ſolet Molin. *de primogen. lib 3. cap.*
5. ſub. num. 19. uerſ. His autem non ob-
ſtantibus &c. & in ſpec. reſpõdit Bur-
ſatt. *d. conſ. 228. ſub. num 47. uerſ. pri-*
mo quia, etc. & ſeq. Decian. *conſ. 31. ſub*
num. 90. uerſ. Secundo ad probandum &c.
lib. 1. Cęphal. *conſ. 251. num. 48. uerſ.*
Octauo moueor, etc. Menoch. *d conſ 205.*
num. 14. uerſ. Et rurſus, etc. Gabr. *conſ.*
107. *ſub num. 3. uerſ. Tamen dubium fa-*
cit etc. lib. 2. Mantic. *de coniect. lib. 6.*
tit. 15. ſub num. 15. uerſ. Item ſi teſtator
conſtituit primogenituram, etc. cum alijs
relatis per Fuſar. *de ſubſtit. queſt. 499.*
ſub num. 12. uerſ. Quartus caſus eſt, etc.
et conſ. 14. ſub numer. 17. uerſ. Secundo
quia etc. Secundo ex longa ſubſtitutio-
num diuerſarum perſonarum, graduũ,
7 & ordinem ſerie in infinitũ protracta,
Surd. *conſ. 241. numer. 13 uerſ. Tertio*
etc. Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 15. ſub*
numer. 6. uerſic. Tertiò aduerte, etc. cum
ſeq. et Rot. penès Card. Seraph. deciſ.
1329. numer. 10. uerſ. Septima conie-
ctura eſt, etc. et ſanct. memor. Greg. deciſ.
464. num. 18. uerſ. Sicut e contra, etc. ac
Peregr. *de fideicomm. art 25. ſub nu. 25.*
verſ. Secundum, &c. Tertiò ex propria-
rum filiarum excluſione, ac maſculorũ
ſubſtitutione, Decian. *d. conſ. 127. nu.*
10. verſ. Nam quando teſtator, &c. et ſeq.
lib. 3. Surd. *conſ. 96. ſub. num. 31. verſic.*
Accedat, &c. & Rot. deciſ. 374. ſub nu. 5.
verſic. Secunda quia, &c. par. 1. diuerſ.
Quartò ex multiplici, ac repetita ſæpè
ſæpiùs, ac ſemper in toto inſtitutionis,
ac ſubſtitutionum prædictarum con-
textu, tam in partibus diſpoſitiuis, quàm
in conditionalibus qualitate maſculi-
nitatis,

Digitized by Google

nitatis, quæ tam accurato ſtudio in ſingulis caſibus expreſſa non ſimplicem, vel primariam ſexus prædilectionem, ſed magis cauſatiuam conſeruationis agnationis principaliter contemplatæ præſefert, Caſtr. in conſ. 421. mater iſta, &c. lib. 1. Crauet. conſ. 113. num. 2. verſ. prima, et efficax coniectura eſt, etc. Aldobrand. conſ. 6. num. 47. verſ. fauor ergo agnationis, etc. lib. 1. Cephal. d. conſ. 251. num. 49. verſ. item quia teſtator, etc. Menoch. d. conſ. 205. num. 13. verſ. Hac ipſa mens, etc. et conſil. 775. ſub num. 20. verſic. nam certum eſt, etc. cum ſeq. & latè Gabr. d. conſil. 116. ſub num. 12. verſ. 116. ſub num. 12. verſic. Quod vero habita fuit ratio agnationis, etc. et ſeq. lib. 2. vbi cęteras etiam prællegatas coniecturas comprobat Surd. dicto conſil. 96. ſub num. 29. verſic. Secundo quia, ect. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 5. ſub num. 25. verſic. Secunda concluſio ſit, etc. et ſub dict. numer. 29. verſ. His autem non obſtantibus, etc. Rota penès ſan. memor. Gregor. d. deciſ. 464. num. 16. erſ. ſicuti è contra, etc. et deciſ. 514. ſub nu. 8. verſic. in caſu autem iſto, etc. cum alijs relatis per Fuſar. d. queſt. 499. ſub numer. 15. verſ. ſeptimus eſt caſus, etc. Quintò ex onere ſpecialiter iniuncto filijs, ac deſcendentibus maſculis Iudith, aliarumque filiarum, ac Lucretiæ ſororis Teſtatoris aſſumendi ipſius, familiæque, ac domus inſignia, & nomen, quod eamdem comprobat (præſertim concurrentibus alijs) voluntatem, ac intentionem diſponentis conſeruandi hoc etiam medio perſonæ ac agnationis propriæ memoriam, Decian. d. conſ. 7. ſub num. 18. verſ. Accedat quod iſta ratio, etc. et num. 33. verſ. ſecundo reſpondetur, etc. cum pluribus ſeqq. et conſ. 31. numer. 95. verſ. Iſta enim conditio, etc. dicens hanc eſſe vnica huiuſmodi præcepti rationem, Cephal. conſ. 196. nu. 12. verſic. ſi enim voluit, etc. cum ſeq. et d. conſ. 251. num. 50. verſ. item ex eo, ete. Menoch. conſ. 117. ſub num. 21. verſ. Et quia ſciebat, etc. cum ſeqq. et dict. conſ. 205. ſub num. 14. verſ. Et tandem, etc. Surd. d. conſ. 375. ſub num. 19. verſ. Quandoquidem, etc. Theſaur. deciſ. 20. ſub nu. 10. verſ. Et quod teſtator hanc conditionem apponens, etc. Mant. de coniectur. lib. 6. d. tit. 15. ſub num. 15. verſic. Item ex eo, etc. Ioſeph. de Ruſtic. in eius tract. An et quand. liber. in cond. poſit. lib. 2. cap. 6. num. 68. verſ. nam ius vtendi inſignibus gentilitijs alicuius, etc. Rot. penes Cardin. Seraph. deciſ. 1329. num. 3. uerſ. ſecunda coniectura, etc. et deciſ. 1486. num. 5. uerſ. Et hęc coniectura, etc. et in recent. deciſ. 319. num. 4. uerſ. Et quod onus, &c. part. 1. vbi reſpondetur obiectam Molinę traditionem procedere de conſuetudine Hiſpaniarum (de qua ille loquitur) non autem Italię, cum alijs cumulatis per Fuſar. de ſubſtit. d. queſt. 499. ſub num. 14. uerſ. declaratur hic caſu, etc. et conſ. 175. num. 8 uerſ. primò quia teſtatori, etc. et ſeqq. Sexto ex poſtremo, & ſucceſſiua proximiorum ſubſtitutione realibus verbis concepta cum eodem repetito præcepto aſſumēdi nomen perſonę, atque agnomen Caſatæ, ac agnationis Teſtatoris, vt legitur in d. §. finita verò linea dd. DD. de Barberijs, & d Iudith, &c. ibi, Et uadāt dicta eius bona ſemper ad eius proximiorum ſub d. conditione, etc. Cephal. d. conſ. 251. num. 52. uerſ. item, et quia nouiſſimo loco, etc. Surd. conſ. 96. ſub nu. 29. uerſ. primò quia, etc. Pereg. de fideicom. d. art. 25. ſub nu. 47. uerſ. ſed ultra hoc adeo ego, etc. & alij relati per Fuſar. conſ. 14. ſub nu. 16. uerſ. quod autem agnationis ratio, etc. Septimò ex adiecta prohibitione cuiuſuis detractionis, ac etiam alienationis bonorum immobilium (præter excepta) quæ legitur in dicto teſtamento pag. 5. in fin. cum ſeq. in §. item voluit, & declarauit, &c. in verſ. prohibens, & expreſſe vetans, &c. & in verſ. prohibens etiam, &c. Cephal. d. conſ. 251. ſub d. num. 53. uerſ. Et prohibuit alienationem, etc. cum ſeq. Mantic. de coniect. lib. 6. d. tit. 15. nu. 13. uerſ. Illud uero non recipit dubitationem, etc. et alij.

Expreſſa verò agnationis ratio ibdiē
8 legitur pag. 6. in illis verbis; Quoniam uoluit

uoluit illa (bona ſcilicet immobilia) *perpetuo remanere in eius agnatione, et ad heredes prędictos, ut ſupra inſtitutos, et ſubſtitutos deuenire ſine deminutione aliqua modis, et forma ſupra expreſſis, etc.*

Quæ ſanè licet prohibitioni alienationis adiecta declarant efficaciter, atque demonſtrant Teſtatoris mentem ac voluntatem, *l. filius familia, §. Diui*
9 *il 2. verſ. ſi liberis, ff. de leg. 2.* Gabr. *conſ. 132. ſub num. 40. verſ. prima quia, &c. lib. 1. & conſ. 116. nu. 17. verſ. ſed etiam ex eo, &c. & num. 40. verſ. ſiquidem, etc. cum ſeq. lib. 2.* Surd. *conſ. 67. nu. 13. verſic. Et prædicta procedunt, etc. & conſ. 96. ſub num. 48. uerſ. Confirmatur autem hac opinio, &c. & ſeq.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 5. ſub nu. 50. verſ. Primo quando ratio conſeruanda agnationis, &c.* Rota *deciſ. 489. in princ. verſ. Viſum enim fuit Dominis, &c. part. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 203. ſub num. 3. verſ. ſupradicta, &c. part. 2. &* Fuſar. *conſ. 175. num. 16. verſ. Et quamuis, &c. & conſ. 192. num. 32. verſ. Quod autem, &c.*

Quando autem ex diſpoſitis in teſtamento colligi poteſt agnationis cõſeruationem à Teſtatore contemplatam, eamque rationem ab illo habitam fuiſſe, certius eſt, quod deſcendentes maſculi ex fœminis non cẽſentur de linea maſculina, ſed illi tantum, quia à ma-
10 ſculis per maſculum deſcendunt, Gabr. *d. conſ. 116. ſub num. 1. verſ. Tamen quicquid, &c. ac ſeq. per tot. lib. 2.* Laderch. *conſ. 153. col. fin. uerſ. Tertio non habet locum, &c.* Molin. *de primogen. lib. 3. dicto cap. 5. ſub num. 45. uerſ. ſexta concluſio, &c. cum ſeq. & numer. 58. uerſ. Hęc autem ſecunda opinio, etc.* Peregr. *de fideicom. dict. art. 26. ſub num. 29. in fin. uerſ. Et hanc cum ex diſpoſitis cogitatum conſtaret de conſeruandis bonis in agnatione, &c. et alijs paſſim.*

Hincque prorſus eliditur obiectio, Quod familiæ, agnationiſue contemplatio congruè referri nõ poſſit ad deſcendentes ex fęminis, qui patris, non autem matris familiam, & agnationem ſequuntur, atque conſeruant *d. l. familia, ff. de uerb. ſing. ut ſup. dict eſt.*

Quia non procedit quando conſtat Teſtatorem ſenſiſſe, atque voluiſſe
11 agnationis ſuæ memoriam conſeruari primum in proprijs filijs, ac deſcendentibus, & conſanguineis maſculis, & poſt eos eamdem propagari in deſcendentibus etiam ex fęminis, vel alijs extraneis, vt in hoc caſu, non ex ſolis
12 coniecturis, ſed ex verbis expreſſis prędictis apparet, ita benè reſpondit, & declarat Molin. *de primogen. d. lib. 3. cap. 5. ſub d. num. 50. uerſ. Primo quando ratio conſeruãda agnationis à teſtatore expreſſa fuit, etc.* Tunc enim eadem ratio efficaciter viget, & conſideratur etiam in illis, per quos licet non naturaliter, nec phyſicè ſaltem ciuili quodam, ac morali, ſiue artificiali modo per teſtatorem inducto, & approbato mediante ſcilicet aſſumptione agnominis, ac inſignium, & armorum familiæ prout fieri poteſt conſeruatur vt benè probat Rip. *in l. centurio ſub n. 164. ad fin. uerſ. Qua ratione reſpõdebã, etc. cum ſeq. ff. de uulg. et pupill.* Pariſ. *conſ. 19. ſub num. 36. uerſ. Et ſciens, etc. cum ſeq. lib. 2.* Socc. *iun. conſ. 69. ſub numer. 20. uerſ. Et pro reſolutione, etc et uerſ. Ex his enim manifeſtè apparet, etc. lib. 3.* Grat. *conſ. 5. ſub num. 86. uerſ. Nec obſtat, etc. lib. 2.* Rimin. *iun. conſ. 23. ſub num. 86. uerſ. Tanto magis, etc. cum ſeq.* Cephal. *dicto conſ. 251. numer. 5. uerſ. Item ex eo, etc. cum ſeq.* Menoch. *dicto conſ. 117. ſub num. 21. uerſ. Et quia ſciebat, etc.* Theſaur. *deciſ. . . ſub num. 11. uerſ. Et hoc caſu, etc.* Mart. *de ſucceſſ. legal. par. 1. quæſt. 1. art. 2. ſub num. 5. uerſ. Conſtare autem poſſet, etc.* ac in terminis caſus noſtri idem ſenſit in obiecto *conſ. 61. ſub num. 5. uerſ.* Cephal. *in conſ. 251. etc.* & reſpondit *Rot. penes Card.* Seraph. *d. deciſ. 1329. num. 3. uerſ. Secunda coniectura, etc. et. in recen. d. deciſ. 319. num. 3. uerſ. Non obſtat, etc. et ſeq. par. 1.* & probat alijs relatis Fuſar *de ſubſt. d. quæſt. 499. ſub num. 13. uerſ. Sextus caſus eſt, etc. cum ſeq.*

Tertio quia licet ceſſaret agnationis ratio,

Digitized by Google

ratio, non tamen admitti poſſet Com. Mauritius nepos Iudith. ex filia fœmina, cum Teſtator expreſsè vocauerit primogenitum, & alios eius filios maſculos, & deſcendentes ex maſculis ſucceſſiuè ſecundum ordinem primogenituræ de primogenito in primo-
13 genitum maſculum legitimum, & naturalem, & natum ex legitimo matrimonio, vt legitur, in *d.§. finita verò linea dd. Aemilij, etc.* quo caſu deſcendentes maſculi ex fœminis non ſuccedunt, ſed cenſentur excluſi, adeout ceſſet hoc caſu præſumptio, *l. cum auus, ff. de cond. & demon. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.* vt declarat Bart. *in ead. l. cum auus ſub num. 4. verſ. Quaro dicit teſtator, etc. & ex alijs* Gabr. *d. conſ. 161 num. 5. verſ. Si quidem, cum ſeqq. et num. 18. verſ. Nam vt diximus, etc. et ſeqq. per tot. lib. 2.* Decian. *d. conſ. 127. ſub. nu. 20. verſ. Non obſtat ergo primum, & c. lib. 3.* Molin. *de primogen. lib. 3. d. cap. 5. ſub num. 30. verſ. Tertia concluſio ſit, etc. et ſub num. 37. verſ. Sed quamuis, etc. cum ſeqq.* Menoch. *conſ. 1229. num. 21. verſ. Quinto fortius ſuffragatur, etc. et ſeq.* Mantic *de coniect. lib. 8. tit. 18. num. 49. verſ. Sed in caſu noſtro, etc. et infr. verſ. In propoſito autem, etc.* vbi benè reſpondet adductę conſiderationi maioris dilectionis, & abſurdi ob excluſionem deſcendentis proximioris, *et lib. 10. tit. 8. ſub num. 10. verſ. Septimo hac conditio, etc.* Peregr. *de fideicom. art. 26. num. 11. verſ. Voluntas autem teſtatoris euidens demonſtraretur, etc. et d. art. 26. ſub nu. 18. verſ. Item cum aliqua probabilis ratio, etc. et num. 20. verſ. illud autem planum eſt, etc. et ſub num. 29. in fin. verſ. Certum eſt autem, etc.* & alijs relatis probat Fuſar. *de ſubſtit. dict. quaſt. 346. ſub num. 31. verſ. Sed tamen exiſtimo, etc. cum ſeqq. et queſt. 404. num. 10. verſ. Secundo, etc. et num. 24. verſ. Niſi mentio facta eſſet de maſculis, etc.*

Neque prædictis repugnat diſtinctio lineæ Iudith, & eius primogeniti, quã facit Teſtator in d. §. *finita linea, etc. dd. Aemilij, etc.*

Quia nihilominus vtramque maſculinam tantùm, & maſculos vtriuſque effectores ac deſcendentes ex eis maſcu-
14 los pariformiter vocauit, vt de linea primogeniti legitur ibi, *Voluit eius hareditatem, et bona peruenire debere ad primogenitum filiorum D. Iudith, et poſt illius mortem ad primogenitum talis filij dicta Domina Iudith, et ſucceſſiuè de primogenito in primogenitum maſculum, donec aderit illius linea maſculina d. primogeniti, etc.* Et de linea Iudith legitur ibi, *qua extincta voluit eius bona peruenire ad alium filium maſculum legitimũ, et naturalem, etc. d. Iudith. maiorem natu, etc. et illius primogenitum, et ſic ſucceſſiuè ordine pradicto donec linea maſculina, et naturalis, et nata de legitimo matrimonio d. Iudith aderit in infinitum, etc.* Voluit enim Teſtator ſucceſſionis ordinem in prima parte relatum ad filium primogenitum Iudith, ac eius lineam maſculinam extendere, atque ampliare, in hac poſteriori ad alios quoque illius filios, ſed eiuſdẽ ſpeciei, non autem diuerſæ, maſculos ſcilicet, & deſcendentes ex eis, vt patet ex cla-
15 ra verborum lectura, quæ nullam admittit voluntatis quæſitionem *l. ille, aut illi, §. cum in verbis, et l. non aliter in princ. ff. de leg. 3.* Burſatt. *d. conſ. 228. num. 27. verſ. primo, etc. cum ſeq.* Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 18 ſub num. 49. verſ. Idque certo certius eſt, etc. Rot. deciſ. 949. ſub numer. 1. verſ. Et ſic cum in uerbis, etc. penè Buratt.*

Minus releuat ponderatio verborũ, §. ſeq. pag. 3. ibi, *Non extantibus uerò aliquibus filijs, et deſcendentibus maſculis legitimis, et naturalibus d.* Iudith, *uel extantibus, et quandocumque deſcedentibus ſine ſimilibus filijs maſculis, etc. et ſic finita linea maſculina legitima, et naturali, etc. d. Iudith. Voluit illius bona peruenire ad filium maiorem natu ſecunda filia Teſtatoris, et ſucceſſiuè de primogenito in primogenitum in infinitum donec linea maſculina legitima, et naturalis aderit, etc. Eaque extincta ad alios filios primogenitos maſculos legitimos, et naturales aliorum filiorum d. Teſtatoris modis, et forma, de quibus ſupra dictum*

dictum eſt de deſcendentibus d. Iudith, &c.

Nam licet appellatione deſcendentiũ
maſculorum regulariter comprehendantur
deſcendentes ex fęminis, qui
eamdem maſculinitatis qualitatẽ ęquè
præſeferunt, ac deſcendentes ex maſculis,
quando tamen materia ipſa ſubiecta,
vel agnationis ratio, vel expreſſa
Teſtatoris voluntas aliud non ſuadent
(prout non ſolum ſuadent, ſed
conuincunt in hoc caſu) vt ſcribit Caſtr.
in l.1. ſub num.3. C. de cond.inſert. Alb.
*conſ.86. ſub num.4. verſ.tamen veriores
eſt &c.* Decian. *d.conſ.7. ſub nu.46.verſ.
Quia reſpondeo, &c. cum ſeq.lib.1. & dicto
conſ. 127. ſub num.20. verſ. Non obſtat
ergo primum, &c. lib.3.* Burſatt. *dicto
conſ.228. ſub num.14. verſ. Tertium
non obſtat, &c. & ſeq.* & explicat Gabr.
*d.conſ.116. ſub num.1. verſ Tamen quidquid,
&c. cum ſeq.lib.2.* Peregr. *de fideicom.
d.art.26. ſub num.18.verſ.item cum
aliqua probabilis ratio, &c. & ſub num.
30. verſ. quamobrem ex mente diſponentis,
&c. Rot. deciſ.15. ſub numer.2. verſ.
niſi aliud ſuadeat, &c. & deciſ. 150. ſub
num.8. verſ. quarto non obſtat cum ſeq.
par.2. diuer.*

Aduertendum eſt tamen, quod Teſtator
in hoc Capitulo nihil noui diſpoſuit
de filijs, ac deſcendentibus Iudith,
quos ſupra immediatè vocauerat
17 expreſſè, ſed in caſu illorum non exiſtentiæ,
vel deficientiæ ſubſtituit primogenitos
aliarum filiarum. Ideoque
verba illa enunciatiua, ſeu conditiónalia,
*Non extantibus vero aliquibus
filijs, & deſcendentibus maſculis, &c.*
intelligi debent de eiſdem filijs, ac deſcendentibus
maſculis Iudith, & ex
maſculis prouenientibus ſupra immediatè
vocatis, vt probat Socc. *inn. d.
conſ.69. ſub num. 30. verſ. Quod etiam
euidenter oſtenditur, &c. cum ſeq. lib.3.*
Paril. *conſ. 18. ſub num.21. verſ.Et quod
dd. verba, &c. cum ſeqq. lib.2. & conſ.
72. ſub numer. 34. verſ. Eo etiam, etc.
lib.4.* Burſatt. *d. conſ. 228. ſub num.59.
verſ. Ratio cum ſeqq.* Decian. *d. conſ.7.
ſub.num.48. verſ. Tertio, &c. ac ſeq. &
ſub num.74. verſ. Quinto conſidero, &c.
cum ſeqq. lib.1.* Gabr. *d. conſ. 116. ſub
num.26. verſ.Secunda coniectura eſt, etc.
& ſeqq. lib.2.* Surd. *conſ.21. nu.10. verſ.
Tamen ſecus eſt, &c. & conſil. 564. ſub
num.3. verſ. Et vbi hæc ſententia, &c.*
Molin. *de primog. lib.3. cap.5. ſub num.
50. verſ. Poſſet tamen prædicta opinio,
&c.* Peregr. *de fideic.art.25. ſub num.3.
verſ. Attamen magis communiter, &c.
cum ſeqq.* & comprobatur ex *deciſ.33.
ſub num.5. verſ. Quod autem, &c. cum
ſeqq. par.7. recent.*

Quod etiam clarè demonſtrant alia
verba immediatè ſequentia, *Et ſic finita
linea maſculina legitima, & naturali
d. Iudith. &c.* quæ declarant, & ex-
18 ponunt præcedentia ad terminos capituli
immediate antecedentis, in quo
linea maſculina legitima, & naturalis,
ex filijs maſculis ipſius Iudith proueniens
vocata fuerat, Ruin. *conſ.102.
ſub num.11. verſ. Ideo ex proximè præcedentibus,
etc. cum ſeq. et conſ.184.
num.6. verſ. Quia illa dictio, etc. lib.2.*
& comprobat *idem* Socc. *iun. d. conſ.69.
ſub num.31. verſ. Et licet fortaſſe, etc. cum
ſeq. et numer. 31. verſic. Et ita important
illa verba, etc. lib.3.* Decian. *d. conſil.7.
num.62. verſ. Quarto ponderat, etc. lib.
1.* Peregr. *conſil.47. ſub num. 17. verſ.
Quod autem particula hac, etc. lib.1. et
Rot. deciſ.568. nu.4. verſ. Item quod erat
concepta verbis illatiuis, etc. par.1. diuerſ.*
& alij relati per Fuſar. *conſ.39. ſub
num.41. verſ. Item probatur, etc.* Et alia
ſubſequentia in fine eiuſdem capituli,
ibi, *modis, et forma de quibus ſupra
dictum eſt de deſcendentibus d. Iudith,
etc.* quæ totam illam periodum concludunt
iuxta terminos antecedentis
vocationis ad quam expreſſam habent
relationem, *iuxt. text. in l. qui liberis,
§. hac verba, ff. de vlgar.* & in ſpecie
alijs relatis conſiderant Burſat. *d. conſ.
228. ſub nu. 21. verſic. in ſubſtitutione
vero, etc. cum ſeqq. et ſub num.
56. verſic. Sexto vocando lineam, etc.
cum ſeqq.* Rimin. *iun. conſil. 313. numer.72.
verſ. Pondero dictionem illam,
etc. et num.86. verſ. Nam illa dicto, etc.*

Molin. de primogen. lib. 3. dict. cap. 5. ſub num. 65. verſ. Sexto, &c. & alij adducti per Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 403. num. 39. verſic. Declaratur vigeſimo quarto, &c. & ad conſ. 39. ſub num. 41. verſ. Idem colligitur, &c. cum ſeqq.*

Non etiam obſtant verba in principio capituli ſubſequentis, in quo vocati fuerunt primogeniti dictæ Lucretiæ Teſtatoris ſororis, ac deſcendentes
19 ex eis maſculi legitimi, & naturales d. pag. 3. ibi, *Finita vero tota linea maſculina legitima, & naturali omnium eius filiarum, &c. tunc voluit eius bona peruenire ad maiorem filium maſculum legitimum, & naturalem, & natum de legitimo matrimonio D. Lucretię ſororis d. Teſtatoris, &c.*

Quia hæc quoque ſolùm referunt, atque enunciant lineas maſculinas filiarum ſupra vocatas, ac illas determinant, non autem extendunt ad alias, diuerſaſque perſonas deſcendentium ex fœminis ſub illis præcedentibus non comprehenſas, vt dictum eſt. Itaque ex inſtanti mortis Iudith nullis ſuperſtitibus maſculis, ſed ſola Com Valeria filia fœmina, defecit prorſus linea illius maſculina, vt benè declarat Socc. *in dicto conſil. 69. ſub num. 29. uerſ. Plus etiam dico, &c. cum ſeq. & ſub numer. 32. in fin. uerſ. Teſtator enim, &c. lib. 3.* Bero. *conſ. 113. ſub num. 8. uerſ. Et hoc etiam apertè demonſtratur, &c. lib. 2.* Burſat. *d. conſ. 228. ſub numer. 27. uerſ. Primo, etc. cum ſeqq.* Menoch. *d. conſ. 205. ſub n. 35. uerſ. Cum linea maſculina, &c. Rot. deciſ. 141. ſub n. 8. uerſ. Tum etiam quia, &c. p. 1. & deciſ. 453. ſub num. 8. uerſ. Quia reſpondetur, &c. part. ſecunda recent.*

Nec aduerſantur alia ſequentia eiuſdem capituli, ibi, *Et ſic ordine præſcripto uocauit, & ſuos heredes eſſe uoluit omnes, & quoſcumque filios maſculos, et deſcendentes maſculos legitimos, et naturales, et natos de legittimo matrimonio dicta Lucretia, etc.*

Quia (præter alias reſponſiones adductas per Informantes) Aduertendum eſt, quod paulò ſupra vocauerat Teſtator ſolū maiorem filium maſculum legitimum, & naturalem dictæ Lucretiæ, & poſt eius mortem eius primogenitum, & ſucceſsiuè de primogenito in primogenitum, quibus ſane verbis ſoli maſculi ex primogenito Lucretię maſculo deſcendentes fuerunt comprehenſi. Verùm animaduertens, quod eiuſdem primogeniti linea deficere poterat, ideò diſpoſuit quod ea linea finita alius filius maſculus, ac deſcendentes ex illo, & ſic ordine præſcripto (ſcilicet primogenituræ) omnes, quicumque filij maſculi, ac deſcendentes maſculi præfatæ Lucretiæ ſuccederent. Sicque verba hæc vniuerſalia appoſita fuerunt, vt comprehenderent omnes illius filios cuiuſcumque ætatis, & gradus tam primo, quam ſecundo, & tertio genitos, vel vlteriores, ac deſcendentes ex eis, maſculos tamen, & non fœminas, & ex maſculis, non ex fœminis deſcendentes, nam huiuſmodi maſculinitatis qualitatem in hac etiam verborum vniuerſalitate ſpecialiter requiſiuit, atque expreſsit Teſtator, tam in perſonis filiorum Lucretiæ, ibi, *omnes, et quoſcumque filios maſculos, etc.* quam deſcendentium ex eis, ibi, *Et deſcendentes maſculos legitimos, et naturales d. Lucretię, etc.* Ex quibus equidem verbis immediatè tam præcedentibus, quam ſubſequentib. & ex alijs ſupra deductis media ipſa vniuerſalia congruè declarantur de maſculis ex maſculis deſcendentibus *l. heredes palam, uerſ. Sed et ſic in fin. ff. de teſtam. l. qui filiabus in princip. l. ſi ſeruus plurii, §. vlt. in fin. uerſ. item earum, ff. de leg. 1.* Pariſ. *d. conſ. 18. num. 30. uerſ. uerba enim dubia, etc. cum ſeq. lib. 2.* Bero. *conſ. 113. ſub num. 8. uerſ. Colligitur etiam, etc. lib. 2.* & in ſpecie reſpondit Gabr. *conſil. 116. numer. 39. uerſic. Nihil refert quod deſcendentes maſculi, etc. ac ſeq. lib. 2.* Burſat. *dict. conſil. 228. numer. 65. uerſic. ſexto ſequentia, etc. cum ſequentibus, Rot. deciſ. 374. ſub n. 3. uerſ. Hæc tamen limitantur, etc. et ſeq. par. 1.*

par. 1. diuerſ. cum alis relatis *in Romana fideic. de Coſciarĳ 16. Martĳ. 1648. coram me in §. Hæc autem teſtatoris voluntas, &c.*

Deinde non obſtat, quod poſtquàm agnationis conſeruatio à Teſtatore commiſſa fuit filijs, & deſcendentibus fœminarum æquè adimpleri poſſit per eos, qui ex fœminis, ac per eos, qui ex maſculis earum proueniunt.

Quia cum Teſtator elegerit maſculos deſcendentes ex maſculis, ac in eis illam conſeruari maluerit. Vtique vo-
21 luntas eius ſeruari, non autem ſubtiliori indagatione peruerti debet, §. *diſpanat in auth. de nupt. Rot. penès Card.* Seraphin. *deciſ. 1472. num. 1. verſ. Vnde, &c.*

Præterea (licet prædicta ſufficiant) ex alio etiam viſus fuit Dominis excluſus à ſucceſſione prædicta Com. Mauritius, Quia nempe tempore purificatæ ſubſtitutionis per obitum Hieronymi de Barberijs nondum erat natus, neque conceptus, ſed poſt quindecim circiter annos progenitus eſt; Ideoque ad Gandulphum ſolum tunc ſuperſtitem filium maſculum Lucretiæ Teſtatoris ſororis ab eo ſubſtitutum ſucceſſio delata fuit, ac ipſo defuncto in Nicolaum eius filium ſucceſſiuè vocatum continuata *iux. text. in l. cum pater, §. hereditatem il primo,* ibi: *Viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore ſuperuixerint, cum de alĳs eligendi poteſtas non fuerit, &c. ff. de leg. 2. l. interuenit, ff. de legat. præſtand. & ſenſit Antiquus Doctor* Lambert. de Rampon. *in eius quæſt. relata per* Io. And. *d.* Add. *ad ſpecul. par. 4. in Rubr. de Teſtam. col. 3. in princip. verſ. Item Lambertin. de Rampon. &c. & verſ. De ſecundo membro, &c.* Caſtr. *conſ. 16.* Viſo *d. puncto ſub numer 5. verſ. ſuper quarto, &c. par. 2.* Dec. *conſ. 65. Pro tenui facultate ſub num. 2. verſ. Non enim ſufficit, &c.* dicens non ſufficere quod agens ex huiuſmodi ſubſtitutione ſit de liberis, ſed neceſſarium eſſe quod tempore purificatæ conditionis extaret. Alciat. *conſ. 119. à numer. 2. verſic. Sed tamen, &c. cum ſequentibus per*
[22?] *tot. lib. 9.* Alb *conſ. 106. per tot.* vbi contrarijs rationibus, & authoritatibus benè reſpondet Burſat. *dict. conſil. 228. ſub numer. 38. verſic. Quarto eadem illatio, &c. cum ſeq.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 4. ſub numer. 13. verſic. Primo namque cum ſeq. & cap. 6. ſub numer. 32. verſic. Quæ omnia, &c.* Menoch. *conſil. 830. per tot.* vbi contrarijs reſpondet, *& latius conſil. 830. per tot.* Crauett. *conſ. 212. ſub num. 6. verſ. Optimè facit, &c.* Gabr. *conſ. 130. verſic. Si quis verò poſt diem mortis, &c. & ſeq. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 22. ſub numer. 72. verſic. Vndecima concluſio, &c. & conſil. 33. ſub numer. 19. verſic. Attamen, &c. cum ſeq. lib. 2.* Fachin. *conſil. 86. per tot. lib. 3.* Io. Griuel. *deciſ. Dolan. 108 per tot. Rot. deciſ. 38. per tot. & deciſ. 374. ſub num. 11. par.*
[23?] *1. diuerſ. & deciſ. 357. ſub num. 5. verſ. Sed admittuntur, &c. par. 1. recent.*
34 Nec poteſt ab eo auocari ob ſuperuenientem natiuitatem prædicti Com. Mauritij Alb. *d. conſ. 106. ſub num. 6. verſ. Et duas rationes, &c. cum ſeq.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 13. ſub num. 36. verſ. Hac autem limitatio, &c. cum ſeq.* Fachin. *d. conſ. 86. ſub num. 6. verſ. Nam ſi alĳ nunc extent. &c. cum ſeq. lib. 3.* Menoch. *d. conſ. 413. ſub nu. 27. verſ. Quinto ſuffragatur, &c. cum ſeqq. Rot. deciſ. 79. ſub nu. 10. verſ. Alioquin ſi nullus extaret, &c. par. 1. diuerſ.* & alijs relatis probat Peregr. *dict. art. 22. ſub nu. 37. verſ. ampliatur concluſio, &c.*

Nec obſtat quod in huiuſmodi fideicommiſſis conditionalibus ſucceſſiuis admittantur etiam nati poſt conditionis euentum, ſuſpenſo interea ſucceſſionis effectu, vel ſaltem in alios gradatim vocatos reuocabiliter tranſlato.

Quoniam obiecta concluſio non ex puris iuris principijs, ſed ex volunta-
25 te teſtantium procedit, quæ vel ab ipſis diſpoſitionè verbis, vel ab vrgentibus coniecturis, ac facti circũſtantijs in ſingulis caſibus euidenter reſultet *ad l. cũ ita, § in fideicommiſſo in fin. verſ. niſi*

ſpecialiter defunctus, *ff. de leg.2.* & in
his terminis reſponderunt Caſtr. *in*
conſ.247. In cauſa qua vertitur Sauona
ſub num.23. verſ. Illud autem conſtat,
&c. lib.1. Rom. *conſ.134. In quarta*
quæſtione ſub num 5. verſ. Quod autem
hoc verum ſit, *&c. & infr. uerſ. Sed in-*
terpretatio hęc, *etc.* & cęteri qui eos ſe-
quuntur longa ſerie relati a Peregr.
Fuſar, & alijs allegatis per informan-
tes; Et bene declarant Alciat. *in dict.*
conſ.119. ſub num.10. uerſ. Secundo re-
ſpondeo, *&c. cum ſeq. lib.9* Gabr. *d. conſ.*
130. ſub num.8. uerſ. Si quis uero poſt diem
mortis, *&c. lib.1.* Menoch. *conſ.413. ſub*
num.55. uerſ. quarto non mediocriter, *&c.*
cum ſeq. & conſ. 213. num. 21. uerſ. Se-
cundo accedit, *&c. et ſub num. 24. uerſ.*
Quo circa dicendũ eſt, *etc.* Fachin. *contr.*
lib.4, cap.88. in princ. uerſ. cęterum, *etc.*
ac col.3. uerſ. et ideo illud potiſsimum
perpendi debet, *etc. ac infr. uerſ. Ad ter-*
tiam reſpondeo, *etc. et infr. uerſ. Ad quin-*
tum reſpondeo, *etc. Rot. deciſ. 394. num.*
22. uerſ. Non etiam concluditur, *etc. et*
ſeq. par. 5. rec. Ac proinde ceſſat quan-
do diſpoſitia in tempus aduenienientis
conditionis collata reſpicit certas per-
ſonas tunc extantes, ſeu certam præ-
ſcriptam qualitatem habentes, & alios
ſucceſſiuè vocat, nam ex eo inſtanti
operatur effectum ſuum, ita vt illis ad-
miſſis ex ſuperuenienti aliorum natiui-
tate retractari non valeat, prout con-
tigit in propoſito caſu, in quo conſtat
Nicolaum teſtatorem reſpexiſſe perſo-
nas in ipſo conditionis aduentu extan-
tes, & qualitatem primogenituræ, ac
alias ab eo indictas præſeferentes, tam
ex verbis teſtamenti in præcedẽti ſub-
ſtitutiòne d. Aemilij vltimi defuncti
pag.2. in princ. ibi, *ſi in verum natura*
erit, *etc.* & in hac ſequenti filiorum Iu-
dith pag.2. ibi, *finita uerò linea dd. Ae-*
milij, *Aurelij*, *& Hieronymi*, *tunc voluit*
eius hæreditatem, *& bona deuenire*, *&*
peruenire debere ad Primogenitum filiorũ
d. Iudith. &c. Atque in altera pag. 3. in
§. Non obſtantibus, *&c.* & infr. in § *fi-*
nita verò tota linea maſculina legitima,
& naturali, *&c. omnium eius filiorum*,
tunc voluit eius bona peruenire ad maio-
26 *rem natu filiorum maſculorum legitimo-*
rum, *& naturalium D. Lucretię*, *&c.* nam
dicto illa (tunc) reſtringit diſpoſitionẽ
ad perſonas eo tempore extantes, *l. in*
ſubſtitutione in fin. ff. de vulgar. & pupil.
ſubſt. l.4. §. fin. vbi gloſſ. in verb. tum. ff.
de cond. & demon. l. huiuſmodi 64. ff. de
verb. ſign. & in ſpecie declarat Caſtr.
in d. conſ.16. ſub numer.5. verſ. Pro hoc
etiam facit, *&c. par.2.* Dec. *d. conſ.63.*
Pro tenui facultate ſub num.2. verſ. non
enim ſufficit, *&c.* Molin. *de primogen.*
lib.3. cap.10. ſub num.41. verſ. Succedit
regula, *&c.* Menoch. *conſ. 1118. ſub*
num.15. verſ. ea ratione motus, *&c.* Fa-
chin. *conſ.86. ſub num. 4. verſ. Secundo*,
&c. cum ſeq. Surd. *conſ.545. ſub nu.16.*
verſ. Tertio, *etc.* Theſaur. *quæſt. forenſ.*
lib.3. quæſt.84. num.11. verſ. Limita ſe-
cundo, *&c. et alij relati per* Fuſar *de ſub-*
27 *ſtit. quęſt.382. ſub num.31. uerſ. Sed me-*
lius, *&c. cum ſeq.* Quam ex ipſa etiam
maioratus, & primogenituræ inſtitu-
tione, cuius ea eſt natura, vt ne momẽ-
to quidem vacare poſſit, ſed ex inſtan-
ti mortis vltimi poſſeſſoris tranſeat in
ſequentem, qui eo tempore præſcri-
ptam habet qualitatem, ſicque ex tunc
purificatur illius conditio, neq; aliud
tempus expectari debet, vt poſt exa-
ctam quæſtionis excuſſionem relatis
vtriuſq; ſententiæ rationibus, & ſecta-
toribus benè concludit Molin. *d. cap.*
10. ſub numer.38. uerſ. Sed his omnibus
non obſtantibus, *etc.* dicens *ſub num.40.*
uerſ. cum enim, *etc.* contrariæ opinio-
nis fundamenta in his terminis nõ ap-
plicari, &c & pluribus relatis compro-
bant Adden. *ibid. in uerſ. Verum quid-*
quid prædicti ſentiant, *etc.*

Quare cum ex deductis Com. Mauri-
tius non ſolum non probauerit (vt te-
nebatur clarè quidem, & concluden-
ter) ſe comprehenſum in fideicommiſ-
28 ſo, cuius vigore agit, ſed contrarium
appareat. Ideò petita per eum immiſ-
ſio concedi non poteſt, *l. ſi ita quis*
ſubſtituerit, *ff. de uulgar. et pupillar. ſub-*
ſtit. l. eum qui nouiſsimus, *ff. Ad S. C.*
Trebel. gloſ. in l. qui duos. in uerb. ſuperſtes
fuit,

ſuit, verſ. Regula eſt, etc. ff. de Reb. dub. Soc. *conſ. 62. ſub num. 4. verſ. Et in primis iſta conuentio probatur, &c. lib. 3. Rota penès Card.* Seraph. *deciſ. 1486. num. 1. verſ. & quidem, &c. et ſanct. mem.* Gregor. *deciſ. 433. num. 1. verſ. quia non probant, etc.* cum alijs relatis à Peregr. *de fideicomm. art. 43. num. 35. verſ. Qui vero ex fideicommiſſo agunt, etc. et num. 60. verſ Denique ex fideicōmiſſo agens, etc. et per* Fuſar. *de ſubſtit. quaſt. 615. per tot. et conſ. 17. num. 3. verſ. Et qui petit, etc. cum ſeq.*

Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante, &c.

Bituntina fideicommiſſi.

Lunæ 20. Martii 1651.

Coram R. P. D. Albergato.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio conceditur concurrentibus requiſitis.*

2 *Dictio* quandocunq; *inducit compendioſam, quæ poſt aditam hæreditatem importat fideicommiſſariam etiam ſi concurrant verba directa ciuilia, et numer. 3.*

4 *Quis de Iure præſumitur deceſſiſſe ſine liberis.*

5 *Fideicommiſſum conditionale ſtante præmorientia ex quibus coniecturis tranſmittatur.*

6 *Coniectura tranſmiſsionis adducuntur reſpectu fideicommiſsi conditionalis, et num. 7.*

8 *Filiatio probatur ex teſtibus formiter examinatis, ſicuti etiam, et legitimatio perſonarum.*

9 *Requiſita prò immiſsione recenſentur, et num. 10.*

11 *Solemnitates reaſſumendi Inſtrumenta in carta de Corio in Regno, etc. ab aula receſſerunt, nec ſeruantur in Statu Eccleſiaſtico.*

12 *Citatio partis non requiritur, quando Inſtrumentum extrahitur à Notario publico rogato.*

DECISIO XVIII.

Antonia de Electis hæredibus ſibi ex Aſſe inſtitutis Marco Antonio Cazzano eius filio infante, & altero filio maſculo naſcituro (quem poſtea non edidit) in hæc verba ſubſtituit; *Item vuole eſſa Teſtatrice, che morendo detti ſuoi heredi in pupillari etate, vel quandocumque ſenza figliuoli legitimi, e naturali da lor corpo legitimamente diſcendenti, in tal caſo vuole, che in detta ſua heredita deua ſuccedere Ottauia de Electis ſua ſorella vtrinque congionta moglie d' Antonio Giacchetti, la quale in caſo predetto la l'ſtia iure inſtitutionis, et omni alia meliori via per ſua herede vniuerſale, et nō aliàs, con conditione, che morendo la detta Ottauia ſua ſorèlla ſenza figliuoli legitimi, e naturali da ſuo corpo legitima deſcendenti, in tal caſo vuole, che in detta ſua heredità debba ſuccedere la Confraternità di Santa Maria delli Martiri*, adiuncto ei onere dotandi puellas prout latius in teſtamento; Cum autem Octauia ſubſtituta ſuperſtitibus quinque filis ex ſe, & d. Antonio Giacchetto eius viro legitime progenitis prædeceſſiſſet Marco Antonio hęredi, poſt huius obitum ijdem Octauiæ, filij contra Io. Franciſcum patrem, & hæredem præfati Marci Antonij iudiciū immiſſionis inſtruxerūt in partibus coram Ordinario Bituntio, à quo cum ſententia abſolutoria ad fauorem Io. Baptiſtę hæredis dicti Io. Franciſci lite pendente defuncti emanaſſet. Cauſa mihi in gradu appellationis commiſſa propoſui dubium, An ipſis fratribus de Giacchettis eſſet danda immiſſio, cui Domini affirmatiuè reſponderūt, quia omnia in hoc iudicio neceſſaria concurrunt, exiſtentia nempe fideicommiſſi illius purificatio ad fauorem actorum, identitas bonorum, & vtrumque poſſeſſionis extremum, antiquæ, videlicet

Digitized by Google

licet fideicommittentis, & hodiernę rei conuenti ex quibus concedēda venit immiſſio ex remedio *leg. fin. Cod. de edict. Diu.* Adrian. *tollen.* quod etiam fideicommiſſarijs competit, vt pluries firmauit *Rot. coram* Caualer. *deciſ.204. nu.4. coram bon. mem. Cardinal.* Millin. *deciſ.274. num.1. in Romana fideicommiſsi de Victorijs 9. Decembris 1626. §. ex quibus, coram Merlino, in Bononien. fideicōmiſsi de Pancaldis 11. Martij 1641. in princip. corā Eminentiſs. Domino meo Cardin. Panzirolo, in eadem 19. Iunij 1643. §. ex dictis, coram R. P. D. meo Cerro, et in Romana fideicommiſsi de Zuccaris. 4. Februarij 1650. coram Reuerendiſsimo Domino meo Decano.*

Exiſtentia autem fideicommiſſi litteralis, legitur in teſtamento, ibi; *morēdo detti ſuoi heredi in pupillari etate, vel quandocumque*, quæ verba procul dubium importat compendioſam, & de
2 verbo *morēdo*, eſt *tex. in l. precibus, C. de impub. et à l. ſubſtit. Rot. coram Reuerendiſsimo* Vrgellen. *deciſ.339. num. 12. in recen. deciſ.656. num. 2. par.4. deciſ.157. num.1. par.4. tom.2. deciſ.579. num.7. par.4. tom.3. in Aeſina fideicom. 18. Martij 1648. §. quod autem, coram R. P. D. meo Celſo*, & de verbo *quandocumq;* notat Bart. *in l. centurio, num.17. ff. de vulg. & pup.* Pariſ. *conſ.130. num. 17. lib.2.* Neuiz. *conſ.53. num.3.* Craſſ. *in §. ſubſtitutio, quæſt.60. num.6.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt.51. num.5. & ſeq.* Fuſar. *de ſubſtit. quęſt. 223. num.4. & ſeq. quæſt. 255. num. 83. Rot. coram* Penia *deciſ. 465. numer. 1.* ac propterea poſt aditam hæreditatem fideicommiſſariam continent *d. l. precibus, C. de impub. & à l. ſubſt.* Peregr. *de fideicomm. art.34. num.65.* Molin. *de primog. lib.1. cap.6. num.15. verſ. His accedit.* Fuſar. *quęſt.246. num.1. Rot. deciſ. 349. num.3. part.7. recent. & in Bonon. fideicomm. de Guidottis 5. Iunij 1648.*
3 *§. adiungitur, coram bon. mem. Arguelles*, etiam ſi illa alijs verbis directis ciuilibus eſſent coniuncta, *gloſſ. in §. vlt. inſt. de pupill. ſubſt.* Bart. *in l. recuſare, §. Titius in fin. ff. ad Treb.* Decian. *in l.2. ad fin. C. de impub. & à l. ſubſt.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt. 55.* Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.7. tit. 3.* Fuſar. *d. quęſt.246. num.6. quęſt.255. num.15. & ſeq.*

Illius vero purificatio ad fauorē Fratrum de Giacchettis iuſtificatur ex obitu Marci Antonij ſine filijs ex depoſitionibus quinque teſtiū probato, *Rot. deciſ.972. num.1. par.1. recen. coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.166. num.7.8. & in Calaguritana præſtimonij 10. Maij 1649. §. vacatio, coram R. P. D. meo Otthob.* quibus cum reddant cauſam ſcientiæ illius mortis, & non procreationis liberorum, eo magis eſt deferendum, cum etiam adminiculum recipiāt à iure, quo quis ſine liberis deceſſiſſe præſumatur, Alex. *conſ.20. num.12. conſ.*
4 *39. num.2. lib.1.* Menoch. *de præſumpt. lib.4. præſumpt.182. nu.5. Rot. deciſ.426. num.3. par.1. recent. in Bonon. fideicom. Bartholomæi de Bologninis 24. Maij 1645. §. quando vero, coram Reuerendiſs. Terracinen. & in Romana fideicom. de Alicornis 3. Iunij proximè præteriti, §. illius autem, coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

Nec turbat, quod Octauia ſubſtituta prædeceſſerit præfato Marco Antonio hæredi, & ſic fideicommiſſum expirauerit, nec ad hæredes tranſmitti potuit, *ex tex. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. l. 4. ff. de alim. & cib. leg. l. vnica, §. ſin autem ſub conditione, C. de cad. toll.*

Quia licet regula ſit pro nō tranſmiſſione; ab ea tamen paſsim receditur,
5 vbi ex coniecturis ſiue expreſsè, ſiue tacitè ex teſtamento reſultantibus conſtat de voluntate teſtatoris in contrarium, Bald. *in l. vnica, ſub num.5. Cod. de his qui ante aper. tab.* Pariſ. *conſ. 77. num.1. lib.2.* Gabr. *de hæred. inſt. concl. 2. n.15. Rot. coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.56. num.2. deciſ.551. num.3.* cum ille poſsit facere tranſmiſsibile, quod alias ſui natura non eſt tale, Soc. *ſen. in l. hæredes mei, §. cum ita, col.5. ad Treb.* Curt. *iun. conſ.16. nu.6.* Decian.

resp.

*reſp.*88. *num.*65. *lib.*2. Fuſar. *plures cumulans quaſt.*490. *num.*49. *Rot. coram Buratt. deciſ.*568. *num.*4. *& in Nucerina fideicomm.* 1. *Iulij præteriti, §. minuſque refert, coram* R. P. D. *Meltio*, nedum ſi agatur de fideicommiſſo aſcendentium, ſed etiam collateralium, Pariſ. *conſ.*25. *numer.*8. *lib.*2. Socc. *iun. conſ.* 167. *col.*1. *&* 3. *lib.*2. Hond. *conſ.*56. *nu.* 4. *lib.*2. *aliique plures relati per* Moder. Lucan. *conſ.*56. *num.*51. *per* Fuſar. *dicta queſt.*490. *num.*73. Blacz. *de maiorat. part.*1. *in præfat. num.*37. & in terminis fideicommiſſo tranſuerſalis firmauit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Fornaſarijs* 1. *Aprilis* 1650. *coram* R. P. *Domino meo Veroſpio*.

Hæc autem voluntas Antoniæ teſtatricis in propoſito caſu cócurrere D D. viſa eſt ex poſitione in conditione eorundem Octauiæ ſubſtitutæ filiorum, ibi: *con conditione, che morendo detta Ottauia ſua ſorella ſenza figliuoli legitimi, e naturali, &c.* quæ vrgentiſſimam pro tranſmiſſione inducenda præbet
6 conie&turam, *ad tex. in l.* Lucius *la* 2. *ff. de hered. inſt.* Dec. *conſ.*397. *num.*6. *conſ.*515. *num.*1. Ruin. *conſil.*140. *num.* 14. *& ſeq. lib.*2. Cæph. *conſil.*16. *num.*42. *conſil.*283. *num.*24. Gabr. *conſ.*121. *num.* 33. *lib.*1. Menoch. *conſ.*325. *num.*58. Hond *conſ.*70. *num.*33. *lib.*1. Craſl. *in* §. *fideicommiſſum, quaſt.*68. *nu.*3. Ruſt. *de liber. in cond. poſit. lib.*6. *cap.*4. *nu.*1. Fuſar. *d. queſt.*490. *num.*147. *Rot. coram* Mant. *deciſ.*319. *num.*2. *coram ſan. mem.* Greg. *deciſ.*551. *num.*6. *ibiq;* Add. *nu.* 13. *coram* Burat. *deciſ.*568. *num.*7. *et in d. Bonon. fideicomm. de Fornaſarijs coram* R. P. D. *meo Veroſpio in §. ſiquidem*, eoq; magis quia præfati Octauiæ filij fuerunt poſiti in conditione cum qualitate legitimatis, & quod ſint ex corpore legitime deſcendentes, hoc enim plurimum vrget pro valida conie&tura inducenda non ſolum ad effe&tum tranſmiſſionis, ſed etiam vocationis, Socin. *iun. conſ.*110. *num.*15. *conſ.*145. *num.*39. *lib.*3. Surd. *conſ.*443. *num.*48. *et deciſ.* 126. *num.*7. *verſ. in facto*, Hond. *conſ.* 95. *num.*42. *vol.*1. *conſ.*51. *num.*85. *conſil.*54. *num.*20. *vol.*2. Fuſar. *conſ.*31. *nu.*3. *conſil.*131. *num.*8. *et de ſubſt. queſt.*437. *num.*64. Peregr. *conſ.*91. *num.*36. *lib.*1. *conſ.*52. *num.*5. *lib.*4. Mant. *de coniect. lib.*12. *tit.*3 *numer.*7. *et ſeqq* Cyriac. *contr.*96. *num.*59 *Rot. coram* Seraph. *deciſ.*959. *num.*9. *deciſ.*1329. *num.*7. *coram. ſan. mem.* Greg. *deciſ.*329. *num.*6. *coram* Burat. *deciſ.*897. *num.*2.

Præterea fuit etiam conſideratus digreſſus ad aliam ſubſtitutionem, quam, & ſi vnicam ad effe&tum vocationis ponderat Anchar. *conſil.*74. Pereg. *conſil.*132. *num.*6. *verſ.*3. *principaliter lib.*5. Laratha *conſ.*48. *num.*2. *Rot. deciſ.*266. *p.*1. *deciſ.*380. *par.*2. *deciſ.*61. *par.*7. *rec.*

Accedat quod non fa&ta tranſmiſſione admitteretur vel Io. Fráciſcus odioſus teſtatrici, quæ eum adminiſtratione filiorum priuauit quod ad effe&tum de quo agitur, conſiderat Peregr. *conſ.* 43. *à princ. lib.*3. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.*20. *nu.*25. Fuſar. *in ſepe cit. queſt.* 490. *num.*185. Burat. *deciſ.*568. *num.*6. vel bona deuenirent ad Confraternitatem vltimo loco ſubſtitutam, quam nó eſt veriſimile teſtatricem voluiſſe nepotibus præferri, vt in terminis de loco pio notat Alex. *conſil.*64. *nu.*5. *ante fin. lib*5. Peregr. *d. conſil.*132. *num.*6. *verſ.*3. *principaliter lib.*5. Fuſar. *d. queſt.* 490. *num.*142.

Concurrit etiam prohibitio Trebellianicæ Gozad. *conſ.*64. *num.*3. Decian. *conſ.*103. *num.*27. *lib.*2. Fuſar. *conſ.*145. *num.*21. & quod teſtatrix poſt poſitionem liberorum in conditione dixit, hoc caſu *ſubſtituo Confraternitatem, etc*, ex quo illorum vocationē arguit Celſ. Vgo *conſ.*20. *ante num.*39. Ruſt. *de lib. in cond. poſit. lib.*1. *cap.*6. *num*12. Fuſar. *queſt.*437. *num.*128. hæ autem conie&turæ licet ſeorſim conſideratæ aliquā
7 poſſent pati difficultatem, ſimul tamen vnitæ ſufficere videntur ad inducendā tranſmiſſionem hæreditatis matri debitæ in filios ad *not. in leg. ſi ſtipulatus, ff. de vſur.* Mandel *conſ.*464. *num.*5. *in fin. lib*3. Bero *conſ.*104. *num.*13. *vol.*2. Cæphal. *conſ.*251. *num.*87. Giouangn. *conſ.*38.

conſ.38.nu.34.lib.1. Mantic. *de coniect. lib.11.tit.3.numer.27. Rota coram ſan. mem.* Greg. *decis.329.numer.10. decis. 337. nu.4. coram Reuerendiſſ.* Vrgellen. *deciſ.126. num.37. in recent. daciſ.142. num.4. part.4. deciſ. 237. num.3. par.5. et in d. Bonomen. fideicomm. de Fornaſarÿs coram R.P.D. meo Veroſpio §. ad elictendum, in fin.*

Firmato igitur ex prædictis fideicom. miſſo, illiuſque purificatione ad fauorem Fratrum de Giacchettis, cætera requiſita pro obtinenda immiſſione in-
8 dubitata ſunt, nã lagitimatio perſonarum, nempe quod illi ſint filij Octauiæ, probatur ex quatuor teſtibus formiter examinatis *Rota deciſ.10. num.1. par.7. recent. in Bononien. fideicomm. de Amorinis 18. Maÿ 1648. §. quod autem, coram R.P D. meo Meltio, et in d. Romana fideicomm. de Alicornis 3. Iunÿ preteriti, §. cum igitur, coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*

Identitas verò bonorum incontro-
uertibilis redditur, ex Inuentario per
Marcum Antouium hæredem, & d.
Io. Franciſcum confecto, quod in pre-
iudicium Io. Baptiſtæ ab eis cauſam ha-
bentis facit probationem probatã. *leg.*
final. C. arb. tut. Peregrin. *de fideicomm.*
art.44. num.2. Rota deciſ.426. num.2. p.1.
recent. coram Buratt. *deciſ.637. num 6.*
ibiq Addend. *num.15. in Bononien. fidei-*
comm. 16. Martÿ 1640. coram R.P.D. meo
Bichio, et in Meleuitana fideicom. 20 Iu-
9 *nÿ 1650. ceram R.P.D. meo Otthobono,*
cum illud præſertim ex teſtibus etiam
coadiuuetur, vt ad propoſitum ponde-
rauit *Rota in Bononien. fideicomm. de*
Naſceutorÿs 20. Iuny eiuſdem §. alterũ,
coram R.P.D. meo Peutingero.

Quod autem huiuſmodi bona fuerint in hæreditate Antoniæ teſtatricis conſtat ex d. Inuentario, in quo talia enunciantur, & in illius hereditate reperta aſſeruatur *ad text. in leg. tutor qui repertorium in princip. ff. de administrat. tut.* Gratian. *diſcept.765. num.59.* Fuſar. *queſt.618. num.1. Rota coram ſanct. mem.* Gregor. *deciſ.575. num.3. in recent. deciſ.407. par.2. deciſ.344. vtrobique num.2. part.3. et in d. Bononien. fideicomm. de Amorinis 18. Martÿ 1648. §. bona autem, coram R.P.D. meo Meltio,* & quod eadem hodie poſſideantur per Io. Baptiſtam probatur ex teſtibus datis in Summario actor. *num.6.* & ex litis ſubſtentatione *iuxta deciſ.* Verall. *369. part.2. Rota coram* Seraphin. *deciſ. 1415. num.3. coram* Buratt. *deciſ.693. num.5. deciſ.728. nu.3. coram* Coccino *deciſ.161. num.2. in Beneuentana domus 13. Nouembris 1648. §. poſſeſſio, coram R.P.D meo Otthobono, & in Leodien. Dominiorum 25. Iunÿ 1649. §. ſiquidem, coram R.P.D. meo Corrado.*

Habita vero non fuerunt in conſide-
ratione ea, quæ ex Cõſtitutionibus Re-
gni obijciebantur cõtra teſtamentum,
quod videlicet non eſſet in forma pro-
banti ex defectu illius reaſſumptionis
in carta de coiro, & ſubſcriptionis Iu-
dicis, & duorum vel trium teſtium.
Quia iſtæ ſolemnitates iam ab Aula re-
ceſſerunt, & de facto non ſeruantur,
11 vt teſtantur Minadoui. *deciſ.11.* Ro-
uit. *in pragm. 2. de fid. instrum. num.15.*
quod maximè procedit in foro Eccle-
ſiaſtico, in quo illæ tanquam laica-
les, nec etiam de iure ſeruari debent,
vt in terminis reſpondit *Rota coram*
Reuerendiſſ. Vrgellen. *deciſ. 91. num.8.*
& ſeq.

Minus obſtat, quod in extractione
huiuſce teſtamenti, citatio partis non
interuenerit; Quia hæc non requiritur,
vbi illud, vel à Notario rogato, vel ab
eius ſucceſſore extractum fuit Bart. *in*
12 *leg. ſi quis ex argentarÿs, §. cogntur ſub*
num.3. ff. de edend. Rota coram ſan. mem.
Greg. *deciſ.3. numer.1. coram* Caualer.
deciſ.548. num.3. in recent. deciſ.294.
num.25. par.7. in Barchin. Iuriſdictio-
nis 1. Iulÿ 1644. §. iura autem coram
R.P.D. meo Bichio, lateque probat Fen-
zon. *ad Statut. Vrb. lib.1. cap.36. num.*
11. num ſeqq.

Et ita concluſum fuit Giacchettis dãdam eſſe immiſſionem vtraque parte bis Informante.

Roma-

Romana fideicommiſſi de Zuccaris.

Veneris 4. Februarii 1650.

Coram R. D. Dunozeto Decano.

SVMMARIVM.

1 *EXiſtentia fideicommiſſi, bonnorũ identitas, perſonarum legitimatio, etc. ad effectum immiſſionis, quando probetur, et an immiſſio debeatur contra tertios poſſeſſores.*

2 *Alienatio domus facta contra expreſſam teſtatoris voluntatem non tenet.*

3 *Peritis in arte eſt deferendum.*

4 *Error quomodo remaneat probatus ſtan. contrarÿs, euictionibus.*

5 *Hęres granatus ſuis Confeſſionibus non prąiudicat fideicommiſſario, pracipuè quando ſunt erroneę.*

6 *Clauſula generales reſtringuntur ad expreſſa.*

7 *Error ex quibus dignoſcatur.*

8 *Multiplicitas Cauſarum, et non debitorum non praſumitur.*

9 *Interuſuria dotalia non veniunt pradefuncta muliere.*

10 *Alienatio domus ſtante expreſſa prohibitione Teſtatoris fieri non poteſt, pracipuè non interueniente decreto Iudicis, quo neceſſitas iuſtificatur.*

11 *Expenſę ſunt moderandę, ne vocati ad fideicõmiſſum remaneant excluſi, et n. 12.*

13 *Alienatio bonorũ fideicõmiſſo particulari ſubiectorũ fieri nõ poteſt extantibus alÿs.*

14 *Mobilia, picturę, et alię, de quibus non redditur ratio, imputantur in legitimam, et eorum æſtimatio permittitur Iudici, vel Peritis.*

15 *Domus, quæ commode diuidi poteſt, non debet tota vendi.*

16 *Creditoribus hypotecarÿs datur facultas quibus bonis ſibi ſatisfacere velint.*

17 *Hęredes non poſſunt ſatisfacere creditoribus non inſtantibus, alienandores fideicõmiſſo particulari ſubiectas, et n. 18. maximè cùm alienatio poterat fieri alÿs bonis. ibidem, et num. 19. et 20.*

21 *Hæredes non prohibentur ex propria perſona vindicare bona à patre diſtracta, et num. 22.*

23 *Melioramentorum expenſę debent eſſe certa.*

24 *Immiſſio poteſt concedi pro duobus ex tribus partibus ſuper domo pro indiuiſſo, & quomodo.*

DECISIO XIX.

POſſidebat q. Federicus de Zuccaris inſignis Pictor Domum magnam ab ipſo ædificatam in Monte Pincio cum aliis ædificiis, Domunculis ſcilicet, ac Horreis propè, ac iuxta illam exiſtentibus, quam in eius teſtamento particulari fideicommiſſo ſubiecit inter eius filios maſculos Octauianum, Horatium, ac Hieronymum hæredes inſtitutos, ac deſcendentes ex eis, & illis deficientibus ex Iſabella filia fœmina naſcituros cum expreſſa prohibitione alienandi, ac hypothecandi, præterquam in caſu vrgentiſſimæ neceſſitatis dotandi filias, quo partem inferiorem tantùm ad radices eiuſdem montis ſitam horreis annexam alienari conceſſit, ſeruata forma præſcripta. Verùm quia breui exacto tempore ab eius morte Octauianus, & Hieronymus filii ſuperſtites ea omnia vendiderunt Marco Antonio Toſcanellæ pretio ſcutorum 4629. & bai. 65. monetæ Romanę, ideò Federicus iunior, & alii fratres Octauiani iam pręedefuncti filii inſtituto contra eum iudicio petierunt immiſſionem *ex remedio leg. fin. Cod. de edict. Adr. toll.* Et licèt ſub die 26. Aprilis 1628. fuiſſet coram me reſolutum conſtare de valido teſtamento d. Federici, ac fideicommiſſo ad fauorem Actorum, tamen DD. poſteà cenſuerunt ſub die 14. Nouembris 1639. eos non eſſe immittendos contra d. Toſcanellam tertium poſſeſſorem, in quem d. bona iuſto titulo ob detractiones tum ęris alieni per Teſtatorem, ac pro adimplemento eius diſpoſitionis contracti, tum legitimę pręedictis eius filiis debitę transferri potuerunt. Hodie autem

cauſa denuo propoſita, & exacte diſcuſ-
ſa, viſum fuit illis concedendam eſſe
pro nunc immiſsionem pro dabus ex
tribus partibus d. Domus magnæ pro
indiuiſo cum Toſcanella, ſiue D. Con-
ſtantia illius filia, & hærede reſpectu
alterius tertiæ partis, ac proinde rece-
den. eſſe ab vltima deciſione.

Nam exiſtentia fideicommiſsi ad eo-
rum fauorem probatura ex lectura te-
ſtamenti Federici, & ex *d. deciſ. ſub
die 26. Aprilis* 1638. Identitas bonorum
1 ex teſtamento, & inuentario ab eius
filijs, & hæredibus confecto die 19.
Auguſti 1609. Peregr. *de fideicom. art.
44. ſub num. 2. & ſeq. & conſ. 48. num. 5.
lib. 1. Rota deciſ. 407. ſub num. 2. par. 2.
recent.* & ex ipſomet inſtrumento ven-
ditionis factæ Toſcanellæ die 14. Ia-
nuarij 1614. Caſtr. *conſ. 94. in fin. verſ.
& ſi aduerſarij lib. 2.* Crauett. *conſ. 29. ſub
num. 1.* Menoch. *conſil. 207. ſub num. 8.*
Petr. *de fideicomm. quæſt. 12. ſub numer.
1368. idem* Peregrin. *de fideicomm. d. ar-
tic. 44. ſub num. 6.* Perſonarum verò le-
gitimatio ex depoſitionibus teſtium
conteſtantium illos ex prædicto Octa-
uiano, ac eius legitima vxore proge-
nitos; Quibus concurrentibus negari
non poteſt immiſsio ex vtili remedio
d. l. finalis, quod nedum competit hæ-
redibus directis, ſed fideicommiſſarijs,
in quos abſque alia verbalis reſtitutio-
nis ſolemnitate tranſierunt iura, &
actiones, vt ibi declarat Bart. *ſub num.
9. verſ. Adde etiam, &c. gloſſ. fin. in leg.
penultim. vbi id* Bart. *§. fin. num. 6. verſ.
quæro vtrum, & ſeq. C. ad S. C. Trebell.*
Hond. *conſ. 64. numer. 56. & ſeqq. lib. 1.*
Peregrin. *de fideicomm. art. 2. num. 60.
& ſeq.* Etiam contra tertios poſſeſſores
*iuxt. gloſſ. final. in d. leg. penultim. Cod.
eodem* Bart. *in d. leg. fin. ſub num. 5. verſ.
eſt, & alia differentia Cod. de edict. Diu.
Adr. toll.* Gabr. *conſ. 44. num. 6. & ſeq.
lib. 2. idem* Peregr. *de fideicomm. artic. 48.
n. 20. & ſeq. Rota dec. 298. n. 1. cum ſeq. &
deciſ. 301. nu. 5. & ſeq. ac deciſ. 306. nu. 1.
par. 6. & deciſ. 135. num. 22. par. 7. recen.*
Card. Caualer. *deciſ. 204. nu. 4.* Cocin.
deciſ. 167. ſub numer. 2 & ſeq. Duran.
deciſ. 258. ſub numer. 7. cum ſeq.

Neque ſuffragari poteſt Toſcanellę, vel
eius hęredi allegatus emptionis titulus,
quia cum alienatio d. Domus, nedum
ex legis diſpoſitione *leg. final. §. ſin au-
tem ſub conditione, Cod. comm. de leg.* ſed
ex expreſſo Teſtatoris pręcepto eſſet
omnino prohibita, nullius eſt momen-
ti *leg. cum pater §. liberis, vbi gloſ. in verb.
ne id alienarent, verſ. Item hic nullo mo-
do tenet alienatio, ff. de leg. 2. l. 2. C. de
vſucap. pro emptor.* Grat. *conſ. 17. nu. 16.
lib. 1. Rot. dec. 512. n. 1. p. 4. diuer.* Card. Se-
raphin. *dec. 321. n. 13.* Caual. *deciſ. 81. nu.
6. & dec. 108. n. 1.* Coccin. *dec. 166. nu. 1.
& alijs relatis probat* Fuſar. *de ſubſtit.
quæſt. 717. à num. 1. & ſeqq.*

Non enim iſtificatur ex cauſis pręce-
denti deciſione narratis, & modo pro
parte Toſcanellę repetitis, Nam quę 2
primo loco deducitur ex neceſsi-
tate ſoluendi ęs alienum Teſtatoris
eliditur ex his, quę in pręſentia pro
Zuccaris plenius probatur in facto. Si-
quidem conſtat quod dos Franciſcę
illius vxoris fuit de ſcutis mille quin-
gentis de groſsis viginti pro ſingulis
ſcutis monetę Vrbinatis, ex inſtrumen-
to dotali die 22. Maij 1578. celebrato,
qui redactis ad monetam Romanam
conſtituunt ſummam ſcut. mille circi-
ter, vt atteſtantur Periti, quibus in
hanc materia eſt deferendum *Rota de-
ciſ. 158. ſub num. 5. par. 6. recent.* Cùm
3 etiam tanquam notorium facti extra-
iudicialibus informantibus iuſtificari
poſsit, vt fuit dictum in *Eugubina dotis
14. Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. Sa-
lamantino, in §. Quarta poſita in exceſſu
in fin. verſic. & dicta ſumma.*

Creditum autem Iſabellę eiuſdem
Federici Teſtatoris filię nuptę Cinthio
de Clementibus pręténſum de ſcutis
1300. monetę Romanæ pro reſiduo
dotis illi à Patre conſtitutæ iuxta cal-
culum initum in Inſtrumento celebra-
to inter eundem Cinthium, & d.
Octauianum eius Cognatum die 18.
Decembris 1509. nõ ſubſiſtit, quia dos
illa cũ interuſuriis conuentis iam fue-
rat integrè perſoluta, vt apparet ex
calculo

calculo per dd. fratres de Zuccaris exhibito, ac plenè iuſtificato ex libris publicorum mercatorum, quietantijs prędicti Cinthij, & publicis Inſtrumentis, quibus manifeſte conuincitur error confeſſionis factæ per Octauianum in d. Inſtrumento die 18. Decembris 1609. in quo fuerunt quidem calculati ſcuti tercenti ſexaginta pro valore lineæ Margaritarum, & ducenti ſeptuaginta pro valore mobilium, de quibus apparebat ex alio publico Inſtrumento ſub die 15. Martij 1603. nec non ſcuti octingenti quadraginta ab ipſis hæredibus Federici in rebus argenteis, & Picturis hæreditarijs, ac etiam in pecunia numerata iam antea ſoluti. Non autem aliæ partitæ ab ipſo Federico viuente tranſmiſſæ ad d. Cinthium, & ab eo exacte hic in Vrbe à Banchis DD. de Tictijs, & Scarlattinis ſub diebus 29. Nouembr. 1603. & 3. Martij 1604. & DD. Thomæ, & Fortunati de Baccellis ſub diebus 5. Ianuarij ac 30. Iulij 1607. & ex venditione ſex locorum Montis Farneſij ſpectantium ad eundem Federicum, trium ſcilicet ſub die 18. Nouembris 1607. & aliorum trium ſub die 18. Martij 1609. atque alii ſcuti centum ab ipſo Federico ſoluti ſub die 15. Martii 1606. vt conſtat ex libris dd. Mercatorum, ac Montis, & reſpectiuè ex apoca quietantiæ prædicti Cinthii legitimè extractis, ac recognitis, quæ omnes pecuniæ ſupputatæ cum aliis in d. Inſtrumento relatis clarè demonſtrant integram d. dotis, ac interuſuriorum ſolutionem, ac proindè contrariæ aſſertionis, & confeſsionis

4 d. Octauiani errorem. Bart. *in leg. inſtar ſub numer. 7. Cod. de iur. fiſc.* Pariſ. *conſ. 89. num. 27. lib. 1. cum alijs relatis per* Maſcard. *de probat. concl. 253. ſub num. 1. & ſeq. & per* Eſcobar. *de ratiocin. Adminiſtr. cap. 41. ſub num. 30.*

Ideoque nocere non poteſt Actoribus ad fideicommiſſum ſucceſſiuè vocatis, quibus hæres grauatus huiuſmodi confeſſionibus aliunde non iuſtificatis præiudicare non poteſt, ne aliàs fideicommiſſi euertendi occaſio ab illius voluntate dependeat ad *leg. certum §. ſed an, & ipſos ibique gloſſ. in verb. non puto ſufficere. ff. de confeſſ.* Gabr. *conſ. 118. ſub numer. 4. lib. 1.* Menoch. *conſ. 207. num. 1. cum ſeq.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 9. num. 10.* Peregrin. *de fideicomm. art. 53. num. 61. Rota deciſ. 154. ſub num. 1. p. 3. & deciſ. 77. num. 15. par. 5. & deciſ. 88. num. 20. & ſeq. part. 7. recen. & in Auximana fideicomm. 13. Ianuarij 1650. coram me in §. quoad dotes Lauræ, & Portiæ.* Eoque minus quando apparent erroneæ *leg. non fatetur ff. de confeſſ. leg. error facti Cod. de iur. & fact. ignor. leg. vnic. Cod. de err. calcul.* Gregor. *Ian. mem. deciſ. 522. num. 13. verſ. nec poſſunt praiudicare cum ſeqq.* Buratt. *deciſ. 912. num. 10. & in Eugubina erroris calculi 27. Februar. 1640. coram bon. mem. Pirouano in §. Attamen, & 10. Iun. 1641. coram Reuerendiſſ. Salamant. in prino.*

Vnde infertur nec officerre impoſitiones, ac venditiones Cenſuum, & alia à prædictis hæredibus grauatis geſta pro aſſerta ſatisfactione d. reſidui dotis, cùm ex eadem inefficaci, & erronea cauſa proueniant, nec maius robur præſeferant Caſtr. *conſ. 444. ſub numer. 1. part. 2.* Crauett. *conſ. 491. num. 30. Rota in Romana Domus ad Tranſtiberim 18. Iunij 1638. coram Eminentiſſ. D. meo Cardinal. Panzirolo in §. final.*

Deinde non obſtat quod amplitudo verborum, quibus fuerunt inter partes diſpunctæ rationes in d. Inſtrumento 18. Decembris 1609. videatur etiam comprehendere omnes prædictas ſolutiones à Federico antea factas. Quia verba illa generalia per Dominos maturè perpenſa verè referuntur ad res, & pecunias per d. Cinthium habitas à prædictis filiis, & hæredibus Federici, vt legitur in *verſ. Vlterius factis, ſolidatiſque inter ipſas partes computis, etc.* Non autem ab ipſo Federico, à quo ſicut ſpecialiter fuit declaratum traditam fuiſſe lineam Margaritarum, acconcium, & mobilia prædicta

valoris ſcut.630. in totum, licèt de illis
appareat publicum Inſtrumentum ſub
die 15. Martij 1603. vt in verſ. ſitq.
etiam quod poſtea, &c. & multo magis
facta fuiſſet mentio de alijs pecunijs
ab eo tranſmiſſis, ac ſolutis, & ex lo-
cis montium redactis, quarum vige-
bat eadem, & maior expreſſionis
6 ratio, cùm non iuſtificarentur ex pu-
blico Inſtrumento præcedenti, vt alia
expreſſa. Ideoque verba generalia ad
illius extendi non debent, ſed ad eas
reſtringi de quibus inter partes actum
fuit leg. emptor §. Lucius ff. de pact. leg.
ſi ita quis promiſerit §. fin. ff. de verb.
oblig. leg. ſi ex pluribus in princip. ff. de
ſolut. leg. ſi de certa C. de tranſact. Natt.
conſ. 546. numer. 10. & ſeq. Surd. conſ.
431. num 74. & deciſ. 217. ſub num. 6. ac
ſeq. Rot. deciſ. 542. ſub num. 2. par. 1. &
deciſ. 621. n. 4. par. 3. recent. & in Mace-
raten. Reddit. rationis 21. Iunij 1641. co-
ram bon. mem. Merlino in §. penultim.
verſ. conſenſus enim. Cum præſertim
hæredes Federici illas ignoraſſe cen-
ſeantur leg. final. ff. pro ſuo leg. qui in
alterius locum ff. de reg. iur. Surd. deciſ.
246. n. 8. & deciſ. 288. nu. 9. Rota coram
ſan. mem. Gregor. deciſ. 511. num. 28. &
in recen. deciſ. 315. num. 7. par. 4. tom. 1.
& deciſ. 314. num. 16. eadem p. 4. tom. 2.

Quinimo ſi dictæ partitæ in calculo
tunc facto à partibus fuiſſent compre-
henſæ, non ideo euitatur, ſed clarius
adhunc, apparet ratiocinationis error;
nam his omnibus ſupputatis, vt di-
ctum eſt, conſtat dotem atque interu-
ſuria debita integrè fuiſſet ſoluta, ſic-
7 que reſiduum crediti Cinthij ex hac
cauſa ibi firmatum in d. verſ. Vlterius
factis ſolidatiſquè inter ipſas partes com-
putis, &c. non eſſe verum atque inde
reſultat euidens alieni erroris demon-
ſtratio leg. ſi poſt diuiſionem Cod. de iur.
& fact. ignor. Bart. in leg. non fatetur ſub
num. 10. verſ. dic aut volò reuocare con-
feſſionem alterius, & ſeq. ff. de confeſſ.
Roland. conſ. 69. ſub numer. 48. in fin. &
ſeq. lib. 3. Socin. conſ. 25. numer. 3. lib. 4.
Crauett. conſ. 188. num. 9. Rot. cor. S. M.
Gregor. d. deciſ. 522. numer. 16. verſ. ap-
paret autem de errore, & in d. Eugubina
coram Reuerendiſſ. Salamant. in §. idem
comprobatur in fin. & in Bonon. de Berois
28. Iunij 1641. coram eodem in §. error
quidem probatur.

Nec releuat, quod pecuniæ per Fede-
ricum ſolutæ in d. Inſtrumento non
comprehenſæ ceſſerint, ſub cedere po-
tuerint in aliam cauſam; quia cùm nul-
la alia probetur inter eum, ac Cinthium
8 extitiſſe cauſa, ad quam congruè re-
ferri valeant (quales vigebant in deci-
ſionibus obiectis) nec debitorum cau-
ſarumque multiplicitas præſumatur
leg. ſi diuortio ff. de verb. obligat. Caſtr.
conſil. 128. in fin. verſ. tamen ex quo de
alio non apparet lib. 2. Rota coram Gre-
gor. XV. deciſ. 313. numer. 2. cum ſeq. &
in recent. deciſ. 516. ſub numer. 2. in fin.
par. 4. ad eam vtique ſunt referendæ,
quæ ſola ex publico Inſtrumento con-
ſtitutionis dotis filiæ probatur leg. ſi
cum dotem §. ſi pater ff. ſolut. matrim.
Crauett. conſ. 158. num. 13. Ceph. conſ.
198. num. 12. & ſeq. & in hac materia
reſpondit Rot. coram Greg. ſ. m. dec. 62.
n. 9. cũ ſeq. & deciſ. 468. n. 5. & ſeq. ac ge-
neraliter probat dec. 521. nu. 2. & in rec.
deciſ. 456. nu. 10. & deciſ. 647. n. 6. p. 4. &
deciſ. 299. num. 10. eadem par. 4. tom. 2.

Detracta igitur à debito hæreditatis
Federici d. partita dotis Iſabellæ, ac
cenſuum ob eam cauſam ab hæredibus
impoſitorum, vniuerſa æris alieni hæ-
reditarij ſumma reducitur ad ſcuta
mille pro dote Franciſcæ, quæ cum eſ-
ſet iam prædefuncta nullum vigebat
9 interuſuriorum dotalium onus, etiamſi
filij ſupereſſent, vt latè probauit Rota
in Romana fructuum Dotis 12. Maij 1625.
coram bon. mem. Cocin. apud Fenz. ad
ſtat. Vrb. deciſ. 91. & alias plures. Et
ad ſcuta 269. 37. pro duobus cenſibus
ab illo impoſitis, altero pro ſcutis
180. capitalis, annui redditus ſcut.
tredecim cum dimidio ad fauorem
Cleriæ Seueræ, ac altero pro ſcutis
50. capitalis anni redditus ſcutorum
quatuor ad fauorem M. Aurelij Lutti
cum fructibus decurſis, & non ſolu-
tis viuente Federico: Et ad ſcuta 259. &

bai. 29.

bai 29. circiter pro diuerſis alijs leuioribus debitis cum pluribus perſonis deſcriptis in Inſtrumento d. venditionis factæ Toſcanellæ conſtituentes in totũ ſummam ſcut. 1528. 66. circiter, pro quorum ſolutione, cùm nulli vrgerent Creditores, nec grauis nimium vſurarum neceſſitas de qua intendit *I. C. in leg. magis puto §. non paſſim in fin. ff. de reb. eor. ibique notat* Bald. *ſub num. 2. in fin. verſ. in textu ibi, vrgent, etc. et alij Doct.* Nam redditus hæreditarij ad ſcutos annuos tercentos, & octo aſcendebant iuxta calculũ exhibitum in *Summ. D. Toſcanella num. 27.* qui tum ex Inſtrumentis, tũ etiam reſpectiuè ex nota propria manu d. Octauiani eorum Auctoris iuſtificatur Greg. *ſanct. memor. deciſ. 172. num. 1.* Burat. *deciſ. 243. num. 7.* Picturæ autem à dictis hęredibus venditæ, bona mobilia, & credita, ac alia quædam domus in Caſtro Sancti Angeli in Vado ſita ad ſummã, ſcutorum 2063. *vt legitur in eodem Summa-*
10 *rio ſub num. 18. et infra dicetur.* Et pręterea aderant alia ædificia ab hac ipſa domo ſeparata vt infra etiam dicatur, Ideo non potuit validè fieri alienatio eiuſdem Domus contra expreſſam Teſtatoris prohibitionem, non interueniente præſertim Iudicis auctoritate, atque decreto, quo præſuppoſita neceſſitas iuſtificaretur, Bald. *in leg. final. §. et ſi præfatam ſub num. 4. ad fin. verſ. ſed quando eſt ſimpliciter relictum C. de iur. delib.* Gabr. *d. conſ. 118. num. 5. et ſeq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 40. ſub num. 28.* Monet. *de commutat. vlt. volunt. cap. 9. num. 128.* & poſt alios probat Giouagnon. *conſ. 22. à num. 5. & ſeqq. per tot. lib. 2. Rota d. deciſ. 301. nu. 12. & ſeq. par. 6. & fuit reſolutum in Bonon. fideicomm. de Rubeis 24. Mar. 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio in §. & ceſſat difficultas verſ. atque mens Papę, et in Lauretana Domus 14. Decembris 1643. coram R. P. D. meo Bichio in §. minus releuat.*

Altera verò cauſa ex eo deducta quod neceſſaria eſſet iuxta Teſtatoris præceptum eiuſdem domus perfectio, ac reparatio, in quam d. Toſcanella emptor iam impendiſſet vigore facultatis illi conceſſę in præcedenti Inſtrumento locationis ſub die 11. Auguſti 1609. celebrato, ſcuta 3370. & bai. 35. circiter, pariter ex facto refellitur; quia (præterquod nec eiuſmodi impenſę quantitas ſatisforte iuſtificatur in præiudicium fideicommiſſariorum ex geſtis inter illum, ac hęredes grauatos, quos conſtat in euerſionẽ d. fideicom. omni ſtudio intendiſſe falſa etiam aſſertione firmantes in Inſtrumento vẽditionis d. Domus die 14. Ianuarij 1614. celebrato, illam nulli fideicomm. purificato, vel purificando eſſe ſubiectam, licèt anno pręcedenti 1613. die 6. Nouembris apertum fuiſſet ipſis inſtãtibus teſtamentum paternum, in quo d. fideicomm. verbis expreſſis legitur, vt apparet ex actis publicis relatis in *d. Summ. D. Coſtantię ſub num. 12.* Non fuit ex hac cauſa facta alienatio, nec fieri poterat, cum ſpecialiter fuiſſet inter eaſdem partes conuentum in dicto Inſtrumento locationis, quod conductor teneretur domum perficere, ac reparare proprijs pecunijs illi reſtituendis in fine locationis de trienno in triennium renouandæ, quouſque locatores eas reſtituerent, vel ipſe conductor per annum ante finitum quinquennium ab ea velle ea recedere declararet (quod ab eo tunc factum fuiſſe non apparet) quo pacto ſatis prouiſum erat reparationi, ac perfectioni domus abſque eo quod ad alienationem illius à teſtatore enixis verbis prohibitam deueniretur. Satiùs enim, ac teſtatoris intẽtioni in d. teſtamento ſatis expreſſæ magis conſonum erat, quod vel annuę penſiones cumularentur ad effectum reſtituendi impenſam conductori, vel alia membra ab ea diſtracta, &
11 ſeparata venderentur, ſicque, & defuncti voluntate, & creditoris indemnitatis ſatisfieret, quam tota domus diſtraheretur, vt probat Gabr. *d. conſ. 118. ſub. d. num. 5. verſ. ſecundo, &c. & ſeqq. lib. 1.* Peregrin. *de fideicomm. artic. 40. ſub num. 26.* Giouagnon. *d. conſ. 22. num. 6.*

Digitized by Google

num. 6. ac num. 16. lib. 2. et Gratian. *diſceptat. 570. ſub num. 10. verſic. maximè quia, et ſeqquent.*

Deinde quia exceſſiua nimis erat huiuſmodi impenſa, quæ domus à Teſtatore ędificatæ valorem, vel excedebat, vel propè æquabat, itaut ſucceſſores illius cogerentur, aut ea perpetuo carere, aut alienare, quo caſu nec vtilis cenſeri poteſt, nec vocatis ad fideicōmiſſum præiudicare, quibus imprudētia, ſiue malitia hæredis grauati, vel alterius obeſſe non debet; aliàs enim maximè abſurdum eſſet, quod perfectio, ac reparatio domus à fideicommittente prudenter ordinata ad maiorem honorificentiam, ac longiorem illius conſeruationē detorqueretur in euerſionem eius voluntatis pro faciliori, ac ſecuriori eiuſdem alienatione; Si enim ille intendiſſet rem ita agendam fore, vt impenſarum exceſſu non ſolum additamenta, ſed quicquid etiam fuiſſet ab ipſo ædificatum abſumeretur, nullius ſanè prudētis iudicio id permiſſet: Itaque moderandę erant expenſæ ad formam inſtitutam, & vires hæreditatis, ne aliàs hæredes, ac fideicommiſſarij ſucceſſiuè vocati ab illius conſecutione remanerent excluſi, quod non eſt
12 permittendum, vt reſpondit *I. C. in l. in fundo, ff. de rei vend.* Bald. *conſ. 116. num. 4. verſ. ex præmiſſis apparet*, dicens non videri vtiliter geſtum quod ſarcinam imponit intolerabilem *lib. 1. per tex. in leg. ſed, et vltro §. 1. verſ. non autem utiliter. ff. de neg. geſt. et conſ. 372. num. 1. lib. 3.* Gail. *obſeruat. 12. num. 7. lib. 2.* & replicat Peregrin. *de fideicomm. art. 50. ſub num. 33. verſ. extra hos caſus in fin.* Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. caſ. 258. à num. 57. et plur. ſeqq.* Garz. *de expenſ. cap. 1. ſub num. 27. verſ. neque noſtrum ius, etc.* Mareſc. *reſolut. 110. nu. 29. lib. 2.* & fuit dictum *in Romana Domus 4. Decembr. 1619. coram bon. mem. Vbaldo apud Modern. de manut. deciſ. 149. num. 9.*

Tertia denique cauſa inde petita, quia ipſis venditoribus teſtatoris filijs competere detractio legitimæ; reijcitur ex receptiſſima Doct. ſententia, quod ratione non licet alienare bona paterna fideicōmiſſo particulari ſubiecta (qualis eſt d. domus) extantibus alijs in qui-
13 bus ſatisfieri poſſint *ad l. pater filium in princ. verſ. idem quęſit ff. de leg. 3.* Gabr. *dict. conſ. 118. ſub num. 5. et ſeq. lib. 1.* Surd. *deciſ. 316. num. 13. Rota deciſ. 113. num. 4. par. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 47. ſub num. 2. cum ſeqq. & deciſ. 77. num. 1. & ſeqq. part. 5.* Cardinal Seraphin. *deciſ. 760.* Buratt. *deciſ. 693. num. 10.* Præt. *de interpræt. vltim. voluntat. lib. 3. dub. 5. fol. 6. ſub numer. 14. verſic. & non valeret, &c. fol. mihi 365.* Peregrin. *de fideicomm. art. 4. ſub num. 32. verſ. contrarium, et ſeqq.* Odd. *de prohib. alienat. q. 34. num. 41. et ſeqq.*

Quod autem in hoc caſu alia ſupereſſent bona conſtat ex inuentario ab eiſdem hæredibus confecto ſub die 19. Auguſti 1609. in d. Summario numer. 21. & ex alijs inſtrumentis, ac teſtium depoſitionibus, quibus probatur, quod vltra d. domum magnam aderant aliæ domus, ac ædificia in Vrbe, comprehenſa in d. venditione tacta Toſcanellæ, & plura bona mobilia, argentea, & picturæ, quæ ſolæ fuerunt à Peritis æſtimatæ ſc. quinque mill. circiter, & quarum partem à dictis hęredibus venditam fuiſſe pretio ſcut. 1520. & ba. 70. partes conueniunt. Ac inſuper domus quædam in d. loco S. Angeli in Vado ab eis vendita pretio ſcutor. 550. monetę illarum partium concorditer reductæ ad ſcuta 366. monetæ Romanæ, vt conſtat ex publico inſtrumento ibidem num. 23. Preter creditum ſcutorum cenſum, & aliam tabulam depictam venditam ſcut. 76. 30. quæ poſteriores partitæ conſtituunt ſummā ſcutorum 2063. vt dictum eſt, & apparet ex d. Summario ſub num. 18. 21. & 22.
14 planè ſufficiētem pro ſatisfactione æris alieni ſupra firmati. In legitimam verò imputanda erant mobilia, & reliquæ picturę hæreditatis ad eorum manus peruentę, quarum nulla redditur ratio Peregrin. *de fideicomm. artic. 35. numer. 22. et ſeqq. Rota coram Seraphin. deciſ.*

deciſ. 1365. *num.* 1. *et in recentiòr. deciſ.*
680. *num.* 7. *par.* 1. *et deciſ.* 399. *ſub nu.*
39. *verſ. in hac tamen detractione, et*
ſequent. par. 5. Gregor. *deciſ.* 568. *nu.*
6. *et ſequentibus*. Fuſarius *de ſubſtitut.*
quæſt. 667. *num.* 14. *cum alijs addnctis*
per Moder. *Foroliuien. de legit. lib* 2. *tit.*
2. *quæſt.* 1. *num.* 7. *cum ſeq. et quæſt.* 6.
ſub. num. 4. *et ſeq.* Siue tanti valerent,
quanti fuerunt æſtimatę à Peritis for-
miter examinatis, quibus cum depo-
nant de ſpectantibus ad eorum artem,
bonaſq; aſſignent rationes, & infimum
referant pretium, vt ipſi conteſtantur
fides præſtari debet *leg. ſeptimo menſe*,
ff. de ſtat. hom. l. 1. *in princ. ff. de uentr.*
inſpic. cap. propoſuiſti de probat. Maſcard.
de probat. concluſ. 1169. *ſub nu.* 1. *et ſeq.*
per tot. ſan. mem. Gregor. *deciſ.* 125. *num.*
9. *et deciſ.* 161. *num.* 8. *et* Burat. *deciſ.*
790. *num.* 4. *et in alijs*. Siue aliquanto
minoris, prout Iudex veroſimilius, ac
probabilius æſtimabit *ad leg.* 3. §. *ideoq;*
Diuus, *ff. de teſtam.* Bart. *in leg. admo-*
nendi num. 15. *uerſ. pro cuius declaratio-*
ne, ff. de iureiur. Soc. *ſen. conſ.* 11. *num.*
6. *lib.* 3. Soccin. *iun. conſ.* 32. *ſub num.*
10. *et ſeqq. lib.* 2. *Rot. d. deciſ.* 399. *num.*
42. *verſ. ſuccurritur tamen fideicommiſ-*
ſario par. 5. *recent.* & ſi quid defuiſſet
deueniendum potius erat ad alienatio-
nem alicuius ex dictis ædificijs ab hac
domo ſeparatis eidem Toſcanellæ uen-
ditis, quàm illam diſtrahere, ut factum
fuit Bald. *in d. leg. magis puto*, §. *non*
paſſim num. 3. *ff. de reb. cor.*
Vnde infertur nõ aduerſari *deciſio Spo-*
letana fideicommiſſi 15. *Iunij* 1635. *corã*
15 *bon. mem. Merlino*. Quia in eo caſu bo-
na libera non ſufficiebant pro ſolutio-
ne æris alieni, erantque pluribus alijs
oneribus obnoxia, & domus illa vnica
erat, nec commodum patiebatur diui-
ſionem, vt ibi legitur in §. *quoniam pla-*
cuit reſponſio, & in §. *nec obſtat quod po-*
tuerit alienari pars domus: At in caſu
noſtro bona libera ſufficiebãt, nec alijs
erant affecta oneribus, & domus erant
pluribus corporibus diſtinctè, ac ſepa-
ratim locari ſolitæ, vt apparet ex Sum-
marijs vtriuſque partis.

Neque prædictis obſtat, quod teſta-
toris prohibitio, eius creditoribus prę-
16 ſertim hypotecarijs obeſſe non poſſet,
quibus competebat ius eligendi in qui-
bus bonis ſatisfieri mallent; Quia nulli
creditoris vrgebant, neque vigere po-
terant; Nam Iſabella, ſiue Cinthius
eius maritus erat ſatisfactus, vt dictum
eſt. Emptores autem cenſuum pro il-
lorum extinctione agere non poterant
attenta Conſtitutione ſan. mem. Pij V.
Gabr. *conſ.* 141. *num.* 8. *lib.* 2. Surd. *de-*
ciſ. 204. *numer.* 9. Buratt. *deciſ.* 580.
num. 1. *cum ſeq. & deciſ.* 545. *ſub num.*
1. Cæteri verò, vel hypothecam non
habebant, vel pauci erant, ac pro te-
nuioribus ſummis, quibus aliundè fa-
cilè poterat ſatisfieri *leg. magis puto*, §.
ſi pupillus, *verſ. item pręter*, *& ibi* Bald.
in §. *non paſſim*, *numer.* 3. *ff. de reb. cor.*
Gabr. *d. conſ.* 118. *ſub num.* 6. *verſ. quia*
17 *pro ære alieno non magno lib.* 1. Quare il-
lis non extantibus, vel non vrgentibus,
non licebat hæredibus, vt eis (licet hy-
pothecarij fuiſſent) ſatisfacerent, ceſ-
ſante etiam præ graui vſurarum impul-
ſu, domum particulari fideicommiſſo
ſubiectam alienare Bald. *in l. fin.* §. *&*
ſi pręfatam ſub num. 4. *verſ. ſi vero filius*
ipſe vendidit, *Cod. de iure delib.* Natt.
conſ. 110. *num.* 13. *& ſeq.* Gabr. *d. conſ.*
118. *ſub num.* 7. *ad fin. uerſ. nec refert lib.*
1. Franc. Viu. *deciſ.* 185. *ſub numer.* 11.
verſic. ſecundo, *&c.* Peregrin. *de fidei-*
comm. art 4. *num.* 25. *in fin. & d. numer.*
28. *uerſ. quinto quæro* Sfort. Odd. *de pro-*
hibit. alienat. quæſt. 33. *à num.* 42. *uerſ.*
ſi uero hæres pro ſuo credito conſequendo,
& alij ſupra citati. Eoque minus vt ſa-
2 non obſtantibus verbis indicantibus
perpetuitatem, *& conſ. 2. nu. 10. & conſ.*
3. num. 2. & conſ. 17. num. 20. 41. & 103.
& conſ. 156. num. 2.

Neque verba illa, ſcilicet ſubſtituit eiſdem, & cuilibet ipſorum filios, & deſcendentes, variant huiuſmodi interpretationem *l. Pater §. filium ff. de leg. 3. et ibi DD.* milies reſpondit Rota, & ſignanter *in Vrbeueſtana fideicom. 8. Aprilis 1586. coram Card. Hier. Panphilio canonizata coram Card.* Seraph. *deciſ. 1023. num. 3. 4. et 5 dupplicata in p. 4. diuerſ. 466. et rurſus in Ceſenaten. bonorum inter recent. p. 1. deciſ. 145. num. 1. et in deciſ. 316. num. 4. verſ. tamen dicebant DD.*

Et in puncto eorundem verborum, nimirum, *et eis, et cuilibet ipſorum adinuicem*, & viciſſim poſt Soccin. Sen. *in conſ. 69. lib. 3. et conſ. 104. nu. 5.* Ruin. *conſ. 101. num. 3. vol. 2. quos refert, et ſequitur.* Sfor. Odd. *conſ 45. numer. 33. et ſeq. et conſ. 46. num. 23. conſ. 68. num. 3. et 4.*

et 4. vbi bene reprobat Socc. Iun. & Cartium contrariū tenentes Menoch. *conſ.* 730. *num*. 4. & per totum refert, & ſequitur Fuſar. *de ſubſtit. quaſt.* 475. *nu.* 14. *et* 15. *et numer.* 44. *et ſeq.* vbi quod Rota Rom. ità ſenſit *in d. deciſ.* 466. *nu.* 2. *verſ. nec obſtat p.* 4. & confirmat *in conſ.* 17. *num.* 42. *cum pluribus ſequen. et conſ.* 30. *num.* 8. vbi plurimos *mihi fol.* 174. *Rota in Bononien. fideicom. de Bentiuolijs* 5. *Maij* 1621. *coram Coccino* impreſſa *in p.* 4. *recent. Tom.* 2. *deciſ.* 287. *per totam fol.* 354. vbi ad fertur ratio ſolidiſſima, ſcilicet, quod quando diſpoſitio poteſt parere effectum citrà multiplicationem nouorum fideicommiſſorum, nunquam multiplicandę ſunt ſubſtitutiones, & fideicommiſſa, & *in Florentina fideicom.* 28. *Iunij* 1638. *coram* Camillo *num.* 24. *et infra impraſſa, et in Florentina iuris patron.* 14. *Februarij* 1639. *coram Merlino impreſſa apud* Vitian. *de iur. patr. deciſ.* 120. *num.* 26. *fol.* 259. *et in Rom. Saluiani* 28. *Iunij* 1641. *coram Illuſtriſ. D. meo Decano Dunozetta.*

5 Ex quibus patet ſuffragari non poſſe ex aduerſo prætenſam confeſſionem de fide com. deductam ex inſtrumento diuiſionis, quia ſatis ex prædictis cō-
6 ſtat, eam eſſe erroneam, quo caſu nihil nocet confiſcenti, quamuis iuramento munita fuerit. Pariſ. *conſ.* 131. *nu.* 35. *et ſeq. lib.* 1. Gratian. *diſcept.* 501. *num.* 4. *et diſcept.* 706. *nu.* 58. *Rota in recent. deciſ.* 14. *num.* 36. *et deciſ.* 188. *nu.* 2. *p.* 6. & in terminis Confeſſionis emanatę in contractu diuiſionis, vna cum conſignatione, & clauſulis ampliſsimis renūciationis à Gratian. *diſcept.* 324. *n.* 1. *et diſcept.* 788. *nu.* 10. *Rota in recent. deciſ.* 490. *num.* 13. *et ſeq. p.* 4. *Tom.* 3. *fol.* 169. & in puncto confeſsionis de fideicomm. *Rota in recent. deciſ.* 283. *numer.* 16. *par.* 6. Fuſar. *conſ.* 1. *num.* 28. *vbi plurimos, etc.*

Quod autem Confeſsio prædicta ſit erronea etiam reſpectu conſumptionis legitimæ, & trebelianicę bene deducitur in facto, dum ſumus in deſcendentibus, qui non imputant fructus neque in legitimam, neque in trebelianicam, vt latè per Surd. *deciſ.* 21. *num.* 20. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *queſt.* 32. *numer* 56. Mangil. *de imput. quaſt.* 17. Fuſar. *conſ.* 185. *n.* 93. *& de fideicom. quaſt.* 660. *num.* 10. plurimos addens Buratt. *deciſ.* 922. *num.* 12. *fol.* 290. *Rota in recent. p.* 4. *deciſ.* 658. *num.* 3. *fol.* 319. *Tom.* 3.

8 Et quod mobilia quæ vſu conſumuntur non imputentur in legitimam *Rota coram* And. *deciſ.* 110. *num.* 12. *fol* 293. & ita fuit per Excellentiſſimos DD. Tres relatum Illuſtriſs. Magiſtratui, & iudicatum, &c.

Quare, &c. Saluo, &c.

Io: Tanaglius, &c.

DECISIO Prima.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non reditum pro Apoſtolis, tranſit in rem iudicatam. Amplia, vt num.* 2.

2 *Commiſſio prorogationis fatalium, quando ſuffragetur num.* 4.

5 *Reſtitutio in integrum non intrat ſine leſione etiam ad fauorem minoris.*

6 *Appellatio quando detur à delegato ad delegantem.*

7 *Nuntij Apoſtolici habent facultatem ad inſtar legati Apoſtolici.*

7 *Appellatio à Delegato Nuncij datur ad Nuncium Apoſtolicum. num.* 8.

9 *Stylus in ordinatorijs probatur ex atteſtatione extraiudiciali.*

10 *Defectus traſportationis actorum quando vitiet ſententiam.*

11 *Stylus, Verbalis traſportationis actorū Florentinus, aprobatur à Rota.*

12 *Sententia nulla quoad non citatum ſubſtinetur quoad citatum.*

12 *Procurator Pupilli debet cōſtitui per Tutorem, cum Decreto Iudicis.*

13 *Praſumitur validè conſtitutus, vt num.* 14. *& ſequen.*

16 *Sententia prima ſubſiſtentes tanquam lata contra Procuratorem Dominum litis effectum num. 17.*

18 *Procurator admiſſus non poteſt reiici.*

19 *Sententia lata prout in cedula abſque conſignatione cedulæ, quando ſubſiſtentur numer. 20.*

21 *Obſeruantia hinc inde probat ſtylum.*

22 *Citatio an requiratur ad videndum aperire cedulam.*

23 *Creditur Notario quando.*

24 *Reciproca quando reſtringatur ad totam hæreditatem, vel ad portionem hæreditariam diſcretiuè num. 27.*

25 *Præſertim in tranſuerſalibus.*

26 *Fideicommiſſa ſunt extendenda.*

29 *Dictio ad inuicem, quomodo importet reciprocam.*

30 *Clauſula in ſtirpes, & non in capita, an concludat reciprocam in tota hæreditate. num. 31.*

32 *Curtius iunior, & alij volentes reciprocam declarantur, num. 33.*

R. P. D. Cauillo Florentina Fideicom.

Lunæ 28. Ianuarii. 1638.

Conſtare de re iudicata, & conſequenter non eſſe locum reſtitutioni in integrum reſponderunt DD. quia ad fauorem Patruum Sanctæ Mariæ Nouellæ apparet in eorum ſummario *num. 2. & 3.* duas in partibus fuiſſe latas conformes a quarum vltima licet fuerit per DD. Soderinos appellatum, tantum ob non reditum pro Apoſtolis intra triginta dies, appellatio deſerta remanſit, *Clem. quamuis, & ibi gloſ. verb. videtur de appellat.*
1 Scacc. *de appellat. lib. 2. capit. 2. quæſt. 13. num. 24. & ſeqq. Rot. deciſ. 178. num. 2. part. 1. diuerſor. & in deciſ. 420. num. 2. part. 2. recent. & coram* Caualer. *deciſ. 194. num. 1. & coram* Gregor. *deciſ. 573. numer. 1. vbi Addent. num. 12.*
2 etiam ſi fuerit cauſa commiſſa, & obtenta inhibitio, vſque de anno 1625. cum non doceatur de eius executione, niſi ſub die 15. Aprilis 1636. quo caſu deſertio euitari non poteſt, & ſententiæ pro Patribus latæ ob lapſum fatalium ſine prorogatione in iudicatum tranſitum fecerunt, Auth. *& qui C. de temp. appellat. cap. cum ſit Rom. de appellat. Clem. ſicut, & Clem. ſi appellationem tit. eod.* Put. *deciſ. 31. lib. 2. in correct. Rot. deciſ. 665. num. part. 3. et deciſ. 220. num. 1. part. 4. et deciſ. 412. num. 3. part. 5. recent.* Ideo veniunt exequendæ Verall. *deciſ. 530. part. 1.* Veſtr. *in prax. lib. 8. cap. vltimo num. 8.*

Nec prorogatio valide deſumi poteſt ex commiſſione preſentata in actis
3 ſub die Aprilis anni præteriti cum facultate prorogandi fatalia quatenus durent, & quatenus ſint lapſa reſtituenda in integrum, prout de iure aduerſus eorū lapſum, tum quia poſt integrum triennium pluries decurſum nō eſt amplius agendum de prorogatione Staphil. *de ſignat. liter. iuſtitiæ in Rubr. fatalia, quor. vigor prorogen. num. 2. verſ. quæ debent fol. 751.* Marcheſan. *par. 3. de commiſ. prorogat. fatal. §. 1. num. 41. verſ. petiq. debet, et num. 88. verſ. ratio eſt,* Scacc. *de appellat. lib. 30. cap. 20.*
4 Tum quia dicta reſtitutio petita fuit longe poſt quadriennium à fine primi triennij, in quo dictæ Sententiæ tranſierant in iudicatum, & tamen de iure quælibet reſtitutio in integrum intra quadriennium continuum peti debet *l. fin. C. de tempor. in integr. reſtit. cap. 1. de reſtit. in integr. in 6. et Clem. 1. eod. tit. Rot. d. deciſ. 452. num. 4. part. 5. recent.* & in terminis commu. cum clauſola prout de iure aduerſus lapſum fatalium firmat Dec. *conſ. 436. nu. 7. verſ. 3. quia de iure cum ſeqq. vol. 2.* tum etiam
5 quia dd. ſententiæ ſunt validæ, & iuſtę, & ſic non poteſt in illis conſiderari læſio, ſine qua reſtitutio de iure non datur, nec etiam minori, ſeu cuiuis alteri priuilegiato *l. vtrum. §. reſtituit. ff. de minor l. nam poſtea §. ſi minor, ff. de iur. iurand. l. ſi ex cauſa iudicati, ff. de minor.* Natt. *conſ. 548. nu. 25.* Honded. *conſ. 34. num. 37. vol. 2.* Caual. *deciſ. 94. num. 2. Rot. deciſ. 335. num. 1. verſ. et ſucceſſiuè par. 4. rec.*

Quod

Quod autem dictæ Sententiæ ſint va-
lidę patet ex reuolutione actorum, &
quamuis contra eas plures opponãtur
nullitates, nihilominus ſatis dilucidãtur
ex reſponſionibus datis per informan-
tes pro Patribus Sanctę Mariæ.

Prima enim ex defectu iuriſdictionis,
eo quia ſecunda Sententia lata fuit per
Auditorem Nuncij Florentię, non ob-
ſtante, quod prima fuiſſet lata per Iu-
dicem ab eodem Nuncio deputatum,
non releuat, quoniam Sententiæ non
ſubſcribuntur à Nuncio, & ſic ad ipſum
bone potuit interponi appellatio à pri-
ma Sententia lata per Iudicem ab eo
delegatum, vbi autem Iudex ordina-
rius cauſam delegauit in prima inſtan-
tia, appellatio interponitur a dele-
gato ad ipſum delegantem, & non
ad ſuperiorem *l. 1. vbi* Bart. *ff. quis, &
à quo appell.* Scacc. *de appellat. lib. 3. cap.
2. quæſt. 8. num. 14.* Abb. *in c. dilectus 55.
num. 18. de appellat.* quod eo magis pro-
cedit in Nuncio, qui habet facultatem
7 adinſtar legati Apoſtolici, legatus enim
in illa Prouincia Papæ vices gerit. *card.
in cap. cum niſi ingnoretis num. 12. de off.
legat.* Guind ſalu. *de auth. legat. de La-
ter. lib. 8. quæſt. 87. num. 105.* Scacc. *de
appellat. quæſt. 7. num. 103. verſ. ratio*, &
propterea ad ipſum poteſt appellari à
Sentẽtia lata in ſuimet Triubanli, ita Fe-
lin. *in cap. gratum 20. num. 101. limit. 8.
de offic. delegat.* Scacc. *de appellat. quæſt.
17. limit. 2. num. 66.* attento præſertim
Inueterato ſtylo tribunalis Nuncij Flo-
rentini committendi cauſas ſecundæ
inſtantiæ alijs Auditoribus eiuſdem
tribunalis, quamuis alter Auditor pro-
nunciauerit in prima inſtantia, qui ſty-
lus eſt ſeruandus ex cumulat per *Rot. in
decis. 217. coram Buratt. num. 2.*

Et de dicto ſtylo ſatis conſtare viſum
fuit ex atteſtatione Petri Bonſi Cano-
nici Florentini data in ſum addit. Pa-
trum Sanctæ Mariæ Nouellę *num. 1.* qui
vti primus Auditor, Sententiam tulit
ad fauorem illorum de Soderinis, ideq.
demonſtant acta facta coram deputato
tanquã Iudex legiptimus, cui atteſta-
tioni, quamuis extraiudiciali deferen-
9 dum eſt ad effectum probandi ſtylum
in ordinatorijs *l. 3. §. ſed & diui vbi Flo-
rian. & Iacob. de teſtib.* Alex. *in l. dies
cautionn. § hoc autem num. 26. ff. de damn.
infect. Rot. in d. decis. 217. num. 3. coram
Buratt.*

Secunda nullitas deſũpta ex defectu
traſportationis actorum duarum ante-
cedentium inſtantiarum, quæ ſolemni-
tas deficiens potuiſſet viciare ſenten-
tias, deinde ſubſequutas, licet agere-
tur in cauſa profana ex tradit. per
Felin. *in cap. [illegible] S. Marię numer. 12.
10 de conſt.* Gabr. *de ſent. & re iudic. concl.
9.* Caſſad. *decis. 2. num. 16. de appellat.*
pariter ceſſat, nam dum cauſa agebatur
in eodem Tribunali, ac in officio eiuſ-
dem Notarij, vbi facta fuit expreſſa re-
petitio eorundem actorũ, vt in d. ſum-
mario additio. *num. 2.* & de ſtylo ſuper
hoc etiam teſtatur idem Bonſius, ne-
ceſſario ſequitur dicendum, quod acta
perinde habeantur, ac ſi fuiſſent facta
coram Iudice appellationis, argumen-
to text. *in l. ſingul. ff. ſi cert. pet. &
l. licet §. quoties, ff. de re iud.* Fulgoſ.
*conſ. 195. col. 2. verſ. cum itaque Rot. in
Rom. ſpolij. domus coram Mazzand. ſub
11 die 5. Ianuarij 1624.* & quod ſtylus re-
productionis actorum in hoc modo in
cauſis Fori Eccel. Florentini ſit atten-
dendus dixit *Rot. in d. decis. 217. num. 2.
coram Buratt.*

Tertia, & quarta ex defectu citatio-
nis Laurentij, ſeu eius legittimi Procu-
ratoris, attẽta precipue ipſius Laurentij
pupillari etate, ob quam cauſam de-
bebat Tutrix pro eo conſtituere Pro-
curatorem cum decreto Iudicis, non
ſubſiſtũt, quia vltra quod Sententia eſ-
12 ſet ſaltem valida contra Franciſcum ci-
tatũ *iux. text. in l. de vnoquoq. 47. ff. de re
iudic.* Seraph. *decis. 597. num. 5. Rot. de-
cis. 561. num. 13. part. 1. recent.*

Ceſſare videtur difficultas ex compa-
rictione Caroli Bottarij Procuratois
conſtituti per matrẽ Laurẽtij eiuſq; Tu-
13 tricem, & Curatricem cum indicatone
inſtrumẽti mandati Procurę, vt in *d.
ſum. addit. num. 4.* quæ aſſertio concur-
rentibus adminiculis, cum ſit veriſi-
milis

milis probat per ea, que tradit Crauet. in conſ.202.num. 48. & in terminis cõfeſſionis veriſimilis ſcribit Alex. in conſ.18. num.3.vol.3. Cuman. conſ.31. num.8. Mohed. deciſ.2. de confeſ. Seraph. deciſ.487. num.4. Rot. deciſ. 362. num. 8. in fin. part.1. recent.

Pro adminiculis vero adſunt enunciatio ipſius mandati, admiſſio pro ta-
14 li ab eadem parte, & nunquam de mãdato opponente productio iurium, ſubſtẽtatio litis, cum impenſa, vt in d. ſum. addit num.5. ex quibus mandatum præſumitur. Pariſ. de reſignat. lib.10. quaſt. 8. num 55. & ſeqq. Surd. conſ.355. num. 23. & 24. et Rota ſepius, et ſignanter. in deciſ.440. nu 6. part.2. recent. et coram Gregor. deciſ.44. et deciſ.324. vbi adden. num.6. præſumendum enim non eſt, quod Carolus voluit idem mandatum falſo vſurpare, vt in l. falſus creditor 44. §. falſus Patron. ff. de furt. Bald conſ.14. num.1. lib. 3. dum igitur mandatum præſumitur illud emanaſſe, præſumitur cum omnibus ſolemnitatibus requiſitis, vt actus dicatur validus l. cũ
15 in teſt. §. hec verba, ff. de hered. inſtit. et ibi Cin. & Bald. dicentes notabiliter id fingi preceſſiſſe, quod facit actum valere Caſtad. deciſ.21. de preben. Rot. deciſ.360. num.9. part.4. recent. Et in omnem euentum ſemper ſubſtinetur pri-
16 ma ſententia, tanquã lata corã Procuratore Dominũ litis effectũ poſt mortem Caroli ipſius Laurentij Patris, ſecutam ſub die 2. Maij 1621. vt in eorum ſummario num.2. & pronunciatio ſententiæ fuit ſub die 14. eiuſdem, vt in d. ſumm. addit. num.3. & quod contra Procuratorem tanquam Dominum litis effectum ſententia ferri poſſit eſt
17 text. in l. non ſolum, §. mortem, ff. de non. op. nunc. l. nulla dubitatio, vbi Alex. num.3. cum ſeqq. et Iaſ. in fin. C. de Procurat. Surd. conſ.99. num.5. Seraph. deciſ. 804. num.1. et deciſ. 1188. num.7. Gregor. deciſ.396. num.1. & nouiſſime fuit dictum coram me in Rauennaten. concordiæ ſub die 5. Martij præteriti.

Defectus mandati procuræ in perſonam Anſaldi comparẽtis pro Patribus Sanctæ Mariæ quæ eſt quinta nullitas, nec etiam obſtat, quia vltra quod ex ſubſtentatione litis per duas inſtantias per ipſum factas cum expenſis mandatum præſumitur, vt ſupra firmatum, corruit obiectum ex quo d. Anſaldus ſemper fuit admiſſus, & approbatus pro tali, vt in ſum. addit num.6.
18 quod ſufficit prout alias tenuit Rot. corã Seraphin. in deciſ.1407. nu.1. & poſtea coram Martin. Andr. in deciſ.28. numer.9. vbi aliæ concordantes adducuntur.

Sexta nullitas deſumpta ex publicatione Sententiæ poſt lapſum ſeptem menſium, licet haberet locum de iure communi cum ſententia lata, prout in cedula non ſubſtineatur quando con-
19 ſtat tunc temporis nullã ſententiã fuiſſe ſcriptam exhibitam, & publicatam ex tradit. per Pariſ. in conſ.49. num.41. lib. 3. Gratian. diſcept. 438. num.9. Rot. coram Gregor. deciſ. 546. num. 8. & in recent. deciſ.252. num.2. par.1. & deciſ. 510. numer.2. par.2. tamen ſecus dicendum eſt vbi contrarium de ſtylo ſeruatur.
20 Rom. conſ.367. numer.4. Franc. in l.1. de temp. appel. num. 6. Rot. deciſ. 705. numer.4. lib 3. par.3. diuerſ. qui ſtylus probatur ex eadem atteſtatione Bonſij d. ſum. addit num.1. ac ex obſeruantia
21 praticata ab eiſdem de Soderinis in ſententia ad eorumdem fauorem lata, & pronunciata ſub die 26. Martij 1620. publicata vero ſub die 21. Septembris eiuſdẽ anni, vt in d. ſum. addit. n.7. quod ponderauit Rot. coram Buratt. in deciſ. 304. num.3. cum ſeqq. & in Ianuen. pecuniaria coram Vbald. poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 363. verſ. tum, & eo, et facit deciſ. 606. numer. 7. coram eod. Buratt.

Septima, & vltima nullitas ex defectu citationis ad videndum aperiri cedulam Sententiæ, preterquamquod
22 tollitur ex eodem ſtylo de quo idem Bonſius ſum. addit d. num. 1. vbi quod, & ſi dicta citatio ommittatur non per hoc vitiatur ſententia, ceſſare videtur omnis ſcrupulus, cum ex facto conſtet preceſſiſſe dictã citationem, vt per atteſtatio-

teſtationem, quam de ea facit Notarius *d. ſum. addit. num. 7.* in iudicialibus, & in his, quæ ſpectant ad eius officium fides eſt adhibenda *cap. quoniã vbi gloſ. verb. duos, & ibi* Butr. *num. 35. verſ. oppono* Bart. *in l. 1. num. 1. & 2. C. de ponderat lib. 10.* Ruin. *conſ. 56. num. 15. lib. 1. Rot. coram* Buratt. *d. deciſ. 606. num. 12. et 13.* & ex his patet ſententias eſſe validas.

Quod verò ſint iuſtę, oſtenditur ex eo quod in illis declaratur fideicommiſſum prouenıens ex teſtamento q. Laurentij ſenioris non fuiſſe purificatũ ad fauorem DD. Franciſci, & Laurentij Iunioris cauſam habentium à Nicolao altero ex hęredibus inſtitutis pro portione obuenta Patribus Sãctæ Mariæ ex perſona fratris Iacobi filij Franciſci alterius, & hæredis, qui in ſeculo Philippus vocabatur, vt in arbore de qua in *ſum. num. 5.* & realiter ex verbis Teſtamenti non conſtat de tali fideicomm. reciproco, ita vt habeat locum de linea ad lineam, ſed tantum inter deſcendentes vniuſcuiuſque lineæ.

24 Teſtator enim inſtituit Nicolaum, Io. Franciſcum, & Franciſcum ſuos ex Bernardino fratre Nepotes equis portionibus, & deinde ſubdit ſub his verbis, & eos, & cuiuslibet eorum filios, & deſcẽdẽtes maſculos inuicem ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum in ſtirpes, & non in capita, vt in particula teſtamenti Summ. Patruum *num 1.* ex quibus conuincitur tres fuiſſe hæredes, treſq; ſtipites, & in quolibet ſtipite vnam reciprocam fuiſſe inductam ſingula ſingulis referendo iuxta interpretationem *gloſſ. in l. quaſtionem, verbo vniuerſitates, et* Angel. *num. 4. C. de fideicom.* adeo vt, cuilibet eorum decedenti proprij filij, & deſcendentdeſicantur ſubſtituti *cap. 1. in tit. de duobus fratribus à cap. inueſtiti* Caſtrẽſ. *conſ. 434. vol. 2.* Ruin. *conſ. 121. num. 8. lib. 2. et conſ. 115. numer. 12 et conſ. 134. num. 7 lib. 3.* Peregr. *de fideicom. art. 13. num. 72. prope fin. verſ. ideoque ſubſtitutus* Seraph. *deciſ. 1023. num 4. verſ. non obſtat*, & in puncto, imò in fortioribus terminis tenuerunt Cephal. *conſ. 430. num. 19. in fin. verſ. 2. cum plur. ſeqq. vol. 3.* Odd. *conſ. 45. à num. 29. verſ. 3. principaliter vſque ad fin. et pręcipue nu. 43. verſ. ad quintum*, Peregrin. *conſ. 37. num. 9. verſ. et in fideicom. vol. 3.*

Si quidem quotieſcumque teſtator duobus, aut tribus hæredibus inſtitutis poſt illos ſubſtituit etiam illorum filios, & deſcendentes in infinitum nõ dicitur inter iſtos reciprocam conſtituiſſe, vt liberi, & deſcendentes ab vno dicantur ſubſtituti deſcendentibus ab alio, ſed vniuſcuiuſq. liberi, & deſcendentes, dumtaxat in portionem proprij parentis, vt preter mox citatos tradunt in ſpecie Alciat. *in conſ. 87. num. 2. et 6. verſ. quod autem cum ſeqq. lib. 9.* Menoch. *conſ. 318. num. 33. et 34. et* Melius *in conſ. 376. numer. 10. 29. et 41. vol. 4.* Benett. *conſ. 18. num. 22. et conſ. 15. nu. 15. lib. 1.* Peregrin. *conſ. 43. num. 2. et 3. verſ. eſt etiam vol. 2. et conſ. 30. num. 2. et 3. et conſ. 37. num 9. Rot. deciſ. 145. nu. 5. et 316. num. 4. part. 1. rec.*

25 Quæ concluſio eo facilius eſt in præſenti caſu amplectenda, cum verſemur, non in deſcendentibus, ſed in tranſuerſalibus, quo caſu Rota ſolet ſemper inclinare contra fideicommiſſum, & ſic pro libertate bonorum. Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 7. num. 17. Rot. d. deciſ. 326. num. 4. par. 1. recent.* Materia namque fideicomm. eſt odioſa, & propterea dum diſpoſitio poteſt

26 parere effectum citra multiplicationẽ noui fideicommiſſi, nunquam cenſetur nouum fuiſſe inductum *l cũ Pater, §. vltimo, ff. de legat. 3.* Fuſar. *quaſt. 475. nu. 7. et conſ. 16. numer. 34. Rot. deciſ. 466. num. 3. p. 4. diuerſ. et coram* Seraph. *d. deciſ. 1023. num. 5.*

Inde cũ in caſu de quo agitur diſpoſitio poſſit parere effectum fideicommiſſi, nedum ſucceſſiui, ſed etiam reciproci in eadem linea, non debet inducere fideicommiſſum inter diuerſas lineas, & eo minus, quia reciproca de linea ad lineam, non inducitur niſi expreſſe dictũ ſit, vel ſit facta ſubſtitutio vltımo

Digitized by Google

vltimo morienti concurrentibus coniecturis neceſſarijs relatis per Mantic.
27 *de coniect. lib. 6. tit. 5. num. 15.* Peregr. *de fideicom. d. art. 13. num. 73. & conſ. 30. num. 5. & conſ. 37. num. 10. lib. 3.* Fuſar. *d. conſ. 17. numer. 15. 19. & 26.* Odd. *dict. conſ. 45. num. 41.* Seraph. *d. deciſ. 102. num. 6.* ponderata præſertim dictione illa cuiuslibet, cuius natura eſt omnes vocatos comprehende-
28 re diſtributiuè, et ſeparatim. Bart. *in l. non diſtinguimus 37. §. cum in plures ff. de arbitr.* Rol. *conſ. 70. num. 44. lib. 3.* Alex. *conſ. 175. num. 1. lib. 5. qui ſub n. 12.* dicit quod idem operatur hoc diſtributiuum, ac ſi eſſent factæ plures ſeparatæ diſpoſitiones. Paris. *conſ. 49. num. 3. & 5. lib. 2.* Bertaz. *claus 12. gloſ. 2. num. 1. ita ut tribuat in ſolidum perſonis nominatis, ſed diſtributiuè* Butr. *conſ. 29. num. 2.*

Non obſtat illa dictio ad inuicem ſit
29 in fine orationis poſita, ideoque ſicuti importat reciprocam inter deſcendentes vniuſcuiuſque lineę, eundem effectū operari debeat inter lineam, & alteram ex regula quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, omnia equaliter determinet, quia quotieſcumque verba poſſunt congrue referri ad vnum grauamen, non debent extendi ad plura. Peregr. *de fideicom. art. 13. n. 72. prope finem.* Seraph. *dict. deciſ. 1023. num. 4 5. 6. & 7.* Ex quo igitur fuit inducta reciproca inter primos Inſtitutos, non tamen ſequitur, quod deſcendentes ab eis ſint eodē onere grauati, poſſunt enim intelligi inuicem ſubſtituti deſcendentes Nicolai in portione Nicolai, deſcendētes Io. Franciſci in portione Io. Franciſci, & deſcendentes Franciſci in portione Franciſci, ita eleganter Menoch. *in d. conſ. 982. num. 4. &* Fuſar. *conſ. 3. per tot.* & hoc importat illa dictio cuiuslibet ex ſuperius allegatis.

Non obſtat clauſula in ſtirpes, & non
30 in capita, quoniam illa potius videntur appoſita ad decidendam queſtionem, an ſcilicet, ad hereditatē patrui debeat ſuccedi in ſtirpes, & non in capita ſecundum diuerſas DD. Sententias vt firmatur *In Bononien. de Bentiuolijs 5. May 1621. coram Illuſtriſſ. D. meo Decano*, & ſic intelligi debeat in qualibet linea fieri quidem poterat, quod Nicolaus ſuperſtitem reliquiſſet vnum filiū, & tres nepotes ex altero filio, & tunc rectè applicabatur diſtributio in ſtirpes, & non in capita. Fuſar. *in d. conſ. 3. numer. 4. cum ſeq.*

His itaque firmatis non aduerſantur
31 Bart. *deciſ. 9. &* Seraphin. *deciſ. 934.* cum loquātur in diuerſis terminis, Teſtator enim ibi vocauerat primos hæredes, & eorum filios, & deſcendendentes, & quemlibet eorum, deinde ſubſtituerat, & ſic hęreditas tota erat peruentura ad vnum ex nominatis, inde nil mirum ſi inducebatur reciproca peruenire, namque ad vnum haud poteret hæreditas, niſi inter illos reciproca adeſſet, & ibi verba non ſolum erant apta inducere reciprocā de vna linea ad aliam; ſed de neceſſitate verba cogebant interpretari, vt reciproca fuiſſet inducta de vna linea ad aliam, quę diſtributio in preſenti nō datur, cū commodiſſime in qualibet linea poſſint recipere illam reſtitutionem, quæ in fideicommiſſis tanquā in materia odioſa fieri debet, ex late trad. per Onded. *conſ. 2. num. 25. & ſeqq. & conſ. 8. num. 4. lib. 1. Rot. coram* Seraph. *dict deciſ. 1023. numer. 2. & deciſ. 596. numer. 4. part. 1. recent.*

Prout nihil facit deciſio Florentina facta ſuper hoc eodem fideicommiſſo, quia ex doctrina ibi allegata, vt patet ex eius lectura firmatur tantum adeſſe reciprocam inter filios, & deſcendentes Nicolai vnius ex tribus Inſtitutis ad excluſionē Creditorū Bernardi filij dicti Nicolai, & ideo non applicatur, cū hodie non controuertatur reciproca in qualibet linea, ſed de linea ad lineā.

32 Nec releuant Curt. Iun. *conſ. 10. num. 5.* Socin. Iun. *conſ. 78 num. 25. lib 3.* Gabr. *conſ. 110. num. 17. lib. 2.* Eugen. *conſ. 21. numer. 19. lib. 2.* Decian. *conſ. 43. num. 3. lib. 1.* Menoch. *conſ. 34. n. 23.* Fuſar. *dict. queſt. 475. num 38. & 41.* quos

41. quos dicebatur fieri in terminis verborum inſtitutionis de qua agitur conſuluiſſe contrarium.

Quoniam à primo vſque ad vltimum non ſubſtinent reciprocam ex ſola vocatione deſcenſiua, & actiua, ſed adiuncto aliquo ſigno, & conectura volun-
33 tatis Teſtatoris, quod ſcilicet vltimus vocatus habere deberet totam hæreditatem, ita vt id aliter contingere non poteſt; quam per repetitam reciprocã inter filios filiorum diuerſæ lineæ, prout ſingulis ſigillatim reſpondet Fuſar. *in d. conſ. 3. a num. 9. vſque ad fin.* ita Curt. ſe declarat *in verſ. 2. pub. litr.* ibi *reciprocam ſaltem eſſe cauſatam ex alijs ſubſequentibus verbis Teſtatoris* in quantum poſt mortem omnium inſtitutorũ, & ſubſtitutorũ ſubſtituit fœmiminas in tertia parte hęreditatis, & alias perſonas in duabus tertijs Socc. *num.* 28. fatetur fuiſſe rationem agnationis conſeruandę. Gabr. *ſub num.* 20. refert in caſu ſuo contineri alia verba, ita quod hæreditas, & bona ipſius Teſtatoris continuo, & perpetuo perueniãt gradatim de vno ad alium deſcendentem ex dictis ſuis Nepotibus & ſic de alijs, qui non ſimpliciter ſubſtinent opinionem reciprocæ ſubſtitutionis ex verbis adinuicem ſub vnico verbo ſubſtituit, prout ponderat Eugenius *in dict. conſ.* 21. *ſub n.* 19. ſed quia ex alijs verbis importantibus neceſſitatem implendi voluntatem Teſtatoris concludunt pro reciproca de linea ad lineam, quæ cum deficiant in caſu de quo agitur, meritò reſponſum fuit reciprocam non adeſſe de linea ad lineam, ſed tantumdem inter deſcendentes vniuſcunque lineę.

Maxime quia DD. ſupracitati pro cõcludenda reciproca loquuntur in fortioribus terminis, nam Odd. loquitur in caſu in quo Teſtator dixerat eos, & quemlibet eorum adinuicem, & viciſſim, & cuiuslibet eorum hæredes, & ſucceſſores ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicõmiſſum. Menoch. *in d. conſ.* 982. loquitur de diſpoſitione ſic concepta filios, et deſcendentes vſque in infinitum maſculos adinuicem, reciproce, vulgariter, pupillariter, et per fideicõmiſſum ſubſtituit omni meliori modo, etc. et Fuſar. *in a. conſ.* 30. loquitur de verbis in quibus fratres, et eorum liberi, et deſcendentes fuerant inuicem ſubſtituti.

Ex quibus cenſuerũt DD. in caſu controuerſo reciprocam deficere de linea ad lineam, et ſic nullum ius competere DD. Franciſco, et Laurentio de Soderinis deſcendentibus de linea Nicolai inſtituti ſuper bonis poſſeſſis per Patres Sanctę Mariæ Nouellę ex perſona fratris Iacobi deſcendentis de linea Franciſci ſenioris alterius inſtituti, et conſequenter non conſtare de leſione, ſine qua non datur reſtitutio in integrum, et propterea ſententias ad fauorem Patruum prolatas, ac in iudicatum tranſactas eſſe validas, et iuſtas.

Et ita vtraque parte informante, etc.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Vltimum attentatum in primis eſt purgandum, & vltimum ſpolium.*

2 *Præuentio ob præſentationem reſcripti operatur, quod proceſſus vigore alterius reſcripti, poſtmodum præſentati ſit attentatus. num. 3.*

4 *De legatus quomodo ſuſpectus dicatur. num. 5.*

6 *Improbum eſt delegatos ſuſpectos, ſtatim fulminare ſententiam ad impediendam auocationem.*

8 *Ad iurandum ſuſpectum, ſicut requiritur ſpeciale mandatum, ità ſine ſpeciali mandato nõ poteſt Procurator Iudicem recuſatum per principalem, reſtaurare.*

7 *Delegatus ratione emergentis, & illius grauaminis debet in primis reuocare Decretum, quod dedit cauſam appellandi. num. 9.*

11 *Procurator in vna Ciuitate non poteſt citari ad comparendum in aliam Ciuitatem. & ſeq*

13 *Cedula ſententia debet ſaltem intra terminum exhiberi.*

14 *Boni Iudices amouent Cauſam appellandi, & non multiplicant decreta.*

15 *Nullitas, ſinè iniuſtitia excludit rem iudicatam.*

16 *Sententia quæ non iuſtificatur ex actis eſt nulla.*

17 *Ceſſat Iudicium diuiſorium, vbi negatur communio, & agitur rei vindicatione. num 18.*

19 *Vbi agitur pro deuolutione, dominium plenè probandum eſt, neque eſt ſatis Inſtrumentum inueſtituræ. num. 20.*

21 *Poſitiones ſine ſpeciali mandato fieri nequeunt per Procuratorem.*

22 *Diuiſio inter compranſos rei emphitheuticæ non operatur, vt per mortem diuidentis deuoluatur rata ad D. directum.*

23 *Rotę opinio, vt Trebellianica filijs primi gradus prohiberi poſſit, ſeruari omnino debet in Curijs Eccleſiaſticis.*

24 *Vbi Pater prouidit, quod ſi filij detrahere præſumpſerint Trebelianicam, cenſeantur inſtituti in ſola legitima, cauit optime ad prohibitionem Trebelianicæ.*

ARETINA
Prætenſæ Diuiſionis.

P.R. Neclarum ius DD. Camilli, & Fabij de Bolſis inter latebras facti obumbretur, præmitto quod Sanctes Antonij de Bolſis eorum Auus paternus in teſtamento cum quo deceſſit, rogato 15. Septembris 1573. ſub artiſſimo fideicommiſſo ſubſtituit adinuicem, & reciprocè in omnibus bonis ſuos filios, & deſcendentes maſculos in infinitum ſuſceptos ex duplici matrimonio, inhibendo Antonio Mariæ, Camillo, & Pompilio, natis ex ſecundo matrimonio, ſtrictiſſimè omnem, & quamcunq; alienationem, & detractionem trebellianicæ, quam ſi quilibet eorum detrahere prætenderet, declarauit eum tali caſu inſtitutum cenſeri in ſola legitima, vt latius in Teſtamento, in proceſſu Rotæ Florent. *fol. 56. in ſum. num. 1.*

Deceſſit Antonius Maria natus ex ſecundo matrimonio, hærede ſibi inſtituto Pompilio eius germano, qui duxit in vxorē D. Ioannam Senatoris Caroli de Spinis, cui inter viuos dicitur donaſſe omnia ſua bona, &c.

Orta propterea lite occaſione d. donationis inter deſcendentes d. Teſtatoris ex ſecundo Matrimonio cum d. Donataria, quia bona D. Antonij Mariæ, & Pompilij Donatoris erāt obnoxia d. fideicōmiſſo purificato ad fauorem DD. deſcendentium d. fideicōmittentis, propter obitum abſq; filijs, terminata fuit ex ſententia Rotæ Florentinæ, quæ calculata legitima, & trebellianica, & omnibus iuribus competentibus d. D. Ioannæ Donatariæ, tam ex perſona Pompilij eius viri, quàm reſpectu hæreditatis Anton. Marię (tranſfuſæ in patrimonium eiuſdem Pompilij vigore aditionis hæreditatis) declarauit d. D. Ioannam Donatariam remanſiſſe creditricem, detractis debitis, in ſumma ſcutorum 700. etiam computata legitima, & trebellianica, vt in proceſſu Rotali *fol. ſum. num. 2.*

Succeſſiue de anno 1645. die 24. Aprilis DD. Canonici Aretini aduerſarij per viam libelli mouerunt iudicium ordinarium diuiſorium coram Vicario Aretino, exponendo dd. DD. Camillum, & Fabiū noſtros principales poſſidere vna cū ipſis DD. Canonicis pro indiuiſo nonnulla bona emphyteutica deuoluta ad eorum menſam Capitularem ob lineam finitam d. D. Ioannæ de Spinis donatariæ, vt in *proceſſ. 1. fol. 1. ſum num. 3.*

Et quia d. Vicarius nulla præuia iuſtificatione d. deuolutionis, & communionis elegit peritos, ſeù arbitros diuiſorios, *vt in ſum. num. 4.* dedit cauſam appellandi dd. DD. de Bolſis ad Nunciaturam, cuius Auditor ſeruatis ſeruandis, tandem pronunciauit pro manutentione DD. Canonicorum pro rata dictæ ſententiæ Rotalis, ſcilicet

ſcut.

ſcut. 700. vt in ſecundo proceſſu *fol. 16. in ſum. num. 5.*

Quę ſententia fuit confirmata in gradu appellationis per delegatum Apoſtolicũ, *vt in 3. proceſſ. fol. 13. in ſum. n. 6.*

Commiſſa rurſus cauſa appellationis ad inſtantiam DD. Canonicorum D. Rouaio, ipſe primo loco confirmauit eandem ſententiam cum hac reſeruatione, ſcilicet pro ea tantum parte, in qua diuiſio ad formam ſententię Rotalis reſpectu quotæ, vel quantitatis nullum infert præiuditium DD. Canonicis Aretinis, *vt in 4. proc. fol. 65. in ſum. num. 7.*

Deinde verò idem Iudex pronunciauit diuiſionem eſſe faciendam ad formam d. ſententiæ Rotalis, ſed pro ſumma ſcutorum trium milium octingentorum octuaginta ſeptem, *vt in d. 4. proceſſ. fol. 210. in ſum. num. 8.*

A quibus DD. de Bolſis commiſerunt cauſam per Breue Vicario Florentino, tunc exiſtenti bon. mem. Leonardo Dato, qui iuxta ſtylum pronunciauit, prout in cedula pœnes ſe retenta publicanda infra terminum Conſtitutionũ Synodalium, *vt in 5. proceſſ. fol. 16. in ſum. num 9.* quam tamen cedulam, cum non exhibuerit etiam poſt plures prorogationes factas per ambas partes, iuxta ſtylum, dedit cauſam appellandi, & de nullitate dicendi, *vt in 5. proceſſ. fol. 16. in ſum. num. 10.* quæ commiſſa, deinde fuere D. Canonico Galileo, cum clauſula, iuſtificato grauamine, & conſtito de negata iuſtitia, *vt in 6. proceſſ. fol. 5. in ſum. num. 11.*

Cum autem grauamen, & denegata iuſtitia eſſet notoria, quia Iudex tenebatur cedulam pœnes ſe retentam, exhibere infra terminum prorogationum iuxta ſtylum, Dominus Galileus proceſſit ad vlteriora, à quo Decreto DD. Canonici cõmiſerunt cauſam appellationis D. Canonico Pettinino Piſano, quo ſuſpecto ſtatim iurato, & expeditis litteris auocatorijs præſentatis coram Domino Canonico Gianfiliazzio, *vt in 8. proceſſ. fol. 9. in ſumm. numer. 12.* ipſe contra omne ius, remiſit cauſam ad D. Rouaium, ratione cuius pronunciæ (non negatur) quod Procurator DD. de Bolſis, adiuit rurſus Nunciaturam, & ſic eundem Auditorem, qui pronunciauit, prout in *ſumm. num. 5.* ſed DD. de Bolſis animaduertentes Nuncium nõ poſſe procedere, cum ſemel pronunciauerit, idcirco non approbantes factum Procuratoris, qui ad iſtum effectum eis præiudicare non poterat ſine ſpeciali mãdato omnino neceſſario ad prorogandam iuriſdictionem, idcircò obtinuerunt Cauſam appellationis, &c. nullitatis, &c. & reſtitutionis in integrum à dicta ſententia D. Pettinini committi D. Archipresbitero Rinuccino, *vt in 9. proceſſ. fol. 3. in ſum. num. 13.* coram quo Iudice pręſentato breui die 26. Martij, & die 8. Aprilis proximi præteriti facta inſtantia procedendi ad vlteriora, ex aduerſo procurator DD. Canonic. illum ſuſpectum iurauit, nulla allegata cauſa, &c. quapropter idem Iudex poſt varias inſtantias hinc inde, tandem ſub die 18. Aprilis monuit partem recuſantem ad docendum de Cauſis ſuſpitionis, *vt in d. proceſſ. 9. ex fol. 14. ſum. nu. 14.* Quapropter nulla cauſa allegata ſuſpicionis prędictæ, tandem ſub die 13. Maij, poſt plures terminos, & dilationes aſſignatas à D. Rinuccino pronunciauit, prout in cedula pęnes ſe retenta, *vt in d. 9. proceſſ. fol. 13. in ſum. num. 15.* quam iuxta ſtylum deinde exhibuit, & fuit confirmatoria ſententiæ Nuncij, *vt in ſum. num. 16.*

At *DD.* Canonici, licet debuiſſent, ſi habebant ſuſpectum *D.* Rinuccinum ab eo auocare cauſam, attentare maluerunt in præiudicium litis pendentiæ coram *D.* Rinuccino, & eius inhibitionis præſentando Iudici Synodali Burgenſi auocatoriam à dicto Auditore Nuncij, de qua in *ſum. n. 17.* omnino intempeſtiuam, quia vt dixi *DD.* de Bolſis iam reprobato facto eorum Procuratoris ſponte à Curia Nunciaturæ receſſerant præſentando Breuẽ Apoſtolico corã *D.* Rinuccino ſub die 26. Martij proximi, *vt in d. ſum. d. n. 13.*

S 2 &licet

& licet eo magis DD. Canonici abſtinere debuiſſent ab huiuſmodi præſentatione auocatoriæ, & proceſſu ad vlteriora coram D. Burgen. non ſolum, quia illico fuit iuratus ſuſpectus, vt in *ſum. num.* 18. ſed etiam, quia detegebatur falſa expreſſio DD. Canonicorũ in literis dictę auocatorię in dicto *ſum. num.* 17. dum dicitur, non fuiſſe appellatum, proſequtam cauſam appellationis à ſententia D. Pettinini, dum re vera illa pendebant coram Domino Rinuccino in *ſum. num.* 13. nihilominus obſtinatim coram D. Burgen. procedere voluerunt, attentate extorquendo ſententiam, vt in *ſum. num.* 9.

Tandem DD. Canonici narrantes Sãctiſs. ſententiam Burgen. & ſententiã D. Rinuccini obtinuerunt committi cauſam D. Mancino Politiano, cũ clauſula conſtito de re iudicata, ſin minus cauſam appellationis, vt in *ſum. nu.* 21. ſed poſt introductam coram ipſo cauſam, & firmatam iuriſdictionem proceſſerunt ad aliud attentatum coram eod. Burgen faciendo declarari DD. de Bolſis eſſe excommunicatos cum affixione cedulonum, vt in *ſum. num.* 20. Quæ fuit per d. D. Lelium Mancinum reuocata, tanquam attentata, vt in *ſum. num.* 21. Verum quia ante purgationem huiuſmodi attentati in eadem ſententia D. Mancinus declarauit, attentatum proceſſum D. Rinuccini, licet potius debuiſſet reuocare tamquam attentatum integrum proceſſum corã Burgen. idcirco interpoſita appellatione per DD. de Bolſis, & per D. Mancinum admiſſa ſupplicatur pro commiſſione, quæ non videtur deneganda.

Nam quod totus proceſſus corã Burgen. eſſet attentatus non poteſt controuerti. Primo, quia iam erat introducta cauſa cum omnibus annexis coram D. Rinuccino, vt in *d. ſum. num.* 13. ergo attentauerunt dum abſq; præuia auocatione præſentauerunt Breue d. Burgen Rota *deciſ. 6. vt lit. pend. innou.* licet enim contineret auocatoriam à D Auditore Nuncij hæc erat inanis, & ſuperflua, cum principales mei, iam reprobato facto procuratoris, à quo erant innoxij cum non haberet speciale mandatum ad prorogandam iuriſdictionem, ex Breui Apoſtolico feciſſent Iudicem D. Rinuccinum, & ideo ab eo erat auocanda cauſa ſi volebant, vt Burgen. citra vitium attentatorum cognoſceret contenta in delegatione D. Rinuccini.

Secundo eſt attentatus ſtante ſuſpicione, & appellatione ab vlteriori proceſſu vt in *ſum. num.* quod vitium obiei non poteſt contra proceſſum D. Rinuccini, quia ille, præfixit terminum ad dicendam cauſam ſuſpicionis, *vt in ſum. num.* ſi igitur DD. Canonici neglexerunt, vel deducere cauſas ſuſpicionis ad Signaturam, quæ iudicat loco arbitrorũ, quamuis Dominus Rinuccinus latum ocium illis conceſſerit differendo expeditionem cauſæ, vt liquet ex *ſumm. num.* vel ſaltem eas allegare noluerunt coram ipſo, ſibi imputent, quoniam culpa fuit ipſorum prætendendo habere iudicem Burgen. cuius iuriſdictio non poterat reuiuiſcere, abſq; auocatoria ab eodem D. Rinuccino.

Et licet idem procurator conſtitutus in ſcriptura allegantes ſuſpectum eumdem Burgen. exhibita per D. Cammillum de Bolſis, feciſſe dicatur deinde quaſdam inſtãtias ex quibus ex aduerſo arguitur conſenſus in iuriſdictionẽ, tamen argumentum eſt fragile, nam vltra colluſionis ſuſpicionem, certum eſt, quod procurator abſq; ſpeciali mãdato, ſicut non poteſt iurare ſuſpectum Iudicem, ita ſuſpectum iuratum à principali non poteſt ſponte admittere, & præſertim in præiudicium litis pendentiæ coram D. Rinuccino.

Nec quicquam facit prætenſio rei iudicatæ, quia vltra quod attentata, etiã ſint purganda, quando præſertim fuerunt commiſſa in ſpretum Iudicis cognoſcere debentis ſuper re iudicata, vt contingit in caſu noſtro, procul eſt etiã omnis color huiuſmodi prætenſionis, quia prætendere quod ſentẽtia D. Rouai tranſiuerit in rem iudicatam, quia D. Da-

D. Datis b. m. infra terminum Synodale, actualiter non exhibuit cedulam eſt nimis leue argumentum, cum talis actus cauſet nullitatem, non autem faciat tranſire in rem iudicatam ſententiam, de cuius infirmatione, vel confirmatione agebatur.

Si verò prætendunt tres conformes, eo quia ſententia D. Pettinini, de qua in *ſum. nu.* fuerit quodammodo cõfirmata à D. Gianfigliazzio, d. *ſum. nu.* magis inane eſt: Etenim ſententia D. Pettinini non ſolum eſt nulla ob ſuſpicionem iuratam cum ſubſequta auocatione, vt in *ſum. nu.* ob defectum citationis, quia fuit decreta contra principalem, & exequtioni de mandata contra D. Alex. Lerium procuratorem in Curia Florentina, non in loco Iudicij moti.

Sed etiam quia non eſt reuocatoria decreti Iudicis, à quo prout neceſſe erat, & redarguitur de notoria iniuſtitia, exceditq; fines commiſſionis, quia remittit cauſam pro exequenda re iudicata ad D. Rouaiũ, quod munus eſt Apoſtolicum, & ſignaturæ commiſſũ non Pettinino, qui vt ipſemet fatetur in ſententia nullam profitetur ſibi deuolutam fuiſſe iuriſdictionem.

Qui exceſſus grauius vrgent contra ſententiam D. Gianfiliazzij eiſdem infectam defectibus, quia ſui muneris erat comperta in validitate auocationis à Pettinino ſe abſtinere ab exercitio iuriſdictionis, non autem reſcribere pro executione facienda Domino Rouaio, vt fecit. Data etenim inualiditate auocationis à D. Pettinino, bene ſequitur nullam fuiſſe ſibi traditam iuriſdictionem, non autem quod DD. Bolſij, ſint obnoxij exequtioni ſententiæ D. Rouai, ſiquidem deficiente auocatoria ſupereſt appellationis remedium à ſententia D. Pettinini, prout commiſſum fuit D. Rinuccino, & ideo gratis fuere dicta verba, nec poſſunt facere conformitatem cum ſententia Pettininij ſuper negocio principali, &c.

Quare, &c.

R.P. Signanda videtur commiſſio appellationis *DD.* de Bolſis à ſententia *D.* Lelij Mancini, quia quãdo etiã proceſſui coram *D.* Archipræsbitero Rinuccino, obici iure poſſet vitium attẽtatorum: Nihilominus, non purgato vltimo attentato, commiſſo per *DD.* Canonicos, canonizato per eiuſdem ſententiam, non potuiſſet ad fauorem attentantis pronunciari ſuper alio attentato, cum in primis, & ante omnia vltimum attentatum ſit purgandum,

1 *cap. fin. de ad ord. cognit. Rota in Vrgelſ. Beneſ.* 16. *Maij* 1594. *coram* Arigon. *inter diuerſ. p.* 4. *deciſ.* 870. quemadmodum contingit de vltimo ſpolio, *Rota coram* Greg. *deciſ.* 485. *num.* 12. *& deciſ.* 500. *num.* 10.

Ergo multo magis, cum innoxius ſit proceſſus *D.* Rinuccini, noxius Burgenſis, inceptus longè poſt præuentionem D. Rinuccini, quæ cum euacua-

2 uerit reſcriptũm Burgen. *Rota in recent. p.* 5. *in append. deciſ.* 461. *nnmer.* 1. *fol.* 104. Burat. *deciſ.* 109. *num.* 6. *in recent. deciſ.* 289. *p.* 6. *D.* Gratioſ. *de cit. cap.* 9. *num.* 22. operatur, vt omnia ſubſe-

3 quuta coram Burgen. vitio attentatorum notentur. *Rota deciſ.* 6. *vt lit. pend. innou. & in recent. p.* 1. *deciſ.* 478. *num.* 3. *& p.* 2. *deciſ.* 393. *num.* 1. *in fine*, Gregor. *deciſ.* 465. *num.* 8. licet enim iuratus fuerit ſuſpectus *D.* Rinuccinus quemadmodũ Burgen. per meos principales, tamen pendente cauſa ſuſpicio-

4 nis coram *D.* Rinucc. non potuit alius adiri Iudex, *c. ſi contra* 4. *de off. & poteſt. Ind. deleg. in* 6. *cap. ſuſpicionis cauſa* 39. *de off. deleg.* ac proinde cum monitus fuerit Procurator *DD.* Canonicorũ pro dicendis cauſis ſuſpicionis, & nihil deduxerit, citrà vitium attentati procedere potuit Dominus Rinucci-

5 nus, *vt eſt tex. in cap. ſuſpicionis cauſa* 39. *de offic. & poteſtate Iudic. delegat.* ibi. *Suſpicionis cauſa contra Iudicem allegata non ipſe, (qui forſan prouocatus obeſſet) ſed arbitri potius coram quibus probatio eſt facienda, &c. & in c. ſi contra* 4. *de off. & poteſt. Iud. deleg. in* 6. ibi *Si contra vnum ex duobus Iudicibus cũ illa clauſu-*

clauſula, quod ſi ambo intereſſe non poſſunt, alter eorum in cauſa procedat à Sede Apoſtolica delegatis, ſuſpicionis, cauſa ipſa, coram non recuſato Iudice (ad quem ex vi prædictæ clauſulæ, debet ipſius cauſæ cognitio pertinere) probari, & ab eo expediri debebit, vbi verò non eſt dicta clauſula in reſcripto, debet ſuper hoc ad arbitros recurſus haberi, &c. conſonat *tex. in cap. cū ſpeciali 61. de appell.* Marcheſ. *de commiſ. p. 2. §. 1. c. 8. nu. 5. fol. 378. & fol. 393. num. 22.* egregiè Petrus Caball. *in conſ. deciſ. 124. lib. 1. fol. 119.*

Eo magis, quia *D.* Rinuccinus non
6 fecit, vt *D.* Pettininus, qui tribus diebus expediuit cauſam, poſt factam recuſationem, ne literæ auocatoriç, indè expeditç, & præſentatæ poſtea *D.* Canonico Gianfiliazzio, vt in ſum. nu. intempeſtiuè preſentarentur, ſed diſtulit expeditionem per tres menſes, vt liquet ex ſum. num. Vnde ſi pars aduerſa nolebat proponere cauſas coram Iudice recuſato, poterat adire Signaturam, cumque neutrum fecerit, ritè proceſſit *D.* Rinuccinus, & iniuſtè contra illius acta *D.* Mancinus pronunciauit.

Nec iuuat *DD.* Canonicos prætenſus conſenſus in iuriſdictionem *D.* Burg. deductus ex nonnullis actis geſtis per illum procuratorem noſtrorum principalium, cui in ſcriptura ſuſpicionis iuratç contra eumdem, dederant facultatem comparendi; quia ſicuti ad iurādum ſuſpectum Iudicē requiritur ſpeciale mandatum, ità nec poteſt procurator Iudicem expreſſè per principalē
7 recuſatum reſtaurare, Vant. *de nullit. ex defect. mand. num. 210.* Pariſ. *conſ. 15. num. 3. l. 4.* Moedan. *deciſ. 43. nu. 1. & 2. de appell.* Roman. *conſ. 48. num. 1. in fin.* Guidopap. *deciſ. 462. num. 2.* Penia *deciſ. 462. num. 2. deciſ. 652. nu. 4. Rota in Rom. prætenſi fideic. de Strozzijs 17. Februarij. 1645. coram R. P. D. Cerro in §. nec quicquam relenat impreſſa infrà, num. 25.*

Præſertim ſtante prçuentione D. Rinuccini ſuprà dicta, ex qua euanuit reſcriptum Burgen. poſtea præſentatum; & propterea inanis eſt iactatio auocatoriæ factæ à D. Aud. Nuncij, qui iam pronunciauerat, quoniam illius iuriſdictio fuit improrogabilis cum ſemel iudicauerit, & agatur de delegatis Apoſtolicis, ac proindè cum mei principales reprobauerint factum procuratoris non habentis ſpeciale mandatum ad prorogandam iuriſdictionem, præſentando reſcriptum D. Rinuccino, non erat opus alia auocatione, niſi ab ipſo D. Rinuccino, ſi pars alium Iudicem volebat.

Minus inanis non eſt prætenſio rei iudicatæ ex tribus, &c. deducta quia *D.* Pettininus remiſerit cauſā pro exequtione ad *D.* Rouaium, & id ipſum fecerit *D.* Gianfiliazzius.

Quia ſupplicantur animaduerti, quod Pettininus fuit delegatus ratione de-
8 creti *D.* Galilei procedentis ad vlteriora, & ideò ad ſummum poterat reuocare decretum *D.* Galilei, ſi ſibi viſum fuerat iniuſtum, vt late per *Rot. deciſ. 116. num. 6. mihi fol. 151. apud Poſt. de ſubbaſt.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 47. membr. 2. num. 1.* at ipſe pronunciauit nullam ſibi fuiſſe deuolutā iuriſdictionem, citrà reuocationem decreti *D.* Iudicis, à quo, & viceuerſa vſurpauit
9 munia Signaturæ, reſcribendo ad *D.* Rouaium pro eſequtione ſententiæ, *Rot. in Sabinen. terrar. impreſ. apud* Fenzol. *de ſtat. Vrbis, deciſ. 9. duplic. apud Poſt. de manut. deciſ. 61.* qui error grauior eſt in *D.* Canonico Gianfiliazzio Iudice delegato ſuper auocatione de cauſæ à *D.* Pettinino, dum vice reuo-
10 candi decretum Pettinini, non ſolum nullum tanquam factum poſt legitimā reuocationem, ſed etiam ex defectu citationis decretç contra eoſdem *DD.* de Bolſis, & exequtæ dumtaxat contra
11 *D.* Alex. Lerium procuratorem in Curia Florentina, Caputaq; *deciſ. 261. p. 2. numer. 9.* qui inualide citatus fuit ad comparendum in Curiam Piſanā, iuxta monita per *D.* Gratioſ. Vbert. *de citat. cap. 14. num. 220. fol. 316.* ex quibus ſequebatur, quod cauſa non poſſet

dici,

dici, inſtructa corã Pettin. & tamen *D.* Gianfigliazzius pronunciauit ſibi nullam fuiſſe deuolutam iuriſdictionem, & remiſit cauſam pro exequtione ad D. Rouaium, contra formam ſuæ cõmiſſionis, veluti ſi mei principales, quandocunq; deſtituti eſſent a prędicta

12 auocatione, ſaltem ex capite appellationis, non poſſent infringere d. ſententiam *D.* Pettinini, cum ea eſſet prorſus iniuſta, quemadmodum iuſtiſſimũ decretum *D.* Galilei de procedendo ad vlteriora, quoniam clauſula iuſtificato grauamine, ſatis remanebat adimpleta, dum D. Datus, licet pronunciaſſet prout in cedula, tamen neglexerit infra terminos prorogationũ, inde factarum, cedulã ſententiæ actualiter exhibere, quod citra notorium

13 grauamen, & nullitatem fieri non potuit, Greg. *deciſ.* 546. *num.* 16. *vbi* Beltram. *& in recent. deciſ.* 474. *num.* 2. *& p.* 1. *deciſ.* 46. *num.* 1. certum eſt autem, quod boni Iudices non multiplicant

14 decreta, ſed tacite ſępe ſepius pronunciant, vt facit *D.* Galileus, Greg. *deciſ.* 740. *num.* 11. Buratt. *deciſ.* 15. *num.* 7.

15 Si igitur tam nullitas excludit rem iudicatam, Seraph. *deciſ.* 593. *num.* 4. *& in recent. deciſ.* 307. *num.* 1. *p.* 2. *& p.* 6. *deciſ.* 342. *num.* 2. quam iniuſtitia, Buratt. *deciſ.* 276. *num.* 11. *& deciſ.* 291. *num.* 2. *& p.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 740. *num.* 1. *& deciſ.* 548. *num.* 3. *& in Romana fideicom. de Marianis* 14. *Decemb.* 1648. *&* 27. *Iunij* 1650. *coram Roias, quæ eſt in fine.* Ergo tanto minus poteſt ex prefatis decretis elici res iudicata, veniendo decretum Iudicis auocati cum Iudice auocante, vt prætendit pars aduerſa.

Eo grauius quoniam re vera ſententia *D.* Rouai, quæ vnica eſt, prorſus vti nulla, & iniuſta redarguitur.

16 Nulla, quia non iuſtificatur ex actis, Gregor. *deciſ.* 1. *& ibi Beltramin.* etenim *DD.* Canonici egerũt familiæ Erciſcundæ ſupponentes ſe poſſidere in communione bona de quibus agitur, vna cum *DD.* de Bolſis, vti deuoluta per lineam finitam *D.* Ioannæ de Sipinis, *vt in ſum. numer.* 3. negarunt mei principales huiuſmodi communionẽ, *vt in* 2. *proc. fol.* 9. ob quam negationem

17 erant obnoxii *DD.* Canon. (relicto iudicio diuiſorio) agere rei vindicatione, vt notant *DD. in l.* 1. *ff. fam. Erciſ. per* Bart. *&* Bald. *præſ.* Salciet. *in l.* 2. *C. communi diuidendo*, cum enim diuiſio præſupponat communionem, *l. magis puto §. fin. ff. fam. Erciſ.* Decian. *conſ.* 30. *num.* 15. *vol.* 1. Felic. *de ſocietate cap.* 39. *num.* 2. vtiq; negata communione de dominio, agendum erat, tanquam de

18 queſt præiudiciali, ac proinde ſui natura prius terminanda. Crauett. *conſ.* 280. *num.* 1. *& ſeq. plene* Scac. *de re iudicat. Gloſ.* 14. *quæſt.* 19. *num.* 19 Greg. *deciſ.* 470. *num.* 15. Ergo cum non ſolum non fuerit probata d. communio, ſed nec etiam dominium directum, prout

19 neceſſe eſt quando agitur ad deuolutionem, Mantic. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 22. *num.* 14. *verſ. Nam pactum*, Greg. *deciſ.* 105. Tamat. *deciſ. March.* 16. *numer.* 8. *Rota apud Poſtium deciſ.* 499. *num.* 10. *& deciſ.* 26. *numer.* 8. *& apud* Marchel. *de commiſ. p.* 1. *fol.* 595. *in Ariminen.* magis iniuſta eſt d. ſententia, cum in huiuſmodi iudicio non ſatis ſufficienter pro-

20 betur dominium ex Inſtrumento inueſtituræ, Curt. *iun. conſ.* 432. *num.* 6. Put. *deciſ.* 334. *lib.* 2. *Rot. in recent. p.* 2. *deciſ.* 697. *num.* 3. *& p.* 5. *deciſ.* 79. *num.* 7. *deciſ.* 339. *num.* 6. *fol.* 700. Caualer. *deciſ.* 105. ac proinde multo minus ſufficiunt abſq; inueſtiturę Inſtrum. poſitiones exhibitę per Procuratorẽ nõ habentẽ ſpeciale mandatum, & per reſponſionem ſimilis Procuratoris, vt latè per *Rot. in recent. p.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 96. *num.* 4. vt factum fuit coram D. Rouaio.

Quinimò ipſamet petitio, ſeu libellus partis aduerſæ *in d. ſum. nu.* 3. continet in ſe quandam implicantiam, dum prętendit huiuſmodi bona, tanquam deuoluta per lineam finitam Ioannæ de Spinis vxori Pompilij de Bolſis, eiuſdem donatarię, & tamẽ admittit meos principales, tanquam emphyteutas pro earum rata, & portione hæreditaria, quapropter ſuppoſito etiam bona de quibus agitur eſſe ſub proprietate Canonico-

nonicorum, fruſtra tamen prætenditur deuolutio ex perſona fratrum diui-
22 dentium, quia illa fit ad commoditatē comprehenſorum, non autem, vt per mortem diuidentium deuoluatur rata ad D. directum, vt latiſſimè probat Fulgineus *de emphyt. tit. de renunciat. quæſt. 6. num. 1. cum ſeq. fol.* 345. quibus addo Bart. *in l. fraudari* 8. *ff. de public. & vectig.* Clar. *in §. emphyteuſ. quæſt.* 8. *num.* 13. *& quæſt.* 14. Specul. *tit. de Emphyt. quæſt.* 71. *n.* 92. Alex. *conſ.* 7. *& ibi adent lit. H. vol.* 5. ex quibus detegitur, quam procliues fuerint Iudices, qui etiā contra DD. Canonicos pronunciarunt ad indulgendum ipſorum deſiderijs, ſcuta enim 700. eis aſſignata nullo pacto ex præmiſſis eis debentur, addito præſertim, quod ſecundum opinionem Rotę, quæ in cauſis Eccleſiaſticis ſeruari de-
23 bet, trebellianica, etiā filijs primi gradus prohiberi poteſt, *Rota in recent. p.* 5. *deciſ.* 206. *num.* 14. & tamen illam eis indulget ex perſona Ioannæ de Spinis, non obſtante quod teſtamentum, de quo in *ſumm. numer.* 1. omnem difficultatem ſuper huiuſmodi detractione ſummouerit, prouidendo, vt qui detrahere præſumpſerint trebellianicam, cenſeantur inſtituti in ſola legitima, quo caſu nemo eſt, qui dubitet ſublatam cenſeri trebellianicam, etiam filijs primi gradus, vt latè per Gioua-
24 gn. *conſ.* 1. *num.* 5. *lib.* 2.

Tandē pro Coronide additur, quod ſententia D. Rouai, & D. Burgen. declarant, diuiſionem fuiſſe faciendam iuxta ſententiam, & acta pro peritorū æſtimatione, facta de mandato Ordinarij Aretini, atque ea ſunt acta iure
25 merito reuocata, tanquam attentata, *vt in 2. pro. fol.* 17. à quorum reuocatione pars aduerſa, licet primo loco appellauerit, tamen per reditum ad eundem Auditorem Nunciaturæ, eandem reuocationem approbauit.

Quare, &c.

Reſcriptum fuit in hac cauſa per Signaturam Iuſtitiæ 16. Martij 1653. alteri circumſcriptis attentatis hinc indè.

Io. Tanaglius.

Romana prætenſi Fideicommiſſi de Strozzijs.

Veneris 17. *Februariis* 1645.

Coram R. P. D. Cerro.

SVMMARIVM.

1 R*Ecognitio manus per comparationem, quomodo ſit facienda.*

2 *Iuramenta præſtanda per recognitores.*

3 *Iudex compulſorialis generalis non habet facultatem procedendi ad recognitionem per comparationem.*

4 *Iudex compulſorialis allegatus ſuſpectus attentat, vbi procedit ad vlteriorem compulſationem. num.* 6.

5 *Appellatio debet interponi in ſcriptis, ſi tamen admittatur, etiam ſine ſcriptis, cauſat attentata.*

7 *Decretum Iudicis compulſorialis ſuper recognitione facienda per comparationē eſt appellabile.*

8 *Procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato recedere ab appellatione, & conſentire in Iuriſdictionem.*

9 *Inſtrumentum antiquum quomodo recognoſcatur, & quando ſufficiant adminicula, & præſumptiones.*

10 *Adminicula quando dicantur perfecta.*

11 *Nobilitas quando ſufficiat pro adminiculo ſcriptura.*

21 *Sententia nō citato eo de cuius intereſſe principaliter agitur non nocet illi, neque hæredi.*

13 *Atteſtatio Regis ad ſupplicationem partis, quod Inſtrumentum authenticum non probat citrà iuſtificationem narratorum.*

14 *Obſeruantia ſicuti iuuat pro adminiculanda fide ſcriptura, ità inobſeruantia nocet.*

DECISIO I.

DEfuncto ſub die 29. Iunij 1632. Leone Strozzio ſine filijs, *DD.* Pompeius, & Maius Frãgipanij eius ex ſorore nepotes, prætendentes bona per d. Leonem relicta ad ſe, tam vti proximiores ab inteſtato, quam etiam vigore cuiuſdam prætenſi fideicommiſſi ad eorum fauore aperti ſpectare, & pertinere omnia defuncti bona occuparunt. Sed exhibito pro parte D. Strozzij Teſtamento, in quo ipſe fuerat à Leone hæres vniuerſalis inſtitutus R. P. D. m. Bichius tunc A. C. Locumtenens tulit ad eius fauorem ſententiam, eidemq; immiſſionem conceſſit vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Appellarunt *DD.* Frangipanij, cauſaq; appellationis commiſſa bon. mem. Buccabellæ obtinuerunt litteras compulſoriales, quarum vigore in ciuitate Pariſij extraxerunt quamdam ſcripturã, vt prætenditur, manu Ioannis de la Marque prætenſi Notarij illarum partium, carentem nomine Regis, clauſula Actum loco loci, Indictione, & Rogitu, Teſtium, & Notarij, in qua continetur Robertum, & Philippum de Strozzis ſub d. die 22. Febr. 1560. ſuper omnibus eorum bonis inſtituiſſe reciprocum fideicommiſſum cũ hoc, quod poſt mortem Roberti bona deuenirent ad Leonem filium, eiuſque filios, & deſcendentes maſculos, ijſq; deficientibus ad Philippum, eiuſq; filios, & deſcendentes maſculos, & in eorum defectum ad filias fœminas, *vtriuſque Sum. D. Frangipanij ſub die 18. Iunij 1543. num. 20.* Sed reuerſa ad Vrbem Compulſoria, & coram eodem bon. mem. Buccabella diſputato dubio. An iura eſſent in forma probanti, fuit dilata reſolutio, & ordinatum quod informaretur ſtricte ſuper recognitione manus Io. della Marque. Quo dubio propoſito coram me in locum bo. me. Buccabellæ ſuffecto dilata reſolutione fuit ordinatum, vt fieret noua recognitio. Et hodie ſuper iiſdem repropoſita cauſa, reſpondentibus omnibus *DD.* nõ conſtare de ſufficienti recognitione manus Io. della Marque, dictum fuit, quia recognitio de qua agitur facta per
1 comparationem litterarum fuit nulla, & attentata. Nulla, quia non conſtat *DD.* Frangipanios iuraſſe nullam aliam habere viam probationis, hac vna litterarum excepta, nihilq; commiſiſſe, propter quod veritas occultari potuerit, vnde non poterat ad huiuſmodi recognitionem deueniri, vt apertè diſponit *tex. in §. ſi vero, ibi etiam iuſiurandum iniicere proferenti, quia nihil maligni conſcius in eo quod à ſe profertur, nec quandam artem circa collationem fieri præparans ſic vtitur eo. Authen. de inſtrum. caut. & fid* Bald. *in l. comparationes 19. num. 7. verſ. 3. oppono, & ſeq. C. de fid. inſtrum.* vbi quod diſpoſitio *d. Auth.* eſt pro forma, & ideo comparatio aliter facta eſt ipſo iure nulla, ſequitur Caſtren. *ibid ſub num. 12. verſ. Adde* Surd. *conſ. 187. num. 26.* Menoch. *de arbitr. conſ. 114. nu. 34. Rot. deciſ. 199. nu 20. par. 5. rec.* Recognitio enim per comparationem eſt probatio ſubſidiaria, & ideò illi locus eſſe non poteſt quoties alia via fieri poſſunt probationes, vt aduertit *gloſ. in §. ſi quis igitur in verbo ſine termino verſ. Quia donec d. Auth. de inſtrum. caut. & fid.* Bald. *in d. l. comparationes num. 10. verſ. 2. dico. ibique* Caſtren. *num. 12. verſ. quia hoc eſt remedium. Rot. d. deciſ. 199. numer. 25.*

Eoque clariùs, quia non fuit ſeruata forma *d. l.* Teſtes enim non ſeparatim, & quiſque de per ſe, vt opus erat, ſed omnes ſimul turmatim, & in confuſo iurarunt, ac depoſuerunt *Sum. DD. de Strozzijs num. 6.* quod ſufficit, vt fidem non mereantur *l. 3. §. ideoq. Diuus, vbi* Bart. *num. 5. ff. de teſtam.* Alex. *conſ. 137. num. 9. lib. 2. Reuerendiſſ.* Vrgellen. *deciſ. 6. num. 11.* Et quod peius eſt, nec
2 minus iurarunt non accedere ad actũ comparationis ex cauſa lucri, odii, vel fauoris, vt expreſsè requirit *tex. in d. l. comparationes §. omnes autem, vbi* Cyn. Alberic. & Bart. *in antiq. lect. nu. 4. C. de fid. in-*

T

fid.inſtrum. Menoh. *de arbitr.d.caſ.* 114. *num.* 28. *Rot. d. deciſ.* 199. *num.* 27. *par.* 5. *rec.* Dum enim hoc pro forma requiritur illius ommiſſio vitiat actum aliter factum, etiam ſi ſummariè procederetur, & ommiſsis iuris ſolemnitatibus, vt conſuluit Purpurat. *conſ.* 581. *num.* 11. *verſ. ſecundo etiam*, quem refert, & ſequitur Surd. *conſ.* 187. *num.* 27.

3 Præterea fuit nulla ex defectu iuriſdictionis, quia Compulſor per ſimplicem compulſoriam generalem nō habebat facultatem deueniendi ad recognitionem per litterarū comparationem, vt in his terminis conſuluit Gabr. *conſ.* 199. *num.* 1. *lib.* 1. *& dixit Rot. deciſ.* 555. *num.* 3. *ad med. par.* 4. *diuerſ.* Compulſor enim generalis deputatur ad nudum miniſterium compulſandi, non autem ad cauſæ cognitionem, quę potiſsimum eſt neceſſaria ad effectum comparationis deferendo iuramenta neceſſaria pro illa obtinenda, & diſcutiendo, an adſit aliud genus probationis, propter quod locus eſſe poſsit huiuſmodi ſubſidiarię recognitioni, vt ad propoſitum notat idem Gabr. *vbi proximè num.* 1. Add. *ad formul. term. tit. de Compalſor. generalis propè fin. verſ. & cōpulſor.* Scacc. *de Iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 893. *& num.* 1060. vbi quod cognitio præcedere debet tam ſuper impoſsibilitate alterius recognitionis, quam ſuper releuātia comparationis. *Rot. deciſ.* 1. *num.* 4. *poſt med. de fid. inſtrum. in nouiſ.* Mant. *deciſ.* 199. *num.* 2. *& deciſ.* 76. *num.* 9. *par.* 6. *rec. & coram D.* Vrgellen. *deciſ.* 32. *nu.* 12. Tanto magis quia Rota ſemel atque iterū denegauerat hanc facultatem Compulſori, non aliam ei decernendo quam generalem *gloſ. vlt. in l. quorum priore* 29. *verſ. nam non pertinet*, *vbi* Bart. *numer.* 3. *ff. ad Trebell.* Surd. *conſ.* 73. *num.* 17. Honded. *pariter conſ.* 73. *num.* 14. Mohed. *deciſ.* 23. *num.* 3. *de Prębend.*

Fuit etiam attentata, cum ad eam deuentum fuerit, poſt quam Iudex com-
4 pulſor iuratus fuerat ſuſpectus à ſpeciali Procuratore D. Strozzij cum appellatione ab vlteriori Proceſſu, vndè merito non videtur attendenda, vt in terminis tradunt Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 13. Scac. *d. tract. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 888. Caputaq. *deciſ.* 172. *num.* 1. *par.* 1. *Rot. in Salernitana contributionis* 12. *Februarij* 1601. *coram recol. mem. Card. Pamphilio*. Idque licet in ſcriptis
5 appellatum non fuerit, quia dum Compulſor appellationem admiſit. *Sum. D. Strozzi num.* 1. omnem iuriſdictionem à ſe abdicauit perinde, ac ſi fuiſſet in ſcriptis appellatum Pariſ. *conſ.* 106. *ſub num.* 25. *verſ. ad quod lib.* 4. *idem* Scacc. *de appell. quęſt.* 17. *limit.* 36. *num* 4. *verſ. & quod Rot. deciſ.* 54. *per tot. de appellat. in nouiſ.* Et proindè quicquid ab eo poſteà geſtum fuit, excuſari nequit à vitio attentatorum *vulg. cap. non ſolum de appellat. in* 6.

6 Nec quicquam releuat, quod adita iterum Rota pro parte DD. de Frangipanis fuerit obtenta noua compulſoria generalis, tum quia obſtat idem defectus Iuriſdictionis, tum quia cum illius vigore Compulſor decreuerit procedi ad vlteriora in recognitione per comparationem, & ad hunc effectum mandauerit nominari, & deputari peritos *Summ. impreſſ. D. Strozzij dato in hodierna poſitione num.* 5. Et Procurator eiuſdem ad hoc ſpecialiter deputatus iterum à dicto decreto appellauerit, recognitio poſtmodum facta, fuit attentata, quia decretum comparationis litte-
7 rarum de ſui natura eſt appellabile, vt tradit Scac. *de appell quęſt.* 17. *limit.* 47. *num.* 142. Cauagnol. *ad decret. Montis Fer. decr.* 15. §. 3. *cap.* 42. *fol.* 245. Rugi-nell. *de appell.* §. 2. *cap.* 3 *num* 185. Ex litterarum enim comparatione reſultat, vel non reſultat probatio; Vndè admittere, vel non admittere comparationes litterarum eſt admittere, vel non admittere facultatem probandi, vt ratiocinatur idem Scacc. *loco citato*. Idq. non obſtant quod idem Procurator D. Strozzij *ſub die* 4. *Decemb.* 1634. declarauit velle conſentire in iuriſdictionem, vt ex proteſtatione data in *Sum. DD. de Frāgipanis ſub die* 18. *Iunij* 1638. *nu.* 10. quia dum prius fuerat à d.

Decre-

Digitized by Google

Decreto appellatum non potuit Procurator ſine ſpeciali mandato recedendo ab appellatione conſentire in iuriſdictionem in præiudicium ſui Principalis *ad not. per* Iaſ. *in l. Procurator in* 8. *limit. C. de Procur.* Surd. *deciſ.* 181. *nu.* 16. *ſa. me.* Gregor. *deciſ.* 75. *nu.* 1. Cum præſertim idem Procurator expreſſis verbis proteſtatus fuerit nolle in aliquo iuribus ſui Principalis præiudicare, ibi, *Saluis proteſtationibus alias factis, & facultate recuſandi d. D. Iudicem, ſi & quatenus legitima cauſa ſuſpicionis, & recuſationis in poſterum ſuperuenerint, & quod per præſentem comparationem non intelligatur praiudicatum iuribus d. D. Io. Baptiſtæ Strozzij ſui principalis, de quo ſolemniter proteſtatus eſt omni meliori modo.* Stãtibus enim huiuſmodi clauſulis in nihilo fuit præiudicatum D. Strozzio, ſed omnia iura ſibi competẽtia fuerunt præſeruata. Put. *deciſ.* 191. *nu.* 17. *lib.* 1. *in correct.* Inducunt enim huiuſmodi clauſulę conditionem ſaltẽ reſolutiuam, itaut conſtito de præiudicio Actus haberi debeat pro non facto ad trad. per Peregr. *de fideic. art.* 47. *ſub num.* 29. *verſ. & ideo*, Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 980. *num.* 8.

9 Nec obſtare dictum fuit, quod cum verſemur in inſtrumento celebrato 80. *ab hinc annis* ſufficere debeat recognitio per præſumptiones, & adminicula, prout ſæpius in inſtrumento antiquo dixit Rota, vt in *deciſ.* 184. *numer.* 6. *par.* 6. *recent. & in alijs relatis in Tiburtina CStri S. Angeli* 12. *Maij* 1642. *coram R. P. D. meo Peutingerio.* Huic enim obiecto, cui principaliter inſiſtebant Agentes pro DD. Frangipanijs dupliciter reſponſum fuit.

Primo huiuſmodi antiquitatem probari ſolum ex data non autem ex facie inſtrumenti, quod nunquam fuit oſtenſum DD. & ideò non ſuffragari *S. me.* Gregor. *deciſ.* 393. *num.* 2. *ibique* Add. *num.* 5. Card. Caual. *deciſ.* 518. *num.* 2. *bo. mem.* Burat. *deciſ.* 290. *num.* 8. *vbi* Add. *litt. C. refert. concordantes. Rot. dec.* 187. *num.* 10. *par.* 5. *recent. & in Pacen. Cappellanis* 10. *Nouemb.* 1635. *coram bo. me.* Merlino. Ea ratione quia aliàs confici poſſent ſcripturę modernę cum data antiqua, vt aduertit Gratian. *diſcept. foren. cap.* 554. *num.* 41. *& prius dixit Rot. coram* Put. *deciſ.* 186. *num.* 2. *lib.* 3. *in correct.*

Secundo, antiquitatem temporis nihil operari, quando, prout hic non ſolum de recognitione manus dubitatur, ſed etiam de ſubſtantia, & veritate inſtrumenti, vt dixit *Rot. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.* 6. *num.* 14. *verſ. ex quibus ceſſat difficultas, & in Maceraten. legitima* 10. *Maij* 1617. *coram bo. mem. Vbaldo, impreſſ. apud* Poſt. *tract. de manut. deciſ.* 53. *ſub nu.* 3. *verſ. quia aduertendum.* Vndè cum ex facie ſcripturæ nõ appareant requiſita publici Inſtrumenti, de quibus *gloſ. in l. generali, in verbo ſeruituti, verſ. Item ordo inſtrumentorũ C. de Tabul. lib.* 10. & in terminis ſcripturæ confectæ in Gallia, Rebuff. *in tractat. de Chirograph. & Schedul. recognit. in prefat. num.* 7. *verſ. quarto inferunt, &c.* Couar. *pract. quaſt. cap.* 20. *ſub nu.* 1. *Rot. deciſ.* 50. *num.* 4. *verſ. inra, & inſtrumenta par.* 2. *& deciſ.* 390. *ſub. num.* 1. *verſ. continet enim par.* 4. *rec.* Adminicula non poſſunt ſuffragari ex rationibus ſupra adductis, præſertim ad effectum faciendi recognitionẽ per comparationem, cum hæc ſit differentia inter recognitionem per Teſtes, & comparationem, quod illa poſſunt admitti, etiam ſi de forma, & ſubſtantia dubitetur, ſed non iſta, vt poſt Cin. Bald. Salic. & Caſtren. *in d. l. comparationes*, tradunt Crauett. *conſ.* 216. *num.* 9. *lib.* 2. Purpurat. *d. conſ.* 581. *num.* 10. Pariſ. *conſ.* 27. *num.* 47. *lib.* 2. Surd. *dict. conſ.* 187. *num.* 28.

10 Sed vlteriùs fuit animaduerſum adminicula, quæ aſſeruntur nullius eſſe roboris cum in ſua ſpecie perfecta non ſint, nec probata, vt notat Bald. *in l. ſi quis ex argentarijs §. quod, num.* 1. *cum ſeqq. ff. de eden.* Alex. *conſ.* 13. *ſub num.* 19. *verſ. ſolum enim lib.* 1. *Rot. deciſ.* 187. *num.* 9. *part.* 5. *recent.*

Quod enim deſumitur ex qualitate Perſonarum *DD.* de Frangipanis, eo-

rumq; probitate, ac nobilitate, prout
11 fuerat ponderatum in *dicta Tiburtina Castri S. Angeli* eliditur ex nobilitate Roberti, & Leonis, & tamen Robertus alienauit plura bona in prætenſo fideicommiſſo comprehenſa ſub aſſertione iurata quod erant libera, vndè negauit exiſtentiam huiuſmodi fideicommiſſi, vt in ſimili dixit *Rot. in rec. deciſ.* 741. *num.* 7. *par.* 3. Leo verò in articulo mortis de cæteris tanquam liberis diſpoſuit, vnde iſta præſumptio fortior tollit debiliorem ex ſola nobilitate reſultantem. Menoch. *conſ.* 22. *nu.* 22. *Rot. apud ſan. me.* Gregor. *deciſ.* 247. *num.* 3. *& coram Cardin. Seraph. deciſ.* 684. *num.* 4.

Prout etiam fieri non poteſt fundamentum ſuper ſententia Præpoſiti Caſtelletti cum ſubſequuta approbatione Regij parlamenti. Quia cum lata fuerit non citato Leone de cuius intereſſe principaliter agebatur, nec ipſi, nec
12 eius hæredi præiudicare poteſt. Bald. *in l. fin. num.* 3. *C. de legib.* Iaſ. *conſ.* 20. *num.* 22. *& conſ.* 111. *numer.* 18. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1192. *num.* 27. *lib.* 12. & in his terminis Caſtr. *conſ.* 291. *num.* 5. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 198. *ſub. num.* 5. *& n.* 7. *lib.* 7. Boer. *deciſ.* 37. *num.* 6. *&* 7. *Rot. coram* Buratt. *deciſ.* 472. *num.* 4. *verſ. & demum.*

13 Atteſtatio verò Regis Chriſtianiſſimi, quod huiuſmodi inſtrumentum ſit in forma probanti, & authenticum, cum non emanauerit motu proprio, ſed ad ſupplicationem Partis, quæ expoſuit Prothocolla dicti Notarij propter bella Ciuilia perijſſe, nullum poteſt operari effectum non iuſtificata narratiua, prout loquendo de gratia Summi Pontificis, conſuluit Alexan. *conſ.* 112. *num.* 2. *lib.* 7. Caputaq. *deciſ.* 337. *per tot. par.* 3. *Rot. deciſ.* 154. *num.* 4. *par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 196. *num.* 5. *par.* 7. *in recent. & in ſimilibus terminis* Gemin. *conſ.* 53. *num.* 13. *&* 14. *in fine, quem ſequuta fuit Rota in Tullen. Monaſterij* 19. *Ianuarij* 1619. *coram Card. Sacrato, confirmata* 20. *Maij eiuſdem anni in recen. deciſ.* 224. *par.* 3.

Ad hunc autem effectum duo eſſent copulatiuè probanda, & quod Prothocollum fuit ammiſſum, & quod re vera factum fuerit, ſi enim huiuſmodi Prothocollum nõ exiſtit in rerum natura, amitti non potuit Surd. *latè comprobans conſ.* 109. *num.* 10. *ad med. verſ. hoc tamen debet intelligi cum ſeqq. Rot. in Aeſina bonorum* 11. *Ian.* 1630. *coram bo. me.* Buccabella.

Et demum non poteſt deſeruire pro adminiculo mentio alterius Scripturæ eodem die factæ, cuius veritas, & obſeruantia inter partes non ambigitur. Adminiculum enim intraret, ſi in illa ſcriptura vera, & indubitata facta fuiſſet iſtius mentio; *ad not. per* Surd. *conſ.* 535. *num.* 9. Secus dum in ſcriptura de qua dubitatur fit mentio alterius veræ, & indubitatæ. Eadem enim facilitate, qua recens ſcriptura effingintur poteſt ad colorandam veritatem fieri mentio de alia certa, & indubitata.

Et in hanc ſententiam faciliùs iuerunt DD. tũ quia non deſunt contrariæ præſumptiones, & coniecturæ, quæ in diſputatione dubij principalis poterunt
14 ponderari. Tum etiam principaliter propter inobſeruantiam dictæ ſcripturæ, ex datis enim in *Summario D. Strozij ſub num.* 12. 13. 14. 15. *&* 16. Conſtat tam Robertum, quam Philippum paulo poſt aſſertam illius celebrationem, alienaſſe bona dicto reciproco fideicõmiſſo ſuppoſita, & alienari prohibita, & poſt mortem Roberti bona quę permanſerunt deueniſſe ad Leonem non iure fideicommiſſi, ſed hæreditatis, & poſt obitum Philippi non ſucceſſiſſe Leonem in eius bonis, prout ſuccedere debebat ex dicto fideicommiſſo, ſed Alphonſinam Comitiſſam de Fliſco, vt hæredem ipſius Philippi ab inteſtato. Sicut enim ex obſeruantia magnum robur aſſumit ſcriptura antiqua licet informis, ità pari ratione ex inobſeruantia minuitur illius fides, & quæuis adminicula, tam ex temporis antiquitate, quam aliundè deducta pluimum eliduntur, vt latè firmauit *Rot. deciſ.* 703. *ſub num.* 8. *verſ. eadem ratione par.* 2. *& latius*

latius deciſ. 224. num. 22. & ſeqq. verſ. ſed quod tollit dubitationem p tr.6. recent. & apud Buratt. *dicta deciſ. 472. ſub nu. 6. & 8. verſ. Ideoque, & verſ. quin etiã.* Aſſenſus verò pręſtitus à Philippo permutationi bonorum fideicōmiſſi factę per Robertum, deſeruire non poteſt ad obſeruantiam ſcripturæ, Quia dum inſtrumentum fideicommiſſi non fuit in inſtrumento conſenſus inſertum, & enunciatum, nec de eo habita mentio, in quibus terminis loquitur *Rota deciſ. 693. num. 8. par. 2. recent.* Præſumitur præſtitus à Philippo ſolum ad maiorē cauthelam contrahentium, & proinde ex eo non concluditur obſeruantia ſcripturæ, minuſuè quod bona permutata pertineant ad Philippum vigore fideicommiſſi, vt in ſimili dixit *Rot. coram Cardin. Caual. deciſ. 100. num. 7. verſic. nec viſum fuit, & in recent. deciſ. 748. num. 6. par. 3. & deciſ. 125. n. 6. cum ſeqq. par. 7.* Eoque magis dum fuit adhibitus cōſenſus Laurentij Cardinalis Strozzij dicti Roberti fratris, qui tamen ad huiuſmodi fideicommiſſum vocatus non fuerat. Imò ſi benè perpendatur potius eruitur contraria præſumptio, dum enim Robertus in permutatione aſſeruit bona permutata ad eum pleno iure dominij ſpectare, & pertinere *Summar. DD. de Frangipanis num. 12.* Philippus, & Cardinalis conſentiendo huiuſmodi permutationi videntur dictam aſſertionem approbaſſe, ex quo potius inobſeruantia, quàm obſeruantia deducitur, quæ etiam elicitur ex eo, quia Philippus nō emit Terram iuriſdictionalem, quam in prętenſa ſcriptura emere promiſit, & quia tenor illius non conuenit cum tenore alterius ſcripturæ eadem die ab eodem Notario, paulò antè inter eaſdem partes celebratæ.

Et ex his liquet nō applicari deducta in *recent. dicta deciſ. 184. par. 6. & in dicta Tiburtina Caſtri S. Angeli.* Ibidē enim inſtrumenta habebant omnia requiſita ſubſtantialia, & extracta fuerāt ab Archiuijs, & Prothocollis Notarij, qui de ijs fuerat rogatus, adeò vt de ſubſtantia non dubitaretur, & vltra antiquitatem, quæ ex eorum facie dignoſcebatur, probabantur etiam obſeruata. Hic autem adeſt ſimplex ſcriptura carens ſolemnitatibus à iure requiſitis, (reperta penes priuatam perſonam habentem intereſſe in Curia) imperfecta, & inobſeruata, adeò vt cum dubitari poſſit de ipſius ſubſtantia meritò non ſit recurrendum ad recognitionem per comparationem ex iuribus ſupra deductis.

Et ità re maturè diſcuſſa vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. IX.

De excluſione periurij, & abſolutione obtinenda à Summo Pontifice in caſu incurſus in periurium.

SVMMARIVM.

1 *Qvælibet cauſa excluſiua doli, cenſetur ſufficiens ad excluſionem Periurij.*

2 *Abſolutio petita poſt motam litem, & ſuſpicionem periurij, vrget pro excluſione periurij.*

3 *Cauſa iuſta multo magis excludit periurium.*

4 *Abſolutio à iuramentis licet inſufficiēs, nihilominus ſufficit ad euitandum periurium.*

5 *Exhibito Inſtrumento Iuramentorum, & relatiuè ad ipſum obtenta abſolutione à Iuramento non poteſt redargui de periurio, & 6.*

7 *Clauſula toties quoties, comprehendit numerum infinitum.*

8 *Numerus ſingularis, quando plura contineat.*

9 *Abſolutio obtenta, an requirat Teſtes pro ſui fide.*

10 *Quæ ſunt ſufficientia pro abſolutione à iuramentis multo magis abūdant ad euitandum periurium.*

Auto-

11 *Autoritas Sac. Rota Rom. ſufficit pro ex-
cluſione periurij.*

FLORENTINA
Abſolution. Iuram.

Beatiſſime Pater.

ANnuendum videtur præcibus
domini Capitanei Caroli de
1 Gallis, quia ſi ad excludendũ
periurium quælibet cauſa excluſiua cẽ-
ſetur ſufficiens. Felin. *in cap. 1. num. 28.
de iur. iuran.* Ripa *in cap. ex parte de re-
ſcript. numer. 23. plures refert, & ſeq.*
Grat. *conſ. 50. num. 75. lib. 1.* & Cotta *in
memor. in verbo periurium, mihi ſol. 545.
pleniſſ.* Farinacc. *quaſt. 160. nu. 261. cum
plurib. ſeqq. mellies reſpondit Rota, & ſi-
gnanter in Romana Tutela de Ceulis 20.
Iunij 1588. coram Gipſio impreſſa apud*
Farinacc. *poſt 2. volum. conſ. crimin. de-
ciſ. 34. coram* Mantic. *deciſ. 221. num. 5.
& 6. duplicata apud* Tacch. *de obbligat.
Cameral. deciſ. 146. & in Signina Ca-
ſtrorum 2. Maij & 9. Decembris 1616. co-
ram B.M. Remboldo canonizata in Bonon.
Cenſus de Pepulis 16. Decembris 1616. co-
ram B.M. Vbaldo Sen. inter recentior. par.
4. deciſ. 367. num. 7. ſol. 262.* vbi etiam
2 ad excluſionẽ huiuſmodi doli fuit põ-
derata petita abſolutio poſt motam li-
tem, & ſuſpicionem de periurio con-
firmando deciſionem præcedentem,
quæ eſt *in par. 2. recent. deciſ. 696. nu. 7.*
Loter. *de re beneficiar. lib. 1. quaſt. 40.
num. 283. ſol. 302.* Poſt. *de manutent.
obſeruat. 62. num. 18. ſol. 229. iuxta nouiſ.
impreſſ.*

3 Ergo molto magis cauſa admodum
iuſta, & rationi congrua omnem ex-
cludit huiuſmodi criminis vmbram.
*Cap. querelã, & ibi gloſſ. in verbo neceſ-
ſitate, verſ. Et non dicitur periuriũ de iur.
iuran.* Hoſtienſ. *in 3. verſ. Nec dicitur
periurare.* Seraph. *de iuram priuileg. 174.
nu. 6.* Mancian. *de iuram. par. 4. effect. 1.
queſt. 6. numer. 3. ita arguit plurimos alle-
gans* Farinacc. *d. queſt. 160. numer. 283.
ſol. 256.*

4 Talis cenſeri debet abſolutio per do-
minum Capitaneũ obtenta, quia quan-
do etiam inſufficiens fuiſſet de ſui na-
tura ad relaxandum iuramentum, ſuf-
ficientiſſima cenſeri debere ad euitan-
dum periurium, vt bene diſtinſit *Rota
apud* Caputaquen. *deciſ. 393. pa. 1. in
manuſcript. Canonizata in d. Signina
Caſtrorum in verſ. Et ita alias, &c. Rota
in 1. deciſ. in 2. verſ. verſ. & in omnem
euentum, & in recent. d. deciſ. 367. nu.
7. par. 4.*

Cum igitur illa vbique ſufficienteſſi-
ma fuerit, magis redarguere videtur
Decretum, ex quo tanquam periurius
fuit reiectus, ſub prætexta quod dicta
abſolutio ſit reſtricta ad vnicum iura-
mentum.

5 Etenim licet Inſtrumentum de quo
agitur plura iuramenta contineat ni-
hilominus cum illud fuerit actualiter
exhibitum coram domino Vicario, &
coram eo petitum, *toties quoties iura-
mentum preſtiterit abſolui* ad effectum
agendi, & infrigendi dictam donatio-
nem, & iuxta dictam petitionem abſo-
lutus fuerit ibi, *vt ſupra preſentem in-
ſtantem, & petentem abſoluendum duxit,
ſeu abſoluit,* conſequens eſt, vt ipſe fue-
rit rite abſolutus, licet iuramenta in
6 dicta donatione præſtita fuerint pro-
pemodum innumerabilia, quia dictio-
nes *Toties quoties* extenduntur ad infi-
nitum numerum, *ad l. fideicomm. §. Si
quis decem, ff. de legat. 2.* Alex. *conſ. 145.
num. 3. vol. 2.* Gabr. *conſ. 181. in 1. vol.*
Mant. *de clauſ. 184. par. 1.* Rub. *clauſ.
818. num. 2.*

7 Paria enim ſunt, quod explicite om-
nia iuramenta in donatione contenta
expoſuerit, vel quod exhibito Inſtru-
mento ad iuramenta in eo contenta ſe
retulerit, vt bene in his terminis pon-
derauit *Rota in dd. Signinis in 1. in
§. Nec videtur dicendum in ſecunda ve-
ro in §. minus obſtat,* vbi ſigillatim re-
ſpondetur, ſingulis obiectis, *qua ſunt
in fine capitul. deciſ. 1. & 2.*

Quæ omnia tutius applicantur ad fa-
uorem domini Capitanei, ex quo in
cauſa Romana Dotis 4. februarij 1609.
coram

coram Penia in dicta ſignina relata deducitur notitia ſingulorum iuramentorũ reſpectu abſoluentis, ex ſola præſũptione iuris, quæ ſtat pro validitate abſolutionis ad excluſiones periurij. At in caſu noſtro Notarius, & Iudex de huiuſmodi inſpectione, & viſu Inſtrumenti teſtantur, quo caſu indubitabile omnino eſt domino Vicario innotuiſſe ſingula iuramenta, neque redargui poteſt, quod non viderit inſtrumentũ, vt optime in propoſito per Sacc. *de ſent. & re iudic. gloſ. 9. num. 35.*

8 Ponderando, quod licet verba dictæ abſolutionis ſint concepta in ſingulari numero, non tamen reſtringunt abſolutionem, quia exprimitur loco generis, quo caſu numerus ſingularis pluralitatem continet ex latiſſime deductis, *per Rotam coram* Greg. *deciſ. 2. nu. 10. & ſeq.* Gratian. *diſcept. 774. num.* 48.

9 Minus obſtat alterum fundamentum deductum ad reijciendum, tanquam periurium noſtrũ principalẽ per Dominum Magiſtratum Florentinum dictã abſolutionem nõ reperiri originalẽ in actis Curię Archiepiſcopalis Florentinæ, quia vltra quod ſatis eſt domino Capitaneo abſolutionem prædictam in publica forma habere per manũ publici Notarij actuarii conſcriptã, cui creditur etiam abſque teſtibus, vt latiſſime per Scac. *gloſſ.* 18. *numer.* 1. ceſſat omne dubium, ex atteſtatione, & tranſumpto eiuſdem abſolutoriæ facto per Notarium Archiuiſtam dictę Curiæ Archiepiſcopalis, quod ſolũ de per ſe ſufficeret ad tollendum omne dubium propter publicam fidem Archiuii, & Archiuiſtæ, vt bene in propoſito *per Rotam in Maurieen. iuriſdictionis* 14. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. Bichio.*

10 Quæ ſingula cum ſufficientia videantur ad effectum validitatis d. abſolutoriæ, multo magis talia ſunt, vt dominus Capitaneus ſperare poſſit à benignitate Sanctiſſimi Domini Noſtri, ad omnem cautelam, abſolutoriam à periurio forſam incurſo, vna cum abſolutione, ad effectum agendi, ab omnibus, & ſingulis iuramentis in d. donatione præſtitis, ſi enim color rationabilis cenſetur ſufficiẽs ad iſtũ effectum ad excitandam gratiam Summi Põtificis, pro vt de ſtylo teſtantur Mancin. *de iuram. par. 6. quaeſt. 6. num. 3.* Farinac. *in fragm. crimin. par. 2. num.* 1301. *mihi fol.* 221.

11 Ergo multo magis authoritas Sacri Vrbis, & Orbis Rotæ Romanæ Tribunalis huius reſponſa pro Oraculis haberi debent. Menoch. *conſ. 50. num.* 32. Faſar. *conſ. 46. num. 4. cum infinitis, qui allegari poſſunt, &c.*

Ex quibus &c.

Io Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 Exceptio periurij impedit litis ingreſſum, & ideò in primis eſt diſcutienda.

2 Actus geſti poſt obtentam abſolutionem ad effectum agendi non arguunt de periurio.

3 Mentio an ſit facienda de omnibus iuramentis in actu abſolutionis num. 6.

4 Relatio ad inſtrumentum exhibitum ſufficit pro mentione expreſſa iuramentorum.

5 Ampliа, & ſi non conſtaret quod Iudex viderit Inſtrumentum Iuramentorum.

7 Quælibet Cauſa excuſat à periurio.

Signina Caſtrorum.

Luna 2. Maij 1616.

Coram R. P. D. Remboldo.

DECISIO I.

AGenti D. Duci de Comitibus ad reſciſſionem Inſtrumenti donationis, & refutationis ad fauo-

fauorem bo. me. Cardinalis Saluiati de Anno 1597. celebrati oppoſita fuit pro parte Dominorũ dicti Cardinalis Heredum, exceptio periurij, quę quia litis
1 ingreſſum impedit, iuxta Not. *in cap. penult. vbi gloſſ. fin. 1. q. 5. & in l. ſi quis maior C. de tranſact.* atque ideo in primis diſcuti debet dubium, de ordine Dominorum propoſui; An conſtet de tali periurio D. Ducis quod illi obſtet, & reſolutum fuit non conſtare, apparet namque dictum D. Ducem priuſquam aliquid in cauſa ageret Procuratorem ad petẽdam abſolutionẽ à quocunq; iuramento conſtituiſſe, ipſumq; Procuratorem nomine eiuſdem D. Ducis ſub narratiua, quod D. Dux ſub falſis perſuaſionibus inductus fuit ad faciendam renunciationem, & ad non petendum fideicommiſſum abſolutionẽ ab omnibus iuramentis in inſtrumento ſeu inſtrumẽtis d. renũciationis forſan ſepe, & ſępius reiteratis, & cum expreſſa relatione ad illa obtenuiſſe, quo
2 fit, vt per actus poſt dictam abſolutionem geſtos periurium incurriſſe cenſeri non poſſit ad not. per Abb. *in cap. ad aures num. 9. de his, quę vi, metuſue cauſa fiunt, & in cap. quanto num. 8. de iureiur.* Felin. *in cap. 1. num. 31. eod. tit.*

Nec videbatur dicendum quod abſolutio vt ſupra obtenta D. Duci ſuffragari non poſſit ex quo in ea non habeatur ſpecifica mentio de omnibus Iuramentis à D. Duce in dictis Inſtrumentis
3 preſtitis, vt requiri tradit Felin. *in cap. conſtitutus num. 14. de reſcriptis.* Bald. *in l. 2. num. 91. ff. de iur. iur.* Nam fuit reſponſum, quod cum vt dictum eſt in abſolutione non ſolum mentio facta legatur de pluribus iuramentis forſan ſępæ ac ſæpius reiteratis, ſed
4 etiam expreſſa in ea relatio fiat ad inſtrumẽtũ, ſatis dicitur ad effectũ de quo agitur per huiuſmodi expreſſionem, & relationem omnia, & ſingula iuramenta in dictis Inſtrumentis contenta ſpecificata, quia expreſſum etiam id dicitur, quod relationem ad aliud exprimitur *l. aſſe toto, ff. de hered. inſtit.* Felin. *in cap. inter cętera num. 2. de ſent. & reiud. lat.* Tiraquell. *de leg. connub. gloſſ. 7. in verſ. expreſſum num. 182.* & ita alias in puncto tenuit *Rota in cauſa Aretina Commendę 9. Iunij 1587. coram bon. me. Durano, impreſſa apud* Galleſ. *de oblig. Cam. deciſ. 28. & deciſ. 29 & in Romana dotis 4. Februarij 1609. coram bon. mem. Pennia*, in qua dubium fuit hoc procedere etiam ſi nõ conſtaret quod Iudex qui abſolutionẽ conceſſit Inſtrumentũ viderit, quia cum poſſit tales abſolutiones, etiam parte non citata concedere.
5 Aym. *conſ. 7. num. 7.* Rol. *conſ. 19. nu. 28. lib. 1.* Couarr. *var. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 6.* præſumere Inſtrumentum, & contenta in eo extraiudicialiter vidiſſe, quod ſufficit.
6 Nec prędictis obſtant in contrariũ ab informantibus pro D. Marchione allegata, quia procedunt, vel quando fuit ſimpliciter petita, & obtenta à iuramẽto abſolutio abſque alia expreſſione, vel relatione ad inſtrumentum, nam tunc illa non ſuffragatur pro pluribus iuramentis, vel ſpecifice, vel ſaltem relatiuè non expreſſis, & in his terminis loquitur Felin. *in cap. conſtitutus*, cũ alijs ſupra adductis, & deciſis in cauſa Placentina Caſtri coram Illuſtriſſ. Cardinali Millino ab Informantibus allegata, vel quando in petitione narrata fuerunt aliqua Iuramenta, & facta relatio ad Inſtrumentum reſpectu narratorum tantum, non autem aliorũ quæ in dicto Inſtrumento continebantur, hoc enim caſu abſolutio cenſetur reſtricta ad ſpecificata, prout eſt reſtricta relatio, nec prodeſt prò alijs in inſtrumento contentis, ſed pro expreſſis tantum, & in his terminis loquitur Soccin. *conſ. 59. ſub num. 8. lib. 3.* cum alijs, quod ſecus eſt in propoſito, cum in abſolutione de qua agitur, relatio vt dictum fuit, facta legatur reſpectu omnium iuramentorum in inſtrumentis contentorum, quę propterea idẽ operari debet, atque ſpecifica illorum mentio per ſupra allegata.

Et in hanc ſententiam eo Libentius DD. viderunt quod ex multis in facto
7 deductis apparet D. Ducem rationabiliter

liter credere potuiſſe,quod per abſolutionem à Procuratore per ipſum ad hunc effectum ſpecialiter conſtituto obtenta à vinculo ſingulorum iuramẽtorum liberatus remaneret, Cum enim propterea aliqua culpa notari non poſſit,viſum fuit eo facilius illam interpretationem capi debere per quam periurio excuſaretur,iuxta tradita per Feliṅ. *in cap. 1. nu. 28. de iur. iur.* Ripa *in cap. ex parte nu. 23. & ſeq. de reſcript.* Grat. *conſ. 50. num. 75. & ſeq. lib. 1.*

Et ita aliàs Rota in vna Nepeſina relata per Caputaq. *deciſ. 392. lib. 1. in manuſcr.* à periurio excuſandum cenſuit eum qui credidit abſolutionem à Penitentiario obtentam fuiſſe ſufficientem, idemque ſæpe tenuit de eo, qui mãdatũ ad petendã abſolutionẽ dederat, vel alias probabiliter dubitauerat, vt in cauſa Romana affectus, ſeù damnorum 2. Aprilis 1593. *coram bo. mem. Card.* & in Romana nullitatis obligationis 27. Iunij 1605. *coram Reuerendiſſ. Attrebaten.* in quibus dictum fuit,quod periurium non incurritur abſque dolo & perfidia, & quod quælibet cauſa etiam læuis excuſat à periurio,ſicut excuſat à dolo.

Quia tamen ex parte D. Marchionis pretendebatur D. Ducem non ſolum agendo iuramentis contraueniſſe, ſed etiam per actus poſitiuos, veluti poſſeſſionis apprehenſionem, ideoq; abſolutione obtenta, vtpote, quę ad effectum agendi tantum conceſſa legitur, iuuari non poſſe,quin ſaltem per d. apprehenſionem periurium incurriſſe cẽſeri debeat Domini ordinarunt,vt particulari videretur, an ſi huiuſmodi pretenſam appræhenſio obſtet.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. IX.

SVMMARIVM.

1 *Abſolutio à iuramento, an requirat mandatum ſpeciale.*
2 *Mandatum ſpeciale quando dicatur interueniſſe.*
3 *Abſque dolo non intrat periurium, & 4.*
4 *Abſolutio quando requirat ſpecificam mentionem iuramentorum.*
5 *Mandatum reſtrictum ad petendam abſolutionem à Vicario, vel eius vicegerente, an comprehendat locum tenentem.*
6 *Læſio expreſſa pro obtinenda abſolutione ſufficit, vt probetur in proceſſu Cauſa.*

Signina Caſtrorum.

Veneris 9. Decembris 1616.

Coram R. P. D. Remboldo.

DECISIO II.

Domini ſteterunt in deciſis ſub die 2. Maij præteriti.

Neque enim obſtare viſum fuit quod dicebatur abſolutionẽ D Duciſſę ſuffragari non poſſe,eo quia obtenta non fuit à Procuratore habente ſpeciale mandatum, pro-
1 ut ad hunc effectum requiri tradunt *Gloſſ. in cap. qui ad agendum verbo, vel paciſci verſ. idem in abſolutione, & ibidem* Franc. *in §. Procurator num. 4 de procurat. in 6.* Specul. *eod. tit. §. 1. num. 5. in 16. caſu.*

Quia fuit reſponſum, quod mandatum ſpeciale eo ipſo interueniſſe dicitur quod vt ex publico inſtrumento apparet fuit à D. Duce conſtitutus Procurator ſpecialiter ad petendam abſolutionem à quocunque iuramento, in
2 quocunque inſtrumento preſtito, etiã ſi inſtrumentũ donationis, de quo agitur in dicto mandato in ſpecie non fuit expreſſum, vt in ſimili de mandato ad compromittendum, & permutandum dato tradit Alex. *conſ. 189. num. 8. lib. 7.* Dec. *cons. 20. nu. 4.* Aym. *conſ. 126. n. 6.* vbi quod licet mandatum ad tranſigendum, & vendendum debet eſſe ſpeciale, tamen dicitur ſpeciali eo ipſo quo datur poteſtas alicui vendendi, & tranſigẽdi, licet non exprimatur res ſuper qua venditio, aut tranſactio fieri

V debeat

debeat, propterea ſpeciale dicitur mãdatum, ad petendam reſtitutionem in integrum datum, licet non exprimatur actus, & cauſa ſuper quibus reſtitutio peti debet, & ſi cauſa exprimenda eſſet, tunc multum diceretur ſingulare, & non ſpeciale, vt inquit Alex. *loco proximè citato*, vbi etiam ſubdit quod diuerſa ſunt aliquid ſpecialiter exprimi, & aliquid ſingulariter exprimi.

Neque his refragari videbatur, quod tradit Bart. *in l. ſi quis mihi bona §. vtrũ num. 2. & ibi* Iaſ. *num. 2. & alij ff. de acquir. hæred.* vbi quod in mandato ad petendam reſtitutionem exprimi debet cauſa, quia vt idem Bart. *in l. fil. fam. n. 7. & ſeq. ff. de donat.* declarat hoc procedi, quando agitur de præiudicio ipſius mandantis, ſecus verò vbi agitur de ipſius fauore, quia tunc ſufficit cauſam, quæ requirit ſpeciale mandatum exprimi in genere.

Et benè ad propoſitũ facit, quod not. Bald. *in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſu poſt gloſſ. ibid. nu. 3. notab.* quod idem operatur mandatũ generale in õibus ſuis ſpeciebus, quod operatur ſpeciale, niſi in caſibus in iure expreſſis cũ enim de iure prohibitum non reperiatur, quod peti poſſit abſolutio à quocunq; iuramẽto, negari non poteſt, quin mandatum ſic datum ſufficiat, etiam quod iuramẽta in ſpecie in eo expreſſa non fuerint.

Quod, & eo magis in propoſito noſtro dicendum putarunt ex quo non ſolum mandatũ de quo agitur conceptum legitur verbis vniuerſalibus geminatis, ibi ſcilicet, à quocunq; iuramento in quocunq; inſtrumento, quæ includunt caſus, qui alias ex ſui natura non includerentur. Surd. *conſ. 73. n. 65. cum ibi alleg.* & idem operantur ac ſi de ſingulis inſtrumẽtis, & iuramẽtis eſſet facta ſpecialis mentio, Bart. *in l. 2. num. 2. ff. de nouat.* Aym. *conſ. 308. num. 6.* Pedem. *deciſ. 94. num. 10.* ſed etiam quia Procurator conſtitutus fuit apud acta contra Curatorem hæreditatis iacentis, & hæredis bo. me Cardinalis, nam ex hoc ipſo conijcitur Procuratorẽ fuiſſe conſtitutum ad obtinendã abſolutionem à iuramentis in inſtrumento d. donationis preſtitis, cum alia actio D. Ducis aduerſus d. hæreditatem non competeret, ac propterea perinde haberi debeat ſi fuiſſet ſpecialiter ad obtenendam d. abſolutionem conſtitutus.

Et omnis denique difficultas remoueri videbatur, quia dubitari non poteſt,
quin ſupraſcripta ſaltem iuſtam cauſam
3 D. Duci præbuerint, credens d. manda-
tum ſufficere, & quod conſequenter in eo, nec dolus, nec aliqua perfidia, ſine qua periurium non incurritur, vt latius in alia deciſione firmatum fuit, conſiderari poteſt, & præſertim cum qualibet cauſa etiam leuis à dolo, & periurio excuſet, vt vltra allegata in dicta deciſione fuit dictus in vna Romana Tutelę de Ceulis 20. Iunij 1588. coram bon. memor. Gipſio, & eſt impreſſa apud Farin. *lib. 2. conſ. crimin. deciſ. 34.*

Minus obſtat quod dicebatur abſolutio obtineri debebat explicitè ab omnibus iuramentis, non autem per relationem ad inſtrumentum, quia placuit Dominis reſponſio in alia deciſione data, quod veluti Doctores ab informantibus pro D. Marchione allegati procedunt, vel quando fuit petita ſimpliciter, & obtenta abſolutio abſque alia expreſſione, vel relatione ad inſtrumentum, vel quando in petitione narrata fuerunt aliqua iuramenta, & facta relatio ad inſtrumentum reſpectu narratorum tantum, tunc enim certum eſt abſolutionem ſic obtentam ſuffragari non poſſe, ſecus autem, quando vt in propoſito in abſolutione relatio facta fuit reſpectu omnium iuramentorum in inſtrumentis contentorum.

Et quamuis in hac poſitione in contrarium adduceretur deciſio in cauſa Laudemij coram bo. me. Cantuccio; fuit tamen viſa Dominis verior opinio, vt ſupra firmata, nam quamuis non negarent quod requiratur expreſſa abſolutio ab omnibus iuramentis, dicebant tamen ſatis ad hunc effectum dici expreſſum

preſſum

Digitized by Google

preſſum, quod per relationem ad cer-
tum inſtrumentum exprimitur iuxta
tex. in l. aſſe toto ff. de hered. inſtit. & fuit
alias in cauſis in alia deciſione relatis
reſolutum.

Et in omnem euentũ viſum fuit DD.
quod ad effectum de quo agitur D. Du-
ci ſufficiat fuiſſe alias (vt dictum eſt)
tentum in Rota abſolutionem etiam
per relationem ad inſtantiam obtentã
ſuffragare, nam hoc ipſum excuſat D.
Ducem à dolo ſine quo (vt dictum eſt)
periurius non inuenitur, cum ex co-
muni omnium ſententia opinio etiam
4 vnius Excell. Doctoris ſufficiens ſit ad
excuſare à dolo Gabr. *de malef. concl.*
8. *nu. 36. cum ibi cumulat.* ſufficit enim
quælibet cauſa, ſiuè iuſta ſiuè iniuſta
l. igitur §. poteſt ff. de liber. caus gloſ. in
l. palagis la 2. in verb. iuſta C. ad l. Fla-
uiam de plagis. Alex. *conſ. 92. num. 13.*
verſ. cum quilibet lib. 1. Caputaq. *deciſ.*
105. *num. 4. par. 1.*

Neque dicatur quod dolus, et culpa
præſumitur in veniente contra pro-
prium iuramentum, quia in propoſi-
to hæc præſumptio penitus excluditur
ex eo quod apparet D. Ducẽ antequã
aliquid in cauſa ageretur maxima ad-
hibita diligentia abſolutionem à iura-
mentis per eum preſtitis procuraſſe, nõ
enim cenſeri poteſt dolo periurium in-
curriſſe, quod omni ſtudio effugere
conatus fuit, prout in his terminis põ-
derauit Rota in vna Romana nullitatis
obligationis 22. Iunij 165. coram Re-
uerendiſs. Attrebaten.

Non obſtat quod mandatum à D. Du-
ce datum dicitur reſtrictũ ad petere ab-
ſolutionẽ ab Illuſtriſſ. Vicario, vel eius
Vicegerente, & propterea abſolutio-
5 nẽ à Domino Locumtenẽte conceſſam
eidem ſuffragari non poſſe, quia vltra
quod idem eſt Tribunal Vicarij, & eius
Locumtenẽtis, & propterea õnia ab eo
poſſunt expediri, quæ de iure commũ-
ni ab ipſomet Vicario expediuntur.
gloſſ. in cap. 2. verſ. off. vbi Gemin. Frãc.
num. 6. de offic. Vicar. veſtr. in prax. lib.
2. cap. 16. num. 7. obiectum etiam tolli-
tur ex facto, quia mandatum non eſt
reſtrictum ad D. Illuſtriſſ. Vicarium, &
eius Vicegerentẽ, ſed continet quoque
clauſulam generalem, & alijs quibus
opus erit, vnde potuit Procurator vi-
gore d. mandati abſolutionem etiam à
iuramento petere.

Non obſtat quod dicitur abſolutionẽ
fuiſſe ſebreptitiam, ex eo quod nõ pro-
6 batur læſio in petitione narrata, quia
vtrũ donatio fuerit læſiua, vel ne, per-
tinet ad negotiũ principalẽ, ac propte-
rea non poteſt per modum ſubreptio-
nis, etiam ſi dicatur, quod reſcriptum
alias non fuiſſet, vt benè declarat Fe-
lin. *in cap. ſuper litteris num.* 11. *de re-*
ſcript. Card. *conſ. 29. in 1. dubio.*

Quod dicebatur D. Ducem fuiſſe in
dolo eo quod non reſtituit ſcut. 25000.
non viſum fuit releuare, quia in facto
non ſubſiſtit, quod illa promiſit reſti-
tuere.

Ad alia etiam benè ſatsfaciunt infor-
mantes pro d. Duce, &c.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. X.

Frater quando teneatur concurrere ad
dotandam neptes ex ſocietate
omnium bonorum.

SVMMARIVM.

1 *HÆres grauatus fideicommiſſo*
deducit omne creditum, im-
penſam funeris, inuentarij, te-
ſtamenti, legata, etiamſi prohibita fue-
ris per Teſtatorem, omnis detractio, &
adiuerit citrà confectionem Inuentarij.

2 *Dotes datas filiabus Teſtatoris pariter*
detrahit, num. 3.

4 *Verba cum onere haredis, vt in matri-*
monium collocet ſpirituale, vel temporale
non important onus dotandi are proprio
heredis num. 5.

5 *Teſtator grauare poteſt haredem, in*

re propria num. 6.

7 *Annua legata ſoluit hæres ex fructibus hæreditarijs, cæterum alia legata detrahit ante reſtitutionem fideicommiſſi, etiam quod nullum inuentarium confecerit, & Teſtator prohibuerit omnem detractionem.*

8 *Fideicommiſſum non excedit vires hæreditarias.*

9 *Societas omnium bonorum, quando operetur, vt frater teneatur cōcurrere ad dotandas filias fratris ſui. numer. 12.*

10 *Morte ſocij ſoluitur ſocietas num. 13.*

11 *Vbi ſocius malitioſè recedit à ſocietate tenetur concurrere ad dotem.*

14 *Frater quando teneatur concurrere ad dotandas neptes, quæ tempore obitus fratris erant nubiles.*

15 *Dos non eſt debita, niſi ſequantur nuptiæ.*

16 *Vbi ſtatutum prius excludit fœminas, & poſteà mandat dotari, dos ſapit naturam legitimę.*

17 *Filius viuente Patrē nullum ius habet in Bonis paternis pro legitima.*

18 *Idem filia ratione ſua Dotis.*

19 *Legitima filiorum detrahitur ſtatim mortuo Patre, at dotes filiarum legata detrahuntur poſt legitimam, & poſt nuptias.*

20 *Pater quando cogi poſſit dotare, & in matrimonium collocare filias.*

21 *Hæres grauatus quando teneatur conficere inuentarium.*

VOLATERRANA fideicommiſſi de Arrighis.

QVando contingat purificari fideicommiſſum per obitū Coſmi abſq. filijs ad fauorem ſuarum neptum ex Fratre Octauiano teſtatore, dubium non eſt, dotes, & expenſas inde factas per Coſmum hæredem grauatum, tam pro nuptijs ſpiritualibus Camillæ, & Agnetis, quam pro temporalibus Dominæ Ceciliæ, detrahendas fore ex bonis hæreditarijs eiuſdem teſtatoris patris fideicommittentis, quique dictas dotes ad ipſarū fauorem legauerat, certū eſt enim, quod ſicut hæres grauatus onere reſtitutionis, deducit omne ſuum creditum, etiā
1 ſi inuentarium non confecerit. Surd. *conſ. 7. num. 23. & deciſ. 333. numer. 16.* Grat. *diſcept. 214. num. 12.* Fuſar. *de fideicomm. quæſt. 665. & Rot. in recent. deciſ. 198. par. 7.* Impenſam funeris, inuentarij, & publicationis teſtamenti. Caſtren. *conſ. 364. vol. 1.* Roman. *conſ. 276. num. 6.* Roland. *conſ. 14. in fin. vol. 1.* Fuſar. *quæſt. 670.* Omnia legata, & ſi prohibita fuerit per teſtatorem omnis detractio, Nat. *conſ. 255. num. 9. vol. 2.* Surd. *d. deciſ. 333. num. 18. & ſeq.* Fuſar. *d. quæſt. 697. Rot. in recent. deciſ. 399.*
2 *num. 38. & ſeq. p. 5.* Ita & expenſas dotium, quas ſoluit pro filiabus teſtatoris, & ex legato ipſius, dubitari non poteſt eſſe detrahendas. *l. a filia 62. ff. ad Trebellian. l. Pater filiam 14. ad l. Falcidiam. Rot. coram Card.* Caualer. *deciſ. 463. num. 3.* Nat. *conſ. 255. num. 7. vol. 2.* Menoch. *conſ. 292. numer. 18. lib. 3. Rot. in recent. deciſ. 399. numer. 31. p. 5.*

Sicut enim tanquam hæres, & ex diſpoſitione teſtatoris neceſſitate cōpulſus cenſetur dotaſſe, ità non eius liberalitati, ſed bonis teſtatoris dotes datæ, acceptæ referri debent, vt in terminis
3 patrui dotantis neptes Soc. *iun. conſ. 79. num. 94. lib 3.* Alciat. *reſponſ. 153. nu. 3.* cum alijs, quos refert, & ſequitur Menoch. *de arbitrar. lib. 2. caſ. 88. num. 47. & ſeq.* & plurimos alios refert, & ſequitur Peregrin. *de fideicomm. art. 36. num. 111. fol. 339.* Surd. *conſ. 488. nu. 22. vol. 4.* Merlin. *de legitima lib. 2. tit. 2. q. 16. nu. 5.* & in fortioribus terminis elegantiſſimè comprobauit *Rot. coram b. m. Merlin in Bononien. legati de Marcſcottis 15. Ian. 1627.* impreſſa inter *recentiores deciſ. 28. p. 5.* confirmata *22. Martij, & 26. Aprilis coram eod. & coram Illuſtriſſimo D. meo Decano 21. Feb. 1628. & 30. Aprilis 1629.* impreſſæ inter recentiores *deciſ. 58. 88. 484. 272. ead. p. 5. & coram* Dura. *deciſ. 224. p. 1.*

in qui-

in quibus firmatus, dotem ſcutorum 1500. per fratrem legatam, referendam fuiſſe ad hæreditatem patris, qui in ſuo teſtamento mandauerat dotari ad beneplacitum hæredis, vt contingit in caſu noſtro.

Et ex prædictis euaneſcit fundamentum partis aduerſę, facientis vim in illis verbis teſtatoris *Con oligo, che detto Coſimo mariti, ò monachi le figlie femine del detto teſtatore à piacimento di eſſo, ſecondo il grado loro.*

4 Vltra quòd enim dicta verba concludunt ſolummodo onus collocandi in matrimonium temporale, vel ſpirituale, quę ſunt diuerſa ab onere dotandi, vt docuit Alex. *in l. huiuſmodi 86. §. cum pater, ff. de legatis primo ſub num. 2. verſ. quia lex.* Couar. *tit. de ſponſal. & matrim. p. 2. cap. 3. §. 8. num. 7. & ſeq. verſ. Adduco enim.* Campeg. *de dote p. 1. quæſt. 13. ſub num. 2. verſ. Pater aſtringitur. Mihi fol. 208.*

5 Tanto magis ſtantibus ſubſequentibus verbis. *Et quelle, che ſi mariteranno, conſeguiſchino condecente dote a elettione, & piacimento di detto Coſimo*; Ex quibus euaneſcit omnis argumentatio, quòd teſtator retulerit dotes ad bona Coſini. Inanis etiā redditur dubitatio, quia certum eſt omnia legata, eſſe ad onus hæredis, *l. Titia cum teſtamento, §. Qui vita ff. de legat. 2. Rot. coram* Duran. *deciſ. 339. num. 18.* & teſtatorem poſſe grauare hæredem etiā in re propria hæredis, vel reſtitutioni eidem ſubiecta ex latè deductis coram Duran.

6 *deciſ. 10. num. 1. & ſeq. Rot. in recent. deciſ. 88. num. 17. & deciſ. 484. num. 7. p. 5.* Sed non hinc infertur quòd onus legati non ſit per hæredem detrahendum, quia ſolum annua legata ſoluit hæres ex fructibus, cęterum alia legata detra-

7 hit ante reſtitutionem fideicommiſſi, etiam quòd nullum Inuentarium confecerit, & teſtator prohibuerit omnē detractionem. Peregrin. *de fideicomm. art. 35. per tot.* Fular. *eod. tract. quæſt. 667. et quæſt. 665. num. 2. et conſ. 77. per tot. Rot. in recent. deciſ. 399. nu. 38. p. 5.* cum alijs mox adductis.

8 Ratio eſt certa, quia fideicommiſſum tranſcendere non poteſt vires hæreditatis, *l. Cohęredi, §. Cum filia ff. de Vulgari, & Pupillari*, cum plurimis adductis per Nat. *d. conſ. 255. num. 9. vol. 2.* & qui oneratur, quatenus vtilitatem capit onerari poteſt, & non vltra, vt in propoſito inquit Gabriel. *in conſ. 116. num. 32. vol. 1.*

Non obſtat alterum fundamentum, ex quo ſaltem pro dimidia referendas cenſet pars aduerſa dotes prędictas bonis ipſius Coſini hæredis, ſcilicet quia viuo teſtatore ſocietas interceſſerit omnium bonorum, ex qua ſaltem pro dimidia dictæ dotes cędere debebāt in eius damnū, ex latè deductis per Man-

9 tic. *de tacit. 20.* Felic. *de Societ. cap. 26. num. 21.* Grat. *diſcept. 643.*

Quia, quicquid ſit de illa ſatis controuerſa quæſtione. An ſocius omnium bonorum teneatur concurrere ad dotes filiarum conſocij, in qua non ſolum DD. ad modum inter ſe diſcordes ſunt, ſed etiam ſibi ipſis plurimi cōtrarij, quā negatiue tenuit magis comunem appellando, Gabr. *de Iure dot. conſ. 2. nu. 4. &* Surd. *conſ. 488. num. 23. vol. 4.* Molin. *de ritu nuptiarum quæſt. 78. num. 8. fol. 329.* vbi quod pluſquam ridiculum eſſet, quòd ſocius teneretur. Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 16. numer. 8.* vbi quod hæc opinio vſu fuit comprobata, & quod bis ita fuit iudicatum.

10 Nobis ceſſat huiuſmodi diſputatio, quia iam per mortem ſocij ſublata erat ſocietas, quo caſu etiam, qui illum teneri volunt, illum immunem vno ore fatentur, vt latè per Dec. *conſ. 66. nu. 4. verſ. Ad d. legem.* Soc. *conſ. 4. col. pen. verſ. Non obſtat.* quos refert, & ſequitur Rolan. *conſ. 91. num. 56. vol. 1.* Felic. *de Societ. cap. 26. ſub nu. 43. verſ. in caſu ſuo.* Et ſolum ſe reſtringunt,

11 quòd vbi finiretur ſocietas, quia Socius malitioſè recederet, ne onus dotandi ſubiret, quod ei non permitteretur, ſed etiam finita ſocietate cogeretur ad dotandum, vt ex argumento *l. Actione. §. labeo, ff. Pro ſocio*, tradit Ruin. *in conſ.*

*conſ.*104.*col.*10.*verſ. Nō obſtat.* Roland. *conſ.*91. *num.* 55. *vol.*1. de qua malitia cum in caſu noſtro dubitari non contingat, quoniam Coſmus continuauerit in Societate, licet per ſeptennium, & vltra infirmus, & æger Socius permanſerit, & tres filias fœminas haberet, ille vero nullas, & ſemper continuaſſet, niſi mors tandem è viuis illum eripuiſſet, merito dubitari non poteſt, cenſeri debere innoxium à prædicto dotandi onere, vt in fortioribus terminis reſpondit Bart. *in conſ.* 211. *quidam*
12 *ſibi filios.num.*1. *& ſeq.p.*1. Caſtren. qui dicit perpetuo eſſe menti tenendum, & plures alios, quos refert, & ſequitur Surd. *de Alim. tit.*1. *queſt.*85. *numer.*10. *fol.*67. Vbi quod legatum alimentorū factum per conſocium ad fauorem filiorum Conſocij, Conſocio præſente, & expreſſe conſentiente, nihilominus cædit omnino in portionem teſtatoris, etiam ſi durante Societate alimēta prędicta de communi præſtari debuiſſent;
13 Mors enim, quæ omnia ſoluit, non patitur ſocietatem tranſire ad hæredes, *l. Adeo* 59. *l. Actione* 65. §. *Mortuo ff. pro ſocio.* Bart. *conſ.*67. *Ex præcedenti nu.* 1. *p.*2. Bero, *conſ.*190. *num.*12. *lib.*1. quem refert, & ſequitur Felic. *de Societ. cap.* 26. *num.* 19. *& ſeq.* vbi hinc reprobat Ludouic. *concl.*53. onerantem conſocium parte funeralium Conſocij.
14 Neq; dicatur quòd ſaltē Coſmus concurrere debeat ad dotem Camillæ, quæ tempore obitus Octauiani patris teſtatoris erat nubilis, vt voluit Caſtrenſ. *conſ.*358. *num.* 1. *lib.*2.

Quia non ſufficere nubilem ætatem puellę, vt ad dotem teneatur ille Socius, qui ante promiſſionem dotis, & ante nuptias receſſerat à Societate, firmat Felic. *de Societ. d. cap.* 26. *num.* 43. *verſ. in caſu ſuo*, vbi ſubdit Caſtrenſis dictum procedere in ſua ſpecie, in qua vterq; Sociorum habebat filias; cęterū verum non eſſe, vt dos dicatur debita, quando filia ſit nubilis, quia nuptiæ
15 omnino deſiderantur, alias non dicitur debita, vt per tex. *in l. Sancimus* 24. *C. de Nuptijs poſt* Rim. *in conſ.* 15. *num.*2. *& ſeq.* Alex. *conſ.* 32. *num.* 12. *verſ. quia tunc cogitur pater vol.*4. reſpondit *Rot. in Bononien. Bonorum* 6. *Iunij* 1616. *coram* Card. Sacrat. *inter recent. deciſ.*301. *p.*4. *& apud* Merlin. *de legitim. deciſ.*99. *nu.* 11. *& deciſ.*100. *num.*6. *Rot. in recent. deciſ.*9. *num.*5. *p.*6. & in terminis matrimonij ſpiritualis *Rot. in recent. deciſ.* 60. *p.* 2. *& coram* Greg. *deciſ.* 301. in quib. deciſionibus hinc deducitur, & firmatur legatū dotis etiam à patre relictum eſſe conditionale, ita vt fuiſſe debitum cenſeatur dum ſequantur nuptiæ, & non aliàs. Pereg. *de fideicomm. art.*37. *num.* 19. *& ſeq.* Neuiz. *conſ.*72. *num.*13. Campeg. *de dote p.*1. *queſt.*29. *num.*1. Reger. *eod. tract. quaſt.*4. *num.*1. *& ſeq.* Magon. *deciſ. Flor.*14. *num.* 1. *& ſeq.* Greg. *deciſ.*346. *Rot. in recent.* 450. *num.*1. *p.* 5. *& coram* Duran. *deciſ.* 224. *num.*23.

Quod tanto magis procedit in caſu noſtro ſtante ſtatuto *cap.*109. fœminarum excluſiuo, ibi. *Et qui proximior ſit in gradu, excluſis fęminis, vel ab eis deſcendentibus, in hæreditate ſuccedat, qui maſculi dictas fęminas dotare teneantur.*
16 Ex cuius diſpoſitione cum appereat fœminas prius excludi, & poſtea mandari dotari, dubitari nequit, dotem nō poſſe ſapere naturam legitimæ, iuxta diſtinctionem Caſtrenſ. *in l. Titio centum*, §. *Titio genero*, *num.*8. *ff. de Cond. & demonſtrat. cum ſexcentis adductis per* Greg. *& addent. deciſ.*565. *num.*11. Burat. *& Addent. deciſ.* 215. Magon. *deciſ. Flor.*14. *Rot. in recent. deciſ.*9. *nu.* 4. *p.*6. Ac proindè tanto magis indubitata redditur firmata concluſio, vt pōderauit Magon. *d. deciſ* 14. *num.*5. Gabr. *conſ.*116. *numer.* 32. *lib.*1. Honded. *conſ.* 83. *num.* 26. *Rot. in recent. deciſ.* 399. *num.*33. *& ſeq p.*5.

Quamquam hæc quæſtio parum noſtra interſit, quia ſiue dos ſapiat naturam legitimę, ſiuè non, ſemper verum eſt, quòd non contractis nuptiis illa nō debetur, vt ſupra deduximus, & ſicuti viuente patre filius nullum ius habet in bonis paternis pro legitima *l.*1. §. *fin.*

Puberi.

Puberi. ff. de Collat. bonor. Cum concordant. Surd. *de Alim. tit. 1. quaſt. 35. nu. 15.* Olaſc. *deciſ. Pedemont. 172. num. 15.* Grat. *diſcept. 950. num. 6. Rot. in recent. deciſ. 141. num. 5. p. 5. & p. 6. deciſ. 355.* Merlin. *de legit. lib. 5. quaſt. 1. tit. 4. nu. 6. & ſeq. Rot. apud eund. deciſ. 55. num. 22.* ita, & filia pro dote etiam vigore ſtatuti loco legitimę ſubrogata nullũ
18 ius viuente patre in bonis ipſius habere cenſetur, vt arguit *Rot. in Romana dotis 29. Febr. 1616. coram b. m. Card.* Veroſp. *Sen. inter recent. deciſ. 708. num. 3. p. 1. & p. 4. deciſ. 26.* confirmata coram Vbald. *26. Aprilis 1619. Afflict. deciſ. 162. num. 6. & ſeq.* Grammat. *deciſ. 90.* Peregr. *art. 36. de legit. num. 149. verſ. Citra autem pactum fol. 343.*
19 Quinimo legitima filiorum detrahitur ſtatim mortuo patre, at dotes filiarum per patrem legatæ detrahuntur poſt legitimam, & poſt conditionem nuptiarum purificatam, vt ex conſulto Collegij Patauini pluries reſpõdit Rot, & ſignanter *in Rom. legitimę corã Vbaldo apud* Merlin. *de legit. deciſ. 4. & ſeq. coram Card.* Caualerio *deciſ. 341. num. 1. & recent. deciſ. 272. num. 5. & 484. num. 11. p. 5.*
20 Et licet etiam in vita aliquando pater cogi poſſit in matrimonio collocare, & dotare filias *l. qui liberos, ff. de Ritu nupt.* hoc tamen procedit, vt inquit *text.* quando iniuria prohibet matrimoniũ, ſcilicet quia non ex paterna prudentia moram trahit pro tanta re deliberãda, vt requirit matrimonium, Bald. *in l. Generaliter 40. ſub num. 11. in fin. verſ. ſecundo vero caſu C: de Epiſcopis.* Sed quando ducit in ſenium filiam, & adeo ſerus eſt, vt filia iam 25. annum agat, Bart. *in l. Obligamur, ff. de obligat. & Action.* Campeg. *in dot. p. 1. quaſt. 13. n. 1. verſ ſecundo limit. fol. 298.* & ideo tunc cogitur dotare etiam ſi indigno nubat, vt latiſſimæ *per Rot. in Rom. dotis 11. Decembris 1620. coram* Burat. inter eius impreſſas *deciſ. 698. num. 1. & ſeq.*

Et tunc nulla actione cõpellitur etiã, ſed ſolo officio Iudicis, quod ſupponit nullam competere filiæ obligationem, vt reſpondent ſcribentes in *d. l. qui liberos,* tradit Iaſon. *tit. de Action. §. fuerũt. 101. fol. 126.* Siluan. *conſ. 2. num 17. 74. & 47.* Alex. *conſ. 32. nu. 14. vol. 4* Campeg. *de dot. p. 1. quaſt. 13 num. 1. mihi fol. 147.* Facchin. *controuerſ. lib. 13. cap. 78. Rot. in d. Rom. dotis 27. Aprilis 1619. coram b. m. Vbald. ſen.* vbi etiam quòd huiuſmodi officium Iudicis competit ſolum contra patrem iuxtà doctrinam Soc. *iun. in l. 1. ff. ſolut. matrim. nu. 162.*

Patet igitur Coſmum non teneri, neq; ad dotem Camillæ, quæ tempore obitus annum agebat 13. ne dum ad dotes aliarum, quæ tunc infantes, & innubiles erant.

Quoad tertiã difficultatem, An licuerit menſibus elapſis Coſmo inuentariũ facere, prout fecit præuio Decreto Iudicis, bonorum hæreditariorum Octauiani Fratris teſtatoris, fideicommittẽtis, res nullam pati videtur difficultatem. Cum enim nunquam fuerit interpellatus ad illud cõficiendum, integrũ illi eſt quamdocunq; illud conficere. Cum etiam omninò illud omittere potuerit abſq; eo, quod quicquam illi imputari poſſet ex latè deductis per Peregrin. *de fideicom. art. 35. num. 25. & ſeq.* Fuſar. *eod. tract. queſt. 515. per tot. Rot. in recent. deciſ. 399. num. 41. & ſeq. p. 5.*

Ita Iuris eſſe cenſui ego Io. Tenaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XI.

Preſentatio cum onere penſionis facta per patronum, quando cauſat, vt beneplacitum Apoſtolicum præſentationi adiectum ſit obtinendum infrà tempus datum ad præſentandum, alioquin intret deuolutio.

SVMMARIVM.

1 Littera Apoſtolica, vbi non ſunt iuſtificata, ſicuti exequtioni demãdari

dari non poſſunt, ità executio pro eis conceſſa reuocatur, num.22.

2 *Omnia narrata per impetrãtem ſunt iuſtificanda, etiamſi in negatiua conſiſtant, num.38.*

3 *Impetrator ob deuolutionem, debet plenè, & concludenter probare lapſum tempus ad pręſentandum à die ſcientię patroni, num.25.*

4 *Pręſertim vbi patroni ſunt pupilli, qui dicuntur ignorare ea, quę vident, numer.26.*

5 *Relatione in præſentatione facta ad conuentiones, interpretatur ad formam conuentionum, num.36.*

6 *Promitens conſentire penſioni, cenſetur obnoxius ad conſtituendum Procuratorem pro conſenſu pręſtando in manibus Datarij.*

7 *Purum, & purificatum paria ſunt, numer.33.*

8 *Actus conditionalis nõ recipit ſuum eſſe, niſi purificata conditione.*

9 *Pactum ſoluendi penſionem ſub conditione placiti Apoſtolici non ſapit ſimoniacam prauitatem, niſi huiuſmodi pactum per ſolutionem penſionis executioni demandetur ante placitum Apoſtolicum, num. 29.*

10 *Clauſula reſeruatiua placiti Apoſtolici non refertur ad præſentationem, ſed ad qualitatem penſionis adiectę, nu.31. cum ſequentibus.*

11 *Diſpoſitio cenſetur medalis potius, quã conditionalis, & ideò clauſula placiti Apoſtolici conditionaliter adiecta, non refertur ad totam orationem, quamuis in fine poſita ſit, num.35.*

12 *Pręſentatio cõditionalis debet purificari intrà tempus datum ad pręſentandum num.30. & ſeq.*

13 *Clauſula omn. meliori modo ſubſtinet actum per omnem modum poſſibilem, & ideò adiecta actui conditionali operatur, ut conditio cenſeatur remiſſa in voluntatem ſuperioris.*

14 *Quando conditio eſt purificanda per habentem inſtitutionẽ, non poteſt imputari Patrono, ſi labatur tempus ad præſentandum, num.34.*

15 *Pręſentatio de inhabili ſub conditione obtinendi diſpenſationem, quando ex lapſu quadrimeſtris, ſeu ſemeſtris cauſet deuolutionem.*

16 *Autoritates, & deciſiones ſunt intelligendę iuxta allegata.*

17 *Deciſio Lucana Capella coram Carillo declaratur, num.17. cum pluribus ſequentibus.*

18 *Patronis duplicantur tempora ad faciẽdum nouam pręſentationem, dum eorum pręſentatio citrà eorum culpam, habere, effectum non potuit. numer.30.*

19 *Quomodolibet velari poſſit negligentia patroni, excluditur deuolutio.*

20 *Valor narratus eſt iuſtificandus, numer.27.*

21 *Idoneitas prouiſi eſt iuſtificanda pręuio examine, antequam concedatur inſtitutio.*

22 *Ius patronatus, & vacatio hinc indè narrata releuat ab onere probandi.*

24 *Clericatus, et habilitas probatur ex atteſtatione ordinarij.*

23 *Scientia obitus, qua ſufficiat in patrono pro metiendo tempore dato ad pręſentandum.*

28 *Idoneitas quando non ſit iuſtificanda.*

32 *Refertur deciſio Valentina Parochialis 28. Aprilis 1645. coram R.P.D. Cerro.*

Clauſula ſiue alio quouis modo vacet, non iuuat impetratores ob deuolutionem.

Piſana Canonicatus del Pitta.

Reuerendiſſ. Domine.

PER obitum D. Ioannis Baptiſtæ Aulla bon. mem. de menſe Decembris proxime pręteriti defuncti, vacantibus Canonicatu, & Præbenda nuncupatis del Pitta in Primitiali Piſana de Iure patronatus DD. Filiorum de Gaſparis in pupillari ætate exiſtentium, conuentum fuit per DD. Tutores dd. Patronorum cum D. Bartolomeo de Moſtardis meo principali de illum præſentando ad d. Canonicatum, & Præbendam occaſione d. vaca-

Digitized by Google

d. vacationis, & vice verſa d. D. de Moſtardis promiſit cōſtituere Procuratorem confidentem d. D. Tutori, qui in Vrbe coram Officialibus Papæ aſſenſum præſtaret annuæ penſioni, ſeu pēſionibus reſeruādis partim ſuper fructibus d. Canonicatus, & Præbendę, & partim ſuper fructibus Cappellanię poſſeſſæ ab eodē, replicata reſeruatione beneplaciti Apoſtolici, vſque ad tertiā vicē, & cū clauſula, & nō alias, &c. vt clarius ex Inſtrumēto publico ſtipulato ſub die 23. Martij proximi præteriti in 2. *proc. fol.* 70. Succeſſiue iuxta formam d. conuentionis præſentatus fuit D. de Moſtardis, qui pariter iuxta d. conuentionem conſtituit Procuratorē D. Angeluccium ſub die 26. eiuſdem Menſis Martij, (vt per Inſtrumentum publicum in actis productum) ad præſtandum conſenſum dd. penſionibus *d. 2. proc. fol.* 74.

Renuente Summo Pontifice annuere reſeruationi penſionis prouiſus fuit auctoritate Apoſtolica d. Meus principalis citra reſeruationem aliquā penſionis, tanquam præſentatus à Patronis cū derogatione medietatis, at D. Scottus Aduerſarius prætendens Canonicatum eſſe deuolutum, obtinuit Mandatum de prouidendo certo modo ob prętenſam deuolutionem; Pręſentatis hinc inde literis Apoſtolicis Reuerendiſſimo D. Vicario Piſarum, tanquam Executori, de voto D. Sebaſtiani Galeotti, pronunciatum fuit ad fauorem d. D. Scotti Aduerſarij.

Commiſſa autem Cauſa Appellationis per delegationem Apoſtolicam Reuerendiſs. D. meo Rouaio ſperatur Sentētia fauorabilis ex infra dicendis.

Sententia lata ad relationem D. Sebaſtiani Galeotti pro executione literarum certo modo ob prętenſam deuolutionem ad fauorē D. Franciſci Scotti Aduerſarij, ſubſtineri nullo pacto poteſt, quia vbi literæ non ſunt iuſtifi-
1 catę, alię non ſunt partes Iudicis, niſi pro reuocatione Sententię, *Canoniſtę omnes in c. 2. de reſcript.* Cęſar de Graſſ. *deciſ.* 12. *de prob. Rota in rec. deciſ.* 129. *num.* 5. *p.* 3. *pag.* 314. & in his terminis ſententię latę ad fauorem Prouiſi ob deuolutionem, Burat. *deciſ.* 18. *num.* 8. *fol.* 31.

2 Iuſtificatę non ſunt literę ad fauorem Aduerſarij, ſiquidem, ne dum omnia narrata, prout tenebatur, non iuſtificauit. Seraph. *deciſ.* 870. *num.* 1. *Rota in rec. deciſ.* 747. *num.* 4. *deciſ.* 179. *deciſ.* 132. *num.* 3. *p.* 2. *& apud* Viuian. *de Iure patron. deciſ.* 6. *& deciſ.* 89. *& p.* 5. *rec. deciſ.* 56. *numer.* 3. quod habet locum etiam ſi in negatiua conſiſtant, *Rota in rec. deciſ.* 362. *numer.* 2. *& deciſ.* 502. *num.* 5. *deciſ.* 589. *num.* 8. *deciſ.* 632. *num.* 6. *deciſ.* 293. *num.* 7. *p.* 1. *& p.* 2. *deciſ.* 422. *num.* 2. *deciſ.* 130. *numer.* 5. *deciſ.* 19. *num.* 2. *deciſ.* 179. *num.* 7. Put. *deciſ.* 380 *num.* 1. *lib.* 2. *deciſ.* 427. *numer.* 1. *lib.* 3. Greg. *deciſ.* 13. *num.* 9.

3 Sed etiam excluſit prętentationē infra tempus datum ad pręſentandum, licet hoc tanquam fundamentū ſuę prouiſionis, pleniſſimè, & concludentiſſime fuiſſet iuſtificandum, Caſſador. *deciſ.* 5. *de præb.* Veral. *deciſ.* 253. *p.* 1. *Rota diuerſ. deciſ.* 421. *p.* 1. *duplicata apud* Viuian. *de Iure patr. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 204. Seraph. *deciſ.* 1270. *num.* 2. *Rota in rec. p.* 4. *deciſ.* 221. *num.* 6. *verſ. & tamen fol.* 145. Buratt. *deciſ.* 495. *num.* 7. *fol.* 104. *deciſ.* 938. *num.* 9. *& deciſ.* 18. *num.* 3. vbi etiam, quod non ſufficit probaſſe lapſum Quadrimeſtris à die obitus, ſed probanda eſt ſcientia Patroni, itaut à die ſcitę vocationis ſit lapſum Quadrimeſtre, alias non infertur ad deuolutionem, ſequitur *Rota in Firmana Altaris coram Cardinali Blanchetto, rurſus confirmata coram eodem, & amba impreſſa apud* Garg. *de beneſ. p.* 10. *c.* 3. *num.* 12. *&* 13. *Rota in rec. p.* 3. *deciſ.* 21. *& ibi plenè* Paul. Rub. *in addit. num.* 16. *&* 23. *& in Foroliuen. Iuriſpatr. coram bon. mem. Cardinali* Panzirolo *in p.* 7. *rec. deciſ.* 221. *num.* 10. *fol.* 406. *& p.* 2. *deciſ.* 173. *pleniſſime* Viuia. *de Iurepatr. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. *fol.* 385. *iuxta nouiſſ. impreſſ.* vbi etiam, quod non ſufficit probatio ſciētię interpretatiuè, ſed requiritur vera, & certa ſcientia, plene, & concluden-

X ter pro-

ter probata, ſequitur cum multis. Ferentill. *ad* Buratt. *d. deciſ.* 18. *lit. B. et* Rubeus *in d. deciſ.* 21. *num.* 23. *p.* 3. *recent.*

4 Præſertim in caſu noſtro in quo Patroni ſunt pupilli, qui cum dicantur ignorare etiam, quę vident *l.* 1. *alias* 2. *§. Impuberes C. de fal. monet.* indigent monitione Iudicis, vt eis currat Quadrimeſtre ad pręſentandum, vt bene per Viuia. *de Iurepatr. lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 16. *f.* 38. *in nouiſs. impreſſ.* & quod ita conſultus reſpondit.

Non obſtat fundamentum D. Galeotti, ex quo motus fuit, vt dixit in Motiuo, ad canonizandam deuolutionē, nimirum in vltimis verbis Pręſentationis fuiſſe appoſita verba, ſalua, & reſeruata penſione iuxta conuentionem, ex quibus infert, quod nihil profuit reſeruaſſe aſſenſum Apoſtolicum, cum illum non obtinuerit intra Quadrimeſtre datum ad pręſentandum, quapropter pręſentatio remanſerit infecta ſimoniaca prauitate, & factus fuerit locus deuolutioni.

5 Siquidem cum d. clauſula ſalua, & reſeruata penſione ſit relatiua ad conuētiones celebratas per publicum Inſtrumentum, nō aliter interpretari poteſt, quam importent relatę conuentiones, *Rota diuerſ. deciſ.* 121. *num.* 6. *p.* 1. Surd. *deciſ.* 291. *num.* 16. *et ſeq.* Greg. *deciſ.* 160 *num.* 12. *et* 13 *p.* 7. *f.* 309. vbi etiam quod error in tempore, dum conſtat de identitate Cauſę, & perſonarum, nō vitiat veritatem actus.

Sed ſic eſt, quod ex conuentionibus nihil aliud pręſtare tenetur pręſentatus, niſi ad conſtituendum procuratorem pro d. conſenſu præſtando in Cācellaria Apoſtolica pro dd. penſionibus, vt in proceſſ. coram Reuerendiſs. D. meo fol. 70. ergo etiam ſi dd. verba quid amplius importarent, reſtringerentur intra limites d. relati, Burat. *deciſ.* 284. *num.* 4. ac proinde tanto magis id certum remanet, cum ea ſit natura dictę promiſſionis penſionis, vt nihil aliud ferat, quam huiuſmodi Mandatum dare ad illi conſentiendum, vt egregie in puncto tradiderunt celeberrimi Aduocati, & primarij in Orbe Romano claræ memorię Ioannes Camillus Maſcambrunus, & Hippolitus Merenda in Cauſa Lucana Cappellę, quorum verba ſunt infraſcripta.

6 „ Non obſtat quod præſentatio fuerit conditionalis reſpectu conſenſus præſtandi penſioni, quia præſentatio fuit pura, & conſenſus debebat præſtari poſt aſſecutionem Beneficij, quod non reddit Præſentationem conditionalem, ſed ſolum operatur, vt cogi poſſit ad conſentiendum penſioni. Bart. *in l. quibus diebus*, *§. termilius ſub num.* 1. *in fine*, *ff. de condit. et demon.* Bald. *conſ.* 219. *numer.* 5. *lib.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 292. *col.* 1. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 59. *num.* 1. Honded. *conſ.* 58. *lib.* 2.

„ Et tamen eo ipſo, quod acceptauit præſentationem dicitur conſenſiſſe reſeruationi penſionis, præſertim cum dederit mandatum ad illi conſentiendum. *l. cum ab vno in* 1. *ff. de leg.* 2. Crauet. *conſ.* 174. *num.* 9. *Rota in rec. deciſ.* 79. *numer.* 6. *et* 7. *et deciſ.* 64. *numer.* 10. *p.* 1.

„ Minus obſtat, quod Mandatum fuerit conditionale in euentum in quem ſibi prouideretur de Cappellania, quia hoc tacitè ſubintelligebatur, etiam ſi non fuiſſet expreſſum, quia nunquam tenetur ad penſionem, niſi aſſequatur beneficium, imò eo dimiſſo expirat obligatio, etiamſi adſit depoſitum vel cedula bancharia, vt latè poſt alios Pariſ. *de reſig. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 1. *et* 10. hactenus Maſcambrunus. Merenda autem, ita loquitur.

„ Non obſtat, quod illa prima præſentatio fuerit facta ſub conditione, quod deberet conſentire penſioni, accedente beneplacito Apoſtolico, & non aliter, &c. ex qua non fuit quæſitum Ius ad rem. Quia iſta non fuit conditio ſuſpenſiua, cum veniret implenda poſt præſentationem, ſed reſolutiua, aut modalis, quæ non impedit acquiſitionē iuris. Menoch. *conſ.* 388. *num.* 14. *verſ. ſecūda eſt dubitatio* Surd. *conſ.* 268. *n.* 54. *verſ.* 2. *reſpōdetur*, Seraph. *dec.* 724. *n.* 10.

„ Que-

» Quemadmodum impleuit ipſe dando
» eodem die mandatum ad conſentien-
» dum penſioni in manibus Papæ, man-
» datum enim de cõſentiendo, habet vim
» conſenſus, quantum ad ipſum conſen-
» tire debentem, ex quo dato mandato,
» ſi Papa illam non reſeruat, per eum nõ
» ſtat. *Rota p.1. diuerſ. deciſ.215. num.14.*
» *& deciſ.396. numer. 4. & deciſ 397. &*
» *& par.2. recent. deciſ.443. num.2.*
» Nec releuat Motiuum D. Cauſei, Mã-
» datum fuiſſe conceſſum in euentum, in
» quo ſibi prouideatur de Cappella,
» quia iſta exprimunt id, quod tacitè
» ineſt, cum non poſſit conſentire pen-
» ſioni, niſi præuia prouiſione, alias non
» fuiſſet Rector beneficij; prout requirit
» regula Cancellariæ de præſtandis con-
» ſenſibus, neque Dataria ex notorio
» ſtylo concedit penſiones præſentato-
» rum, vel prouiſorum ab Ordinario, niſi
» quoque eodem tempore illi prouideat,
» ideo iſta fuit expreſſio eius, quod de
» iure inerat, ac proinde non reddit cõ-
» ſenſum conditionalem. Dec. *in cap. ſi-*
» *gnifican. de elect. Rota p.1. diuerſ. deciſ.*
» *576. &c.* hactenus Merenda.

Quibus addo Pariſ. *de reſig. lib.14. q.5. num.6.* vbi, quod reſeruatio penſionis pendet à voluntate Papæ, cum partes aliud non poſſint, niſi illi conſentire, vbi Summus Pontifex annuat.

Cum igitur noſter principalis vſque ſub die 26. Martij huiuſmodi mandatum ampliſſimum conſtituerit, vt in d. proc. fol. 74. dubitari nõ poteſt de adimplemento intra tempus datum ad præſentandum, ac proinde quando etiam d. verba ſalua, & reſeruata penſione, &c. ſaperent conditionem ſuſpenſiuã, adimpleta, & purificata d. conditione. tanquam pura habenda eſſet præſentatio, cum paria ſint purum, & purifi-
7 catum, Geminian. *conſ.107. nu.4.* Pariſ. *de reſig. lib.9. quæſt.6. nu.68. & q.3. n.39.*

Cęterum illatio D. Galeotti, non obtento beneplacito Apoſtolico, etiam infra quadrimeſtre datum Patronis ad præſentandum, præſentationem remanere infectam ſimoniaca prauitate, repugnat Iuris principijs, Praxi totius Orbis, & irretiret innocentes plurimos nexibus ſimoniacis; notiſſimum eſt enim, ne dum in Romano Orbe, ſed etiam in hac Ciuitate plurimos Patronos, præſertim modernis tẽporibus præſentaſſe cũ reſeruatione penſionis, ſi Sanctiſſimo placuerit; cum autẽ Papa renuerit penſionem reſeruare, præſentationes iam factæ ſortitę fuerunt inſtitutionem, etiã ab Ordinarijs citra penſionem, quod perperam factum fuiſſet, ſi canonica eſſet d. doctrina incurſus in Simoniam, non obtenta gratia Apoſtolica intra Quadrimeſtre ſuper reſeruatione penſionis, longè igitur abeſt macula huiuſmodi, cum certa regula Iuris
8 ſit, vt actus conditionalis non recipiat ſuum eſſe, niſi adimpleta conditione, à cuius euentu eius natiuitas prouenit, Mandoſ. *ad reg. Canc.32. quæſt.18. num. 15. & ſeq.* Tiraq. *de retract. conuent. §.2. Gloſ.1. num.74. & in l. ſi vnquam in verbo reuertatur numer.288. C. de reuoc. donat. fol.511.* vbi hinc infert, quod Titulus conditionalis, cum pendente conditione non ſit Titulus, idcircò aptus non ſit ad præſcribendũ idipſum. Balb. *de præſcript. quæſt. 12. num.5.* Menoch. *conſ.388. 17.* Surd. *conſ.268. num.52. & ſeq.* Lambertin. *de Iurepatr. liber 2. p.2. art.9. quæſt. 3. num. 1. verſ. quia conditio nihil ponit ineſſe, mihi fol.154.* Duran. *deciſ.356. num.18. & deciſ.339. num.36. Rota in Volaterrana Prioratus 7. Februarij 1635. coram Pirouano, egregè Rota diuerſ. p.1. deciſ.777. ſub nu.3. verſ. quia ſuſpenſiua cõditio, nihil ponit in eſſe præter ſpẽ quandã, &c.* Buratt. *dec.374. n.12. f.6. tõ.2.* Io. Ant. Beon. *de iure acreſcen. c.6. q.10. n.38. et 39. f.243. t.1.* Tomat. *dec. March.2. n.7. & 8.* Larea. *dec. granaten.67. p.2. f.155. & p.1. diſp.40. n.1. et ſeq. f.512.*

Quapropter pactum penſionis ſub conditione placiti Apoſtolici, tanquam in eſſe non deductum (obſtante conditione ſuſpenſiua) donec placuerit Summo Pontifici, nunquam poſſe redolere ſimoniacam prauitatẽ, niſi huiuſmodi pactum, poſthabita authoritate Apoſtolica executioni deman-
9 daretur, ſoluendo penſionẽ huiuſmodi,

vno ore diſtingunt Canoniſtæ omnes iuxta tradita per Gomez. *in reg. de trien. quæſt. 12. lit. F. quem refert, & ſequitur* Nauar. *conſ. 49. de Simon. incipit quædam, mihi fol. 462. iuxta antiquã impreſſ.* quod in noua eſt *in conſ. 33. eod. tit.* vbi quod ita ſeruat ſacrum Prætorium Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, & repetit in Manuale *cap. 28. num. 107. egregie Rota coram Penia in Calaguritana penſionis 29. Maij 1595. impreſs. Lugd. deciſ. 453. numer. 4. fol. 318. Rota diuerſ. lib. 3. p. 3. deciſ. 673. incipit ponderatis, fol. mihi 307.* Pariſ. *de reſig. lib. 14. quæſt 5. num. 9. & 10. mihi fol 224.* Card. Seraph. *deciſ. 237. num. 3.* Garg. *de benef. p. 1. cap. 5. num. 253. mihi fol. 40.* Sanchez. *in conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 52. num. 18. in fin. & de Matrimonio lib. 5. diſput. 5. num. 12. verſ. et amplius.* Duran. *de condit. impoſſ. p. 4. cap. 6. num. 50. propè finem.* Boſſius *de Matrim c. 10. §. 31. nu. 295.* Barboſ. *qui alios cumulat, clauſ. 135.* vbi, quod præſertim procedit ſtãte clauſula non aliter, quæ pluries fuit repetita in caſu noſtro.

10 Aut enim Papa annuit reſeruationi penſionis, aut renuit. Primo caſu, conuentio ita habet locum, vt non valeat præſentatus reſilire à conuenta penſione, ſed omninò illi eſt obnoxius. Secundò caſu, habetur perinde, ac ſi penſio non fuiſſet conuenta propter naturam conditionis, ſub qua pactæ ſunt partes de penſione, cum non alias voluerint paciſci de pẽſione, niſi quatenus Papa illam dignatus fuerit conſtituere, neque enim conditio ſępius reperita, ſi Papæ placuerit refertur ad præſentationem ipſam, ſed ad penſionem, quamuis vnica oratione fuiſſent expreſſæ pẽſio, & præſentatio, quoniam clauſula quamuis in fine diſpoſitionis poſita reſtringitur ad illud, quod ratio ſubiectę materię expoſtulat. *Rota diuerſ. deciſ. 666. num. 2. p. 1.* Burat. *deciſ. 21. num. 11. fol. 36. Rota in rec. p. 4. tom. 2. deciſ. 474. num. 2. & ſeq. fol. 656. probat tex. in l. ſed ſi præterea §. hęc clauſula verſ. deinde ff. ex quibus cauſ. maior, cum plurimis doctiſſime adductis per Illuſtriſs. D. meum Corradum in Feſulana Oratorij 14. Martij 1650. confirmata 24. Martij præteriti.*

Ratio ſubiectę materiæ expoſcit, vt reſtringatur ad reſeruationem Penſionis, non autem ad actum præſentationis, quoniam ſicut omnis fit interpretatio, vt diſpoſitio potius cenſeatur mo-
11 dalis, quam conditionalis ad *l. cum mota C. de tranſact.* Put. *deciſ. 420. lib. 1. in correct. fol. 181. alias deciſ. 430.* ita interpretandum eſt, vt clauſula in fine poſita non reddat totam orationẽ conditionalem. Mantic. *de coniect. lib. 10. tit. 6. num. 22. cum alijs per Rotam in recen. deciſ. 563. numer. 13. fol. 112. p. 4. tom. 3. egregie* Lotter. *de re beneſ. lib. 3. q. 14. num. 40. fol. 94. & deciſ. 642. p. 3. recen. fol. 597.*

Præſertim cum ea ſit natura reſeruationis aſſenſus Apoſtolici, vt reſtringatur, ad ea in quibus eſt neceſſarium, iuxta *conſ.* Gabr. *92. num. 4. verſ. non obſtat lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 96. num. 2. p. 1. & deciſ. 215. num. 12. apud.* Poſth. *de manut. fol. 183.* Seraph. *deciſ. 1027. num. 6. & p. p. diuerſ. deciſ. 519. num. 13.* Buratt. *deciſ. 374. numer. 12. & 16.* cum igitur actus præſentationis ſit ex ſui natura talis, vt non requirat placitũ Apoſtolicum, conſequens eſt, quod nõ poſſit applicari, niſi ad reſeruationem penſionis, &c.

12 Ex quibus ceſſat Motiuum, quod pręſentatio ſit conditionalis, ac proinde purificanda intra Quadrimeſtre datum ad præſentandum, *Rota in d. Lucana coram Carillo deciſ. 118. num. 14. apud. Viuia de Iure patron. &c.* Etenim vltra quod ſatis dicitur purificata intra Quadrimeſtre, cum exaduerſo non fuerit probatũ lapſum fuiſſe à die ſcitę vacationis, vt ſuprà diximus, ceſſat difficultas, quia Præſentatio pręd. fuit pura, aut purificata immediatè dato mandato ad conſentiendum, ex deductis ſupra per Merendam, & Maſcambrunum, eo magis
13 ſtante clauſula, omni meliori modo, quæ ſicut operatur, vt actus ſubſtineatur per omnem modum poſſibilem, *Rota in rec. deciſ. 733. num. 9. p. 2. & p. 5. deciſ.*

deciſ. 30. num. 15. ita iuuat, vt quatenus fuiſſet concepta etiam conditionaliter ſubſtineatur, ex quo conditio cenſeatur remiſſa in voluntatem, & liberã diſpoſitionem Pontificis, etiam quod verba contrarium annuiſſent, vt optimè per *lapſum alleg. 50. num. 10. verſ. ita etiam, cum alijs per* Barboſ. *clauſula 95. num. 31. fol. 459.* Lambert. *de Iure patr. lib. 2. p. 2. art. 9. q. 3. num. 2. fol.*
14 *mihi* 154. vbi, quod quando conditio eſſet purificanda per habentem inſtituere, nihil eſt, quod imputetur Patrono itaut intrare poſſit deuolutio, cum tempus Inſtitutionis non ſit in Iure determinatum *Rota deciſ. 4. in nouiſs. de Iure patr. & in rec. p. 3. deciſ. 43. in fine, verſic. cum in hoc*, Penia *deciſ.* 803. *nu. 1. fol. 569. & deciſ. 737.*

15 Et in fortioribus terminis *Rota coram Card. Seraph. deciſ.* 1172. quam etiam refert per extenſum Ricc. *in Prax. Iuriſpatr. deciſ. 205. mihi fol. 209.* vbi quod præſentato inhabili ſub conditione obtinendi diſpenſationem à Sede Apoſtolica, interim non ſolum non labitur tempus præſentationis, ſed etiam non prius incipit currere, quàm à die nulliter obtentæ diſpenſationis.

Ex quibus patet reſponſio ad d. deciſionem in *Lucana Capella coram Carillo*, quoniam vltra quod arguendo ex affirmatiua in ea contenta ad iſtam negatiuam eſſet arguere à contrario ſenſu, non eſt nouum dicta Doctorum, & deciſiones intelligendas eſſe ſecundum
16 Iura, & authoritates relatas, Coccin. *deciſ. 67. num. 8. & deciſ. 291. num. 6.* Cum igitur Lambert. *de Iurepatr. lib. 2. p. 2. art. 5. q. 3. num. 5. mihi fol. 150. & art. 9. q. 3. num. 2. mihi fol. 154.* & aliæ authoritates in d. deciſ. allegatæ loquãtur, vbi conditionalis omnino fuit præſentatio, itaut ſi conditio remiſſa fue-
17 rit in voluntatem Superioris, vt contigit in caſu noſtro, ex ſupra deductis, firmẽt Patronũ non poſſe eſſe obnoxiũ deuolutioni, quoniam nihil eſt, quod ſibi imputetur, conſequens eſt, innoxium fuiſſe Patronum à deuolutione, dum d. qualitatem penſionis appoſuerit quatenus probetur per Papam, attentis ſupra deductis. Itaque ex allegatis in d. deciſione, tunc intraret deuolutio, non obtento aſſenſu Apoſtolico intra Quadrimeſtre, quando penſione adiecta præſentationi cum clauſula reſeruato aſſenſu Apoſtolico, præſentatio tamen ita fuiſſet concepta, vt non alias aliter, nec alio modo Patronus præſentare voluerit, niſi conſtituta, & reſeruata penſione per ſummum Pontificem, vt paſſim contigit in reſignationibus ad fauorem in manibus Papæ iuxta tradita per Lotter. *de re benef. lib. 1. quæſt. 40. num. 271. verſic. quam ſimplex verborũ ſtructura fol. 301.* hoc enim caſu, quaſi in pęnam temeritatis, qua notari poſſe videtur Patronus non ſe ſubijciens voluntati Pontificiæ, vt liquet ex obſeruatis per Lotter. *de re benef. lib. 3. quæſt. 14. nu. 23. iniuncto n. 40. fol. 93.* vbi, quod etiam reſignantes ad fauorem certæ perſonæ, cum penſione non loquuntur in ſupplicatione Pontifici porrecta, itá abſolutè, vt non deferrè videantur arbitrio pontificio, & propterea Patronus itá abſolutè penſionem immiſcens in præſentatione, vt non aliter præſentare intendat niſi placuerit Papę apponere penſionem, fit
18 obnoxius deuolutioni nõ obtenta gratia Apoſtolica infra quadrimeſtre, quoniam videtur indignus diſpoſitione *cap. ſi elect. de elect. in 6.* ex cuius priuilegio Patronis duplicãtur tempora ad faciendum nouam præſentationem, dũ prima præſentatio citra illorum fraudem effectum habere noa potuit *Rota deciſ. 8. numer. 3. verſic. tamen hodie de Iure patr. in nou.* Put. *deciſ. 194. lib. 1. in correct.* Seraph. *deciſ. 1007. num. 3.* Viuian. *de Iure patr. lib. 7. cap. 4. numer. 30. et ſeq fol. 392.* Lotter. *de re benef. lib. 2. quæſt. 24. nu. 7.* vbi, quod Patronus impeditus non ſtatim artatur ad pręſentandum, ſed à die ceſſantis impedimẽti gaudet Quadrimeſtræ. Si igitur ita
19 ſunt indulgentes Sacri Canones ad excludendam deuolutionem, vt quomodolibet velari poſſit negligentia Patroni, tàm in præſentando, quàm in præſentatio-

ſentatione minus legittimè facta, excuſent à deuolutione *ad tex. in c. cum comiſſa de elect. in 6. & in c. cum noſtris vbi* Innoc.*de conceſſione prabẽdę.* Lap. *alleg.* 95. *ſub num.* 2. *verſic. & excludatur,* Lotter. *de re beneſ. lib.* 2. *q.* 6. *num.* 24. 29. 30. *&* 49. *& q.* 24. *num.* 19. *& in Mediolanen. Iuriſpat. impreſ. apud* Garg. *de beneſ. p.* 10. *c.* 3. *num.* 3. *&* 8. *cum alijs in Cremonen. Prapoſiturę apud* Viuian. *de Iure patr. deciſ.* 139. *num.* 28 *fol.* 313. *& in rec. p.* 3. *deciſ.* 42. *num.* 3. Ergo nimis eſt procul à Canonum mẽte huiuſmodi rigor ex quo aperiretur via fraudis priuandi citrà culpam Patronum per ea, quæ in puncto ponderauit *Rota in deciſ.* 737. *coram Pania fol* 523. *num* 5.

Deſtituta vlterius eſt d. gratia Aduerſarij omni alia iuſtificatione, non ſolũ quoad valorem etiam obtentorũ, quod ſufficeret pro reuocatione, quando etiã
29 iuſtificata fuiſſet deuolutio. Burat. *d. deciſ.* 18. *num.* 9. *& deciſ.* 941. *num.* 4. ſed etiam ob defectũ examinis ex forma literarum Apoſtolicarum omnino
21 neceſſarij, iuxta *deciſ.* 34. *num.* 7. *coram papa Greg.* Barboſ. *clauſ.* 151. *num.* 1. *& ſeq. fol.* 503. *& de poteſtate Epiſ. alleg.* 72. *num.* 220. *Rota deciſ.* 665. *num.* 4. *p.* 2. Garg. *de beneſ. p.* 6. *c.* 2. *num.* 265. *& p.* 9. *c.* 2 *num.* 103.

Quæ omnia fortius vrgent ponderando verba D. Galeotti in Motiuo in §. quamobrem, verſ. nunquam ceſſat, vbi dicit, quod omnia narrata iuſtificanda ſunt coram Ordinario, cum igitur nihil iuſtificauerit, neq; coram Ordinario, neque corã Reuerendiſs D. meo, argui poteſt, quod huiuſmodi defectus prouenit ob impoſſibilitatem, non autem ex ignorãtia, attenta præſertim peritia D. Io. Baptiſtæ Ciani Procuratoris ex aduerſo, qui licet nuper obtinuerit admitti ad procurandum in Curia Eccleſiaſtica, nihilominus cum præmanibus habuerit d. Motiuum D. Galeotti, & per plurimos annos munus procuratorium exercuerit in Curijs ſæcularibus *l. quiſquis* 6. *in princ. C. de poſtul.* vtique ſi ſperare potuiſſet iuſtificationes prædictas, procul dubio non omiſiſſet, præſertim, cum animaduertere hoc ipſum potuerit ex abundantibus iuſtificationibus factis in hoc Iudicio ad fauorem huius partis per D. Io. Bapt. de Pennettis, qui cum ſit abſque dubio ex inſignioribus, & antiquioribus Doctoribus laudabiliter exercentibus huiuſmodi munus in Curijs Eccleſiaſticis Florentinis, vtique illum ſatis oculatum reddere potuit pro iuſtificatione prædicta, qua propterea omiſſa magis vrget reuocatio d. Sẽtentiæ, vna cum condemnatione in expenſis ad *l. properandum* §. *ſin autem alterutra C. de Iud.* pronunciando vnico cõtextu pro executione literarum ad fauorẽ noſtri Principalis, cum iſtæ iuſtificatæ omninò appareant, quo caſu denegari non
22 poteſt executio adinſtar *l. fin. C. de edict. D. Adrian. vt coram* Greg. *deciſ.* 335. *num.* 15.

Nam quoad Iuſpatronatus valorem, vacationem ex perſona Aullæ, conſtat ex narratiua eiuſdem Aduerſarij, quæ
23 ſufficit. Burat. *deciſ.* 300. *num.* 7. *& deciſ.* 931. *num.* 1. *Rota deciſ.* 10. *numer.* 2. *p.* 2. *rec.* Seraph. *deciſ.* 1296. *num.* 6. & vlterius quoad Ius patronatus conſtat ex Iuribus productis in proceſſ. coram Reuerendiſs. D. meo fol. 100.

De habilitate, & Clericatu eiuſdem conſtat ex atteſtatione Ordinarij in actis producta d. proc. fol. 87. quæ ſuffi-
24 cit ad iſtum effectum, *Rot. deciſ.* 16. *de prob. in antiq.* Grammat. *deciſ.* 81. *Rota coram Greg. Papa* XV. *deciſ.* 18.

De valore obtenti, non poteſt dubitari, attentis Iuribus in actis productis fol. 81. quæ abundant, cum quælibet leuis probatio ſatis ſit, Burat. *deciſ.* 121. *num.* 5. *deciſ.* 493. *num.* 7. *& deciſ.* 709. *num.* 10.

De legitima præſentatione conſtat ex ſupra deductis, quapropter non videtur retardanda executio, *Rot. in rec. p.* 2. *deciſ.* 337. *numer.* 1. *p.* 7. *deciſ.* 87. *num.* 1.

Quare, &c. Saluo, &c.

Io. Tanaglius.

Piſana

·Piſana Canonicatus del Pitta.

Reſponſio.

R Pater. Non videntur obſtare, ex aduerſo deducta, nam quod eſſet probanda ſcientia obitus, cum ab ipſo die incipiat currere Patronis laycis quadrimeſtre, tollitur ex quo mors Canonici ſequta fuit in Ciuitate in qua morantur, & de illo tẽpore morabantur Patroni, & in Eccleſia Catedrali dictę Ciuitatis publicè ſepultus fuit, indè ſcientia præſumitur il-
25 lius, quod publicè fit in Ciuitate *cap. quant. de translat. Epiſcop. gloſ. in l. ſi Tutor.* Soccin. iun *conſ.* 31. *numer* 36. *lib.* 2. Oſaſch. *deciſ.* 11. *num.* 1. Becc. *conſ.* 6. *nu.* 13. *Viterbien. fideicommiſſi.* 13. *Maij* 1644. *coram Reuerendiſs. D. Patre D. Cerro.* §. *quia reſponſum, & deciſ.* 533. *num.* 4 *p.* 1. *recen.* & in terminis vacationis ſatis notę Mandoſ. *conſ. num.* 21. Peregrin. *conſ.* 32. *ſub n.* 15. *verſ. tertia lib.* 1. *& conſert.* Oldrad. *conſ.* 137. *ſub num.* 1. *verſic.* 4. *&* Clementin. *vnic. & ibi gloſ. in verbo loco, in verbo ſed Eccleſiæ, in verbo nota erit de conceſſ. prebend.*

Nec facit quod ius preſentandi ſpec-
26 taret ad pupillos quia poterant præſentare Tutores, prout de facto præſentarunt. Viuian *de iure patron. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 39. *& lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 38. *&* 44. Loterius *de re benefic. q.* 14. *vſque ad* 48. *lib.* 2. vbi ex opinione Rotę firmat per preſentationem huiuſmodi factam per adminiſtratorem ita cenſeri conſumptum Ius præſentandi pro ea vice, vt deinceps non attendatur, præſentatio facta per ipſum principalem ſuperuenientem, præter quod dictorum Tutorum ſcientia eſſet attendenda, quæ nocet etiam pupillis *l.* 3. *§. finali. de Tribut. action. l. pupilli ſ. ff. de acq. hered. l. ſi tutoris* 23. *C. de adminiſtrat. Tutor.* Natta *conſ.* 492. *num.* 6. *& ſeqq.* Burou. *conſ* 121. *numer.* 19 *lib.* 3. Gratian. *diſcept.* 957. *num.* 1. *& ſeqq. Beneuentana Domus* 10. *Martij* 1649. *coram R. P. D. Otthobono.* §. *huiuſmodi.*

Nec obſtat, quod non admittatur ad iuſtum effectum ſcientia interpretatiua, quia ea quæ deducitur ex notorietate facti, dicitur ſcientia vera, vt aduertit *Rota in dicta Viterben. fideicommiſſi* 13. *Maij* 1644. *Coram Reuerendiſs. D. meo Cerro*, & in hoc caſu quo non agitur de amiſſione Iuris præſentandi abſolutè, ſed pro vna vice, ſufficere ſcientiã præſumptam, quæ differt ab interpretatiua, firmat Garz. *de beneſ. queſt.* 10. *cap.* 4. *num.* 38. *&* 39. Gratian. *diſcept.* 660. *num.* 28.

Non obſtat deciſ. 221. p. 7. recen. allegata in motiuis aliæque in informatione aduerſarij, quia loquntur, vel quando vltimus Poſſeſſor obierit in lõginquis partibus, vel quando erat abſens patronus, vel beneficiatus fuit benefitio priuatus, in quibus caſibus ceſſat veriſimilis notitia vacationis.

Secundum motiuum de defectu iuſtificationis valoris tollitur ex ſuppoſita mihi notoria cõſuetudine Eccleſiæ Piſanæ exprimendi Canonicatus per nõ exceſſum in Ducatis 24. prout admititur ſimilis conſuetudo in impetratione
27 benefitiorum in Regno Franciæ. Rebuff. *in prax. tit. de form. nou. prouiſ. in verſic. cuius, & illi forſan. & in reg. de vnion. gloſ.* 7. quæ conſuetudo, vt notoria, alia non indigebat probatione. *cap. ſi Iudex de ſent. excom. in* 6. Add. *in deciſ.* 1. *de offic. Vicar. in nouis.* Paciã. *de probat. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 148. *& capit.* 46. *num.* 84.

28 Idoneitas remanebat euidenter probata ex facto quia erat notorium Dominum Scottum poſſidere aliud benefitium in dicta Eccleſia, quod non minorem requirebat idoneitatem, ex eo enim quod erat Cappellanus, præuio examine, non erat examinandus ſuper alia idoneitate, & ſi prouiſus fuiſſet per Papam ad iſtum Canonicatum, etiam in forma dignum. Gonzal. *ad reg.* 8. *Gloſ.* 8. *num.* 84. Garg. *de beneſ. p.* 6. *cap.* 2. *num.* 234. *& in terminis.* Egid. *concluſ.* 74. *ſub. num.* 7. *verſ. ſed ſi te-*

nuit,

nuit, & ſequitur Seraph. *deciſ.* 318. *nu.* 4. neque enim alia requiritur idoneitas in Canonicatu, niſi quod ſit in Sacris ordinibus conſtitutus. *S. Conc. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 13. *de reform.* cunque prædicta eſſent executori notoria, non eſt neceſſe de ijs in actis conſtare, cum potuerit Iudex ſe extraiudicialiter informare. Felin. *in cap. Paſtoralis, nu.* 23. *verſ. limita, de offic. deleg. Rot. recen. deciſ.* 18. *num.* 18. *p.* 4 *tom.* 2. & in ſimili de morte Procuratoris, quæ cenſetur notiſſima in Curia, quod non requirat aliam iuſtificationem in actis *Firmana Codicillorum* 25. *Maij* 1648. *Coram Reuerendiſs. D. Otthobono in priuc.*

Vltra quod cum agatur de Subſtinenda ſententia executoris pro immiſſione, probationes etiã nouæ admitti poſſunt, *Ceſar Auguſtana portionis* 16. *Nouembris* 1605. *corã Iuſto, penes Marches. de commiſ. par.* 1. *pag. mihi* 340. *in fine* Caputaque *deciſ.* 114. *p.* 3.

Minus obſtant latè deducta in informatione aduerſarij ad probandũ præſentationem, cum pacto certæ penſio-

29 nis, & cum clauſula, nec alias aliter, nec alio modo eſſe modalem, quia cõtrarium firmauit *Rota in Piſtorien. beneficij* 28. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Meltio* §. *in iuſtitia autem*, vbi expreſſe decidit, non purificata tali conditione intrà tempus quatuor menſium, datum ad præſentandum actum præſentationis prorſus remanere reſolutum, *& in Feſulana beneficij, ſeu Oratorij.* 5. *Decembris* 1646. *coram R. P. D. meo Bichio, poſt* Viuian. *de Iure patron. deciſ.* 151. *n.* 38. *& deciſ.* 118. *num.* 13. *&* 14.

Neque ſufficit fuiſſe datum mandatũ ad cõſenctiendum dictæ penſioni cum requireretur fuiſſe factas diligentias, in tempore dictorum quatuor menſium pro obtinenda dicta penſione, *vt in dicta deciſ.* 151. *num.* 30. *&* 31. quin imo fuiſſe obtentum beneplacitum pro reſeruatione penſionis cum clauſula non alias aliter, nec alio modo, quæ refertur ad reſeruationem penſionis expediendam, prout promiſſum fuerat in Inſtrumento formam præciſè obſeruandam inducat, itaut ſi non conſequatur Patronus penſionem, non cenſeatur facta præſetatio ex congeſtis per Barbos. *de clauſ.* 81. *num.* 5. *&* 8. *& in dicta Piſtorien Beneficij* 28. *Iunij* 1647. *coram R. P. D. meo Meltio.*

Non obſtat quod cum præſentaſſent

30 ſub conditione impetrandi beneplacitũ Apoſtolicum pro reſeruatione penſionis à die non obtentę dictę diſpenſationis incipiat currere nouum quadrimeſtre ad præſentandum, & ità non potuiſſe cõſtare de deuolutione de tempore impetratæ gratiæ *iuxta deciſ.* Seraph. 1137.

Quia deciſio non poteſt procedere in hoc caſu, quo patroni non præſentarunt liberè, prout debent *cap. ex inſinuatione, & capit. de Iure patron.* nouum enim tempus ad pręſentandũ, tunc datur patronis, quando ipſi ex parte ipſorum fecerunt, quod debebãt, vt firmat *capit ſi electio de elect. in* 6. *& ibi notaut communiter DD. Card. in cap. final. ſub num.* 7. *de Iure patron.* Rorch. *iu ver. honorificum num.* 74. Seraph. *deciſ.* 1007. *num.* 3. neque enim eſt veriſimile, quod ad fouendum deteſtabilem auaritiam huiuſmodi conuentionum, S. Canones voluerint concedere nouum tempus patronis in damnum Eccleſiarum, quarum diuturnæ vacationi, quam maximè poſſunt, ſtudent occurrere, & ſine dificultate in patrono layco, qui cum potuiſſet variare, & alium præſentare intrà quadrimeſtre, ſibi imputare debet, ſi id non fecit, vt poſt Lamber. *art.* 18. 1. *queſt.* 2. *p. lib.* 2. Viu. *de Iure patron. lib.* 7. *cap.* 4. *nu.* 33. Quare, &c.

Celius Piccolomineus Audit. &c.

Piſana Canonicatus del Pitta Replicatio.

Reuerendiſs. Domine.

DE Penſione, tam in præſentationibus, quam in conuentionibus, occaſione reſignationum

tionum dupplici modo poteſt paciſci, etiam adiecta reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.

31 Primo quando præſentans, ſeu reſignare volens paciſcitur de impoſitione penſionis, itaut non aliter reſignare, ſeu præſentare intendat, & velit, niſi Papa concedat reſeruationem penſionis.

Secundo modo, quando præſentans, ſeu reſignare volens, ità præſentare, & reſignare intendit, vt non aliter conſtituatur penſio, niſi Papa dignetur annuere, quod ſi Papa renuerit penſionē reſeruare, non tamen minus, reſignare, aut præſentare intendit, ac proindè effectus conuentionis huiuſmodi ſuper penſione reſtitutus eſt, vt annuente Pontifice reſeruationi penſionis, præſentatus, aut reſignatarius, ſit omnino obnoxius oneri penſionis, ſin minus præſentatio, ſeù reſignatio ſuum ſortitum effectū per inde ac ſi nihil de penſione actum fuiſſet, & hanc diſtinctionem adhibuit *Rota in Valentina parochialis 28. Aprilis 1645. corā Illuſtriſs. Domino meo Cerro*, per hæc verba formalia, videlicet.

32 „ Non obſtat clauſula non alias aliter,
„ nec alio modo oppoſita in fine manda-
„ ti Procuræ, quæ remouere videtur cō-
„ ſenſum caſu quo conditiones impletæ
„ non fuiſſent, quia cum poſt oppoſitas
„ conditiones additum fuerit, ſi ità ſan-
„ ctiſſimo placuerit, & ſubſequatur po-
„ ſtea dicta clauſula, non alias aliter,
„ nec alio modo argui debet reſſignantē,
„ tunc demum voluiſſe implementum,
„ caſu quo ſanctiſſimo placuerit, & non
„ alias, vndè dum Papa noluit, cenſetur,
„ & reſignantem noluiſſe, & in puncto
„ extat, *deciſ.* Cæſar. de Graſſ. 10. *de pre-*
„ *bend. alias 121. num. 2. 3. & 4.* quam ſe-
„ quuntur, & referunt Gonzalez. *ad reg.*
„ *& gloſ. 12. num. 93. et* Loter. *de re benef.*
„ *lib 3. queſt. 16. num. 38.* & ità licet pro-
„ curator conſenſerit abſque his condi-
„ tionibus, ex hoc tamen non deficit cō-
„ ſenſus in mandante, quia dum illas cō-
„ ditiones ſolum voluit, quatenus ſan-
„ ctiſſimo placuerit, eo ipſo quod Pon-
„ tifex eos delendo noluit admittere, cē-
„ ſetur etiam illas noluiſſe mandans,
„ quia prædicta verba ſi ſanctiſſimo pla-
„ cuerit ad antecendentia omnia non
„ ſtant reſolutiuè, ſed conditionaliter, vt
„ expreſſe firmatur in dicta *deciſ.* Cæſar.
„ de Graſſ. 10. *num.* 8.
„ Nec intrat replicatio, quod dicta clau-
„ ſula non alias aliter, nec alio modo re-
„ ferri debet ad conditiones appoſitas,
„ non autem ad beneplacitum Sanctiſſi-
„ mi: quia cum ſtet appoſita poſt requi-
„ ſitum dictum beneplacitum, magis ad
„ illud referri debet, quam ad alia ma-
„ gis remota ex doctrina Bart. *in l. fin.*
„ *C. de rebus dub.* alias autem ſuperflua
„ fuiſſet reſeruatio beneplaciti, ſi non
„ aliter, quam modo expreſſo reſignatio
„ fieri potuiſſet.
„ Nec obſtat deducta per *Rot. in Cordu-*
„ *ben. dimidia portionis 24. Nouēbris 1558.*
„ *coram Chiroga* in alia deciſione allega-
„ ta, quia procederent, ſi reſignans ſim-
„ pliciter, & abſolutè noluiſſet aliter re-
„ ſignare, quam ſub pactis, & conditio-
nibus in mādato expreſsis, ſecus prout hic vbi conditionaliter tantum, & accedente beneplacito Apoſtolico, eo enim non accedente, cenſetur etiam aliter voluiſſe, vt in puncto reſpondēdo huic obiecto diſtinxit *Rot. apud* Ceſar. de Graſſ. *d. deciſ.* 10. ex quibus etiā habetur reſponſio ad allegatam *deciſionem in cauſa Sauonen. Cantoriæ*, quia eo caſu reſignans liberè, & abſolutè proteſtatus fuerat, non aliter in reſignationem conſentire, quam ſub expreſsis pactis, & conditionibus in mandato appoſitis, quod non eſt in hoc caſu.

Et ità vtraque parte, &c. Redeundo igitur ad diſtinctionem.

33 Primo caſu, præſentatio, ſeù reſignatio dicitur facta ſub conditione ſuſpenſiua, quæ ex ſui natura operatur, vt præſentatio, ſeù reſignatio, non cenſeatur in eſſe deducta, niſi purificata conditione reſeruationis penſionis, ità vt, Papa reijciente penſionem, reſignatio, ſeù præſentatio ſit perindè, ac ſi facta nunquam fuiſſet, propter naturam

conditionis ſuſpenſiuæ, quæ reſiſtit actui præſentationis ſeù reſignationis, antè quam purificetur dicta conditio, ne ſuum eſſe recipiat, vt latè firmaui in primis allegationibus, §. *ceterum, &c. verſ. vt actus conditionalis, &c. nu.7.*

34 Et in iſto caſu verum eſt, quod non purificata conditione conſtitutionis penſionis intra tempus datum ad præſentandum, intret deuolutio perinde, ac ſi præſentatio nulla facta fuerit, & proptereà opus eſt, vt intra quadrimeſtre debeat obtineri placitum Apoſtolicum ſuper reſeruatione penſionis, quia lapſo tempore præſentandi, & conditione non purificata; nulla reſultat præſentatio, & certum eſt idem tempus præfixum cenſeri adimplimento dictæ conditionis ſuſpenſiuæ, quod eſt de iure præſcriptum ad præſentandum, ex bene deductis per Ceph. *conſ.118. num. 16. lib.1.* Buratt. *deciſ.374. nu.2. tom. 2. fol.6.* & in his terminis loquũtur deciſiones *Piſtoren. benef.28. Iunij 1647. in §. in iuſtitia autem, coram Illuſtriſs. Domino meo* Melcio, *in Lucana Iuris patr. 25. Iunij 1638. coram Carrillo impreſſa apud* Viuian. *de iurepatron. deciſ. 118. num.14. fol.249. & in Feſulana Oratorij 5. Decembris 1646. coram Illuſtriſs. Domino meo Bichio*, vt liquet ex authoritatibus in eis allegatis, quæ declarant terminis deciſionum, vt dixit *Rota coram* Cocein. *deciſ.61. nu.8. & deciſ. 91. num.6. et p.5. in appen. recent. deciſ.492. num.75.87. 105.*

At in ſecunda parte diſtinctionis, non eſt idem, ſi quidem vbi præſentans, ſeù reſignans actui præſentationis, ſeù reſignationis appoſuit qualitatem penſionis ſub conditione placiti Apoſtolici, non hinc excluditur præſentationẽ non cenſeri ineſſe deductam, quoniã penſio eſt in ſuſpenſo hoc caſu, non autem præſentatio, vnde patronus redargui non poteſt de præſentatione non facta in tempore, dum non ſuſpendidit (adieta penſione) actum ipſum præſentationis, ſed impoſitionem penſionis in arbitrio Papæ. Quapropter non eſt hoc caſu obnoxius deuolutioni etiã ſi Papa infrà quadrimeſtre non purificet dictam impoſitionem penſionis, vt liquet ex ipſiſmet authoritatibus in dd. deciſionibus allegatis, quæ vt dixi declarant terminos deciſionum; Etenim Lambert. *de iure patron in dd. deciſionibus allegat* in dupplici loco, in primo, loquitur ſecundum primam partem diſtinctionis, & concludit, vt purificatio conditionum debeat fieri intra quadrimeſtre in ſecundo loquitur iuxta ſecundam partem diſtinctionis, & concludit, quod vbi conditionis implementum eſt remiſſum in voluntatem ſuperioris habentis inſtituere, tunc non eſt reſtrictum tempus huiuſmodi implementi ad tempus quadrimeſtris, quia patrono non eſt quid imputetur, Vt clarius liqueat, non piget verba formalia Lambertini in medium afferre, qui ità loquitur, iuxta primam partem diſtinctionis *in. lib. 2. p.2. art.5. quæſt.3. num.5. mihi fol.110. Nam quamuis teneat præſentatio conditionalis, vt volunt DD. in cap. in conditionibus de elect. in 6. (et infrà dicemus) tamen debet eſſe talis conditio, quæ debeat purificari infrà tempus datum a Iure ad præſentandum, nam alias non tenet præſentatio: puta præſento talem, ſi talis voluerit, ſi ipſe voluerit acceptare, nam huiuſmodi conditiones declaratione volũtatis debent purificari, et declarari infrà tempus datum ad præſentandum ad hoc, vt valeat præſentatio, nam alias non tenet, etc.*

Eccè quod hoc in loco Lambertinus loquitur ſecundũ primum caput diſtinctionis, nempe in præſentatione ſub conditione ſuſpenſiua, ſed promitit infrà ſe de hac re rurſus tractaturum, vt fecit in eodem *lib.2. et p.2. ſed in art.9. quæſt.3. num.2. mihi fol.154. vbi ità loquitur. Verum ſi conditio eſſet purificanda per habentem ieſtituere, et non per extraneum, puta quia Patronus præſentauerit plures, et voluerit eum inſtitui, quem elegerit habens inſtituere, et cum hæc conditio ſit purificanda per habentem inſtituere, nihil eſt, quod imputetur Patrono, prout in caſu, §. fin. Clem. plures, etc.* Si igitur

igitur vbi conditio eſt remiſſa in volũtatem ſuperioris non opus eſt, vt purificetur in quadrimeſtre, ergo cum compoſitio pẽſionis de qua agitur fuerit remiſſa in voluntatem Papæ, non potuit coartare patronum, neque ab eo præſentatum ad eius purificationem intrà dictum tempus, quia ſi ordinarij habent tempus indefinitũ ad inſtituendum. Penia *deciſ.* 803. *num.* 1. *fol.* 569. *& deciſ.* 737. *& in recent. p.* 3. *deciſ.* 43. *in fine verſ. cum in hoc, &c.* ergo multo magis Papa.

Et non ſolum ex authoritatibus in prælaudatis deciſionibus allegatis loquitur iuxta ſupra dictam diſtinctionem Lambert. ſed etiam Garg. *de beneſ. p* 8. *cap.* 2. *numer.* 3. non tantum interpretatiue allegando vtrobiq eundẽ Lambertinum, ſed expreſſè, vt ſupra diſtiuguendo, vt liquet *in verſ.* & ſi cõditio Viuian. *autem de iurepatron. p.* 2. *lib.* 8. *num.* 4. *fol.* 408. *& ſi expreſſe non diſtinguat*, allegando tamen Garg. & Lãbert. *in præfatis locis*, tacite eadem vtitur diſtinctione iuxtà ſupra allegata.

Quod autem nos verſemur in ſecunda parte diſtintionis prædictæ non vi-
35 detur in dubium reuocandum attentis deductis in allegationibus, *in §. ratio ſubiectè, &c. num.* 11. quibus addi poteſt *deciſ.* 642. *p.* 3. *recent. mihi fol.* 597. Serpel. *deciſ.* 1027. *num.* 6. *verſ. reſeruatio illa, & p.* 1. *diuerſ. deciſ.* 519. *nu.* 3. *verſ.* minus facit, & magis in terminis *deciſ. ſupra relata Illuſtriſs. Domini mei Cerri in dicta Talentina Parochialis num.* 32.

Quæ omnia eo libentius, ſunt recipienda, attenta diſpoſitione *cap ſi electio, de elect. in* 6. *iuxtà late deducta numer.* 18.

36 Neque obſtat, ſi dicatur pro parte D. Moſtardi, non fuiſſe doctum de diligentijs, prò obtinenda penſione, quia ſatis fuit conſtituiſſe procuratorem ad iſtum effectum, iuxta formam ſuæ promiſſionis ex allegatis in primis, §. *ſi quidem, num.* 5.

37 Quibus non obſtat deducta in Feſulana Oratorij, coram Illuſtriſſimo Domino meo Bichio impreſſa apud Viuian *de iurapatron deciſ.* 151. *ſub num.* 32. *fol.* 351. vbi quando per modum poſſibilem docẽtum eſt de huiuſmodi diligentijs, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & canonum iuxtà *celebre conſ.* Ancharan. 81. *num.* 3. ſępiſſimè per Rotam Canonizatum, *vt in deciſ.* 385. *num.* 4. *p.* 1. confirmata coram Seraph. *deciſ.* 364. & alios pluries, &c.

Cum igitur ille præſentans cauerit de mandato faciendo per Dominum Moſtardum, illud que fecerit illico, porro expleuit partes ſuas iuxtà deducta per DD. Merendam, & Maſcambrunum in primis allegationibus, *num.* 6.

Quapropter cum ille (ad cuius fauorem erat reſeruanda penſio, quique vigore, d. mandati commiteret diligentias, Procuratore ad ſui contemplationem conſtituto per Dominũ Moſtardum, non conqueratur de omiſſis diligentijs optime ſciens illas exactiſſime fuiſſe factas) minus huiuſmodi obiectũ dari poteſt per impetratorem ob deuolutionem, cuius partes ſunt, tanquã impetratoris certo modo, probare negatiuam diligentiarum huiuſmodi. Buratt. *deciſ.* 18. *cum alijs adductis in primis alleg. num.* 2. *& ſeq.* cum neceſſe habeat concludere deuolutionẽ,
38 neque iuuetur ex clauſula, siuè alio quouis modo vacet, Rota in Ceſar Guſtana coram Blanchetto relata per extenſum apud Garg. *de beneſ p.* 10 *cap.* 3. *numer.* 14. *mihi fol.* 216. pleniſſime *addenſ.* ad Bart. *deciſ.* 938. *numer.* 10. *fol.* 312. Viuian. *de iurepatron. p.* 3. *lib.* 14. *cap.* 7. *num.* 26. *fol.* 630. *&c.*

Quaræ, &c.

Et ita iudicatum fuit per Reuerendiſſ. D. Canonicum Rouaium Auditorem Illuſtriſs. Nuncij Apoſtolici, delegatum Apoſtolicum, &c.

Io. Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XII.

Ratio ſemel reddita, non eſt rurſus reddenda, niſi de dolo, vel de errore doceatur, & dumodo fuerit plenè, & ſufficienter reddita.

SVMMARIVM.

1 *Dolus verus, & non præſumptus, ſeù error certus eſt probandus ab eo, qui rationem ſemel redditam rurſus petit ſibi reddi.*

2 *Declara quod, vbi ratio minus plenè, & ſufficienter fuit reddita, tunc citrà probationem doli poteſt agi ad reiterandam redditionem rationis.*

3 *Ratio quando non dicatur plenè, & ſufficienter reddita.*

4 *Requiſita neceſſaria ad hoc, vt dicatur ratio plenè, & ſufficienter reddita.*

5 *Quando ratio fuit inſufficienter reddita, & propterea conſtat de dolo, vel de errore, multo magis eſt locus nouæ redditioni rationis.*

6 *Tutor ſeù alius adminiſtrator conuertens in proprium vſum, & vtilitatem bona pupilli, dicitur in dolo.*

7 *Valet Statutum, vt tutor annuatim reddat rationem adminiſtrationis, & tutor, qui in hoc defecit, dicitur doloſus.*

CASTILIONENSIS Redditionis rationis.

Excellentiſs. Domine.

1 Qvando apparet, ſaltem ſecundum formam extrinſecam rationem adminiſtrationis tutelæ, vel curæ, plenè, & ſufficienter fuiſſe ſemel redditam, tunc iterũ agẽs, vt ratio reddatur non poteſt obtinere, niſi probato dolo vero, non autem præſumpto, vel errore certo, & in his terminis argumento, *Tex. in l. ſemel. 2. C. de apoch. publ. lib. 10. loquuntur Rota in recent. p. 4. deciſ. 257. num. 2. verſ. Ex quibus apparet, &c. deciſ. 201. num. 2. poſt vol. 2. conſ. crim.* Farin. Ricc. *in collect. 3128. & coram* Merlin. *deciſ. 469. nu. 5. & deciſ. 586. num. 13. & ſeq. & p. 2. in recent. deciſ 184. corã* Penia *deciſ. 1211. numer. 6. tom. 2. fol. 229. & coram* Greg. *deciſ. 536. num. 2. & ibi* Beltram. *num. 1.* Caſtil. *deciſ. 202. num. 1.* Eſcobar. *de ratioc. cap. 41.* Farin. *conſ. crim. 7. nu. 7. lib. 1.* cum alijs relatis per Excellentiſſ. Dominum meum Auditorem Marionum in ſuo doctiſſimo motiuo huius cauſæ, &c.

Sed quando ex Inſtrumẽto redditionis, vel ex actis ipſius innoteſcit, minus
2 plenè, neq; ſufficienter fuiſſe redditam rationem, vt contingit in caſu noſtro, tunc citrà onus probandi dolum, vel errorem, poteſt agi ad nouam redditionem rationis, quia paria ſunt non reddidiſſe, vel minus legitimè hoc factum fuiſſe, vt argumento *tex. in l. quoties ff. qui ſatis dat. cog.* cum concordan. diſtingu. *poſt* Io. Menoch. Io. And. *in cap. 1. de Cler. egrot. in 6. num. 3.* ibi, *Qui ſemel rationem reddidit ſuper eiſdẽ, amplius illã reddere nõ tenetur, quod ipſo Io. in additionibus dixit verum eſſe, vbi plenè reddidit, prout debet, vt ff. de condition. & demonſtr. in l. eum ſeruus, & niſi doloſe egit, &c.* eadem ſunt fere verba Anchar. *ibid. ſub num. 7. in fin. verſ. decimo tertio, & vltimo, &c. &* Fran. *& reliqui Canoniſta,* Socc. *ſen. in conſ. 159. num. 10. lib. 2. et conſ. 190. num. 3. et ſeq. lib. 4. et conſ. 92. num.* 8. Roland. *conſ. 49. num. 48. lib. 1.* dietim reſpondit *Rota vt liquet ex deciſ. 843. num. 3. p. 4. diuer. et coram* Card. Mellin. *deciſ. 421. num. 4. coram* Card. Caualer. *deciſ. 225. num. 1. et ſeq. fol. 201. coram* Penia *deciſ. 1211. num. 8. verſ. quia tamen informantes fol. 22. p. 2. et deciſ. 1310. ſub num. 6.* præſertim in *verſ. et ſic non poterat ſufficienter, etc.* Tobias

etc. Tobias Non. *conſ.62.num.*18. Cam. Borel. *conſ.31. numer. 25. mihi fol.* 54.

3 Quod autem non fuerit ſufficienter, & plene reddita, ſatis apparet, ex quo non interuenerunt requiſita epilogata *in l. cum ſeruus, 82. ff. de condition. et demon.* vbi quod debent tradi libri tutelares bene, & legaliter tenti, & exhiberi Inuentarium, & preuia expunctione, & explicita diſcuſſione omniũ partitarum, calcula fieri cum reſtitutione reliquatus, alias non dicitur reddita ratio plenè, & ſufficienter, ità vt ſtante defectu cuiuslibet ex dictis requiſitis, poſſit cogi adminiſtrator quilibet ad rationem iterum reddendam citrà onus probandi doloſam redditionem, ſeù quomodolibet erroneam, Gutierez. *de tutel.p.3.cap.1.num.71.et de iuram. confor. p.1. cap.40.num.10.et* 19. Borch. *de decima tut. praſt au. cap.2. num.152.et num.177.* Iaſ. *in conſ.219.ſub num.1. verſ.item tales, etc. et infra verſ. iſti tutores* Camilli Borel. *de Magiſtr. edict. lib.4. cap.13.à num.7.fol.162.* Caualer. *d. deciſ.* 225. Maluaſ. *conſ.* 133. *numer.6. et ſub nu.13. fol.505.* Andreas Barbat. *conſ. 62. num. 1. lib.2. mihi fol.* 177. Borgn. *de Tut. et Curat. num. 203. mihi fol.194. plurimos* Gratian. *diſcept. 563. nu.30.Rota coram* Penia *deciſ.1310. tom.2. fol.297.* Baldaſſar. Tomat. *de Tutor. et Curat. tract. 10. tit. 34. numer.71. mihi fol.1063.*

4 Et in huiuſmodi redditione rationis fere nullum ex dictis requiſitis interueniſſe ſatis conſtat ex eiſdem inſtrumentis redditionis rationis; cum primo loco deficiat liber adequatus, & legalis, habens deſcriptionem omnium bonorum contentorum in Inuentario tutelari, prout requiri ad iſtum effectum, reſpondit *Rota corã* Penia *deciſ. 1310.n.7.fol.297.p.2.egregiè Rota corã b. m.*Meriln.*in Ariminen.adminiſtrationis tutelæ inter eius impreſſ.dec.179.n.2.p.1. fol.* 227. vbi quod ſi liber tutelaris, ſit de recenti factus, vel diętim non contineat, quid in ſingulos annos, menſes, ac dies perceptum fuerit, quid impenſum, qua de cauſa, cui datum, & à quo fundo fructus collecti, non dicitur ratio ſufficienter reddita, ſed rurſus eſt obnoxius ad redditionem. Deficit diſcuſſio, & diſpunctio partitarum, cum id fieri non potuerit ictu oculi, vt factum fuit, ſed magnam requirebat cauſæ cognitionem, iuxtà celebre *conſ.* Ancarã. *330. nu. 7. & per totum,* vbi quod propterea decretum Iudicis, & iuramentũ ſuper quietantia, & redditione ſimilis rationis dicuntur nulla, & inualida, ſequitur *Rota in recent. deciſ. 242. num. 4. p. 6. fol. 455. duplicata inter deciſ.* Merlin. *deciſ. 603. num. 16. fol. 202. tom. 2. & coram Card. Caualer. deciſ. 225. nu. 5.* Supputatio. n. ſeù calculatio quæ facta fuit longè differt ab expunctione, & diſcuſſione partitarum, ex bene deductis per Ruginel. *de appell. lib. 2. cap. 3. num. 553.* Galleſ. *de obligat. Caracceas q. 35. num. 13. fol. 135.* iuxtà nouiſſimã impreſſ. & ideò non ſufficere quo minus cogatur Tutor ad nouam redditionẽ rationis. Riminald. iun.*conſ.338. nu. 40. cum ſeq. lib. 3. & alios plurimos, quos refert, & ſi quis* Berocc. *conſ. 191. num. 14. vol. 1. & l. 4. conſ. 128. num. 8.* Eſcobar. *de ratioc. cap. 2. num. 125. cap. 40. à num. 6. cum alijs per* Gratian. *diſcept.563. num.30.& ſeq.* vbi quod non obſtat iuramentum.

Deficiunt perſonæ legitimæ habentes ſolemnitates, & requiſita, tam ex iuris communis diſpoſitione, quam ex municipali prouiſione ſtatuti Caſtiglionẽ., de qua in *lib. 2. cap. 31.* Pratic. Papien. *in forma libelli* ad redditionẽ rationis *fol. mihi 268. verſ. vlterius quaritur, Rota in Foroliuien. tutela, apud* Merlin. *deciſ. 185. num. 3. p. 1. fol. 23. vbi alios.*

5 Quæ omnia, & ſingula ſi reddunt obnoxium Tutorem ad nouam redditionem rationis, etiam circumſcripto dolo, vel errore, multo magis ſtringunt vbi dolus, & error interuenerunt. *l. Tutor. 33. ff. de furt. Dei. in conſ. 92. in propoſit. propè fin.* Crauett. *in conſ.286. num. 1. et ſeq.* Rolan.*conſ.49. numer. 26. lib. 1.* Belon. *conſ. 32. num. 13. et ſeq.* Farin. *in frag. crim. p.1. in verbo adminiſtrator. num.33. et ſeq. et conſ. crim. 96. nu.11. lib.* Gra-

lib. Gratian. *diſcep.* 935. *numer.* 6. cum alijs ſupra adductis.

Et in caſu noſtro ex pluribus bene deductis per D. in facto ſcribentem copulatiue omnes iſtæ notæ concurrunt cõtra Tutorem dum plura credita exegit, quæ in libro tutelari non deſcripſit, & occultauit cenſum ſcutorum tercentorum, conuertendo in vtilitatem propriam fructus exactos, *l.* 1. *§. in tutele, & in l. actione, & ibi gloſ. in verbo quod ſi iurandi. ff. de tut. & rat. diſtrah. l. Tutor ff. de fur.* Farin. *conſ. crim.* 96. *num.* 11. *lib.* 1. *& in frag. crim. in verbo adminiſtrator num.* 42. *mihi fol.* 93. *Rota diu. deciſ.* 93. *num.* 12. *p.* 2. *& in recent. deciſ.* 90. *num.* 1. *p.* 6. *pag.* 267. Gratian. *diſcept.* 935. *num.* 12. 13. *&* 17.

Quæ ſi ſufficeret ad condemnationẽ, multo magis abundant ad effectũ reiterandæ redditionis rationis, quæ non dici poſſunt pluries iam redditæ, vt dicitur in d. motiuo ad magis releuandũ d. Tutorem à vera redditione rationis, ſtante diſpoſitione d. ſtatuti Caſtiglionen. diſponentis Annis ſingulis Tutorem de Menſe Ianuarij obſtrictum eſſe ad redditionem rationis, quoniam cũ
7 d. Tutor annuatim hoc nõ ſeruauerit, vtiq; de dolo redarguitur, & in terminis ſimilis ſtatuti reſpondit Maluaſ. *d. conſ.* 131. *num.* 16. *& ſeq.*

Plura addi poſſent, ſed quia hæc tollunt omnia longa ſerie concepta in d. motiuo, ideò iuxtà monitum Grat. *in conſ.* 21. *in fin.* p. 1. piaculum exiſtimarem Excellentiſſ. DD. meos nimia dicacitate defatigare.

Quare, &c. Saluo, &c.

Io Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XIII.

Bona emphitheutica, quando poſſint fideicommiſſo ſupponi, & an valida ſit conſuetudo, vt poſſint in præiudicium vocatorum, alienari, adhibito conſenſu Domini.

SVMMARIVM.

1 B*ona emphitheutica, dicuntur peruenire à Domino directo, & non à conductore, etiam reſpectu omnium vocatorum.*

2 *Fideicommiſſum de bonis peruentis à teſtatore, non comprahendit bona, quę teſtator recepit in emphitheuſim.*

3 *Declara in acquiſitis titulo lucratiuo.*

4 *Quando emphitheutica bona dicantur quæſita titulo oneroſo, vel lucratiuo.*

5 *Bona emphitheutica, quando veniant appellationem bonorum, vel neceſſaria ſit expreſſa declaratio.*

6 *Valida eſt conſuetudo, vt bona emphitheutica, adhibito conſenſu Domini, trãſferantur in præiudicium vocatorum.*

7 *Conſuetudo huiuſmodi, quomodo probetur.*

8 *Prohibitum ſub conditione, ſub contraria conditione cenſetur permiſſum.*

9 *Emphitheuſis, reſtricta ad lineam maſculinam, an comprendat ſeminas.*

FESVLANA PRÆDII Emphytheutici.

Illuſtriſſime Domine.

TRanslatio prædij Emphytheutici per Ioannem pronepotẽ Laurentij de Montautis primi Conductoris, facta ad fauorem D. Franciſci de Brunaccijs, eiuſque deſcendentinm (præuio aſſenſu Epiſcopi Feſula-

Feſulani Domini Direct.) impugnari non poteſt, neque vigore fideicommiſſi D. Laurentij, neque ſub colore inualiditatis conſuetudinis Feſulanæ, admittentis in præiudicium vocatorum, translationem bonorum huiuſmodi.

1 Nam quoad fideicommiſſum, cum ſit reſtrictum *ad bona peruenta à teſtatore trigeminatis verbis*, vtique non comprehendit bona hæc Emphytheutica, quæ non dicuntur perueniſſe à Teſtatore, ſed à Domino Directo, ad quemcumque vocatum, & in inueſtitura cõprehenſum, non aliter quam, ob eiuſdem Domini beneficium peruenerint ad primum Conductorem, ſeu Acquiſitorem Iuris Emphytheuſis, Bart. *in l. ſi patroni* 55. *ſub num.* 3. *verſ. ſed magis beneficio Domini*, & Clarius *ſub num.* 4. *verſ. ſed ex beneficio D. ff. ad Trebell.* Gabriel. *conſ* 85. *num.* 4 *in fine verſ. & filij habent potius, vel pr.* Mantic. *de coniect. lib.* 7. *tit.* 9. *num* 5. *verſ. ſed ex beneficio D. Concedentis, plene* Couar. *lib.* 2. *var. c.* 18. *num* 2. *verſ. à vero Domino, à quo fol.* 205. Surd. *conſ.* 305. *ſub num.* 36. *prope finem verſ. filij dicuntur Rota in recen. deciſ.* 375. *num.* 7. *verſ. alia ex pacto, & prouid. nota, p.* 1. *& par.* 3. *deciſ.* 750. *ſub num.* 4. *verſ dicitur ius quaſitum ex prouidentia concedentis, & par.* 5. *deciſ.* 310. *numer.* 17. duplicata *inter* Duran. *deciſ.* 212. *num.* 19. egregie *Rota in deciſ.* 50. *ſub num.* 1. *verſ. ſed Domino inueſtiente par.* 5. Burat. *deciſ.* 822. Fulgineus *de contract. Emph. quaſt.* 24. *num.* 18. *f.* 141. Cyriac. *controu.* 57. *numer.* 40. *tom.* 1. *fol.* 297.

2 Neq; *text. in l. perueniſſe* 170. *in l. cepiſſe* 140. *& in l. aliud eſt capere de verb. ſignif.* allegati per D. Cyllenium in ſua elaborata conſultatione *ſub num.* 33. ad demonſtrandum, bona à Teſtatore peruenta, includere reſtitutioni obnoxia, & Emphytheotica, iuuare poſſunt, cum ita loquatur, *Perueniſſe ad te recte dicitur, quod per te ad alium peruenit, vt in hereditate à liberto per Patronum, filium familias Patri eius adoctiuo, acquiſita reſponſum eſt.*

Nemo eſt enim, qui non intelligat, in quo differant, *perueniſſe ad te, & perueniſſe a te*, cum illa ad recipientem, iſta ad tradentem referantur. Cum igitur verba Teſtamenti ſubijciant fideicommiſſo, bona peruenta *à Teſtatore*, non autem *ad Teſtatorem*, vt ſunt iſta, certum eſt argumentum inde ſequens retorqueri. Verba autem *d. l. aliud* 71. ſunt infraſcripta. *Aliud eſt capere, aliud accipere, capere cum effectu accipitur, accipere eſt, ſi quis non accepit, vt habeat, ideoque non videtur quis capere, quod eſt reſtiturus, ſicut perueniſſe proprie illud dicitur, quod eſt remanſurum.*

Supplicatur aduerti, hunc text. non ſolum admittere prædictam reſponſionem, ſed etiam hinc retorqueri, dum bona Emphytheutica non cenſentur remanſura pęnes Laurentium, nec pęnes alios inueſtitos, ſed ad Dominum reuerſura *l. fin. C. de Iur. Emphyt. Rota in recen. part.* 7. *deciſ.* 36. *num.* 1. ac proinde iuxta d. textum, proprie dici non poterant perueniſſe, ſi proprie illud dicitur perueniſſe, quod eſt remanſurum *Rota in recent. par.* 1. *deciſ.* 143. *num.* 13. pariter verba *dictę l.* 140. *Cępiſſe quis intelligitur, quamuis alij acquiſiuit*. Vrgenti potius ex præmiſſis contra inducentem.

3 Neque vis præfatorũ euitatur diſtinctione ex aduerſo adhibita, inter acquiſita titulo oneroſo, & titulo lucratiuo; Eſto enim quod bona Emphytheutica, ſeu Feudalia acquiſita titulo oneroſo, dicantur perueniſſe ab acquirente potius, quam à Domino concedente, (ex latè deductis per Surd. *conſ.* 305. *nu.* 36. Merl. *de leg. lib.* 2. *queſt.* 5. *numer.* 25. ac proinde quod in iſtis procederet argumentum pro fideicommiſſo.

At neque D. Cyllenius, neque Excellentiſſimus D. alter Conſultor ad comprobandum huiuſmodi titulum oneroſum, quicquam aliud deduxerunt, niſi quod Laurentius primus Acquirẽs ſoluit Domino directo ſcuta 15. pro intratura, & obligauit ſe ſoluere annuum Canonem librarum 60. & meliorare bona Emphytheutica pro sũma libra-

librarum 150. ex quibus non concluditur titulus oneroſus, quamuis ſufficienter fuiſſet iuſtificata in facto, ſi quidem ad iſtum effectum metimur onera, & emolumenta, & dum illa præua-
4 lent, ita vt abſorbeant beneficium Domini concedentis, tunc rectè dicitur quæſita Emphytheuſis titulo oneroſo, ſecus ſi præualeant emolumenta iuxta diſtinctionem Socc. *conſ.46. n.6.lib.3.* Rolan.*conſ.23.num 29.lib.1.*Mareſcott. *lib.1.* Var. *cap.74. num.5. cum alijs infra citandis*.

In hac vero Emphytheuſi, excedere fructus, & emolumenta ſatis compertum eſſe poteſt ex ipſomet D.Cyllenio *ſub num.*45. vbi longe maiora onera, quæ ſubijt pro eodem effectu D. Brunaccius, vix adequata cenſuit ad vitale, temporaneumque ius alienantium conſequendum.

Porrò ſi D. Brunaccius ſoluit ſcuta 310. eiſdem alienantibus; ſi pro laudemio erogauit ſcuta quatuor centum, & vlterius ſuppoſuit deuolutioni ad fauorem D. directi tot centena ſcutorum in meliorando dicto prædio ab eo erogata, & non nullas terras liberas, prout conſtat ex eodem Inſtrumẽto tranſlationis, & nihilominus adeo longe exuberat Ius Emphytheuticum prædictũ, vt D. Cyllenius non vereatur *ſub num.* 47. *&* 48. exprobrare D.Brunaccio lęſionem enormiſſimam, quamuis non iure, conſequens eſt, quod longe leuiora onera primi Acquirẽtis adæquata nullo modo eſſe potuerint emolumentis, & fructibus inde reſultantibus, ac proinde præualentibus fructibus, & prouentibus, excludatur omnino titulus oneroſus, vt præter Socc. Rolan. & alios mox citatos, quos refert, & ſequitur Mareſcott. *lib.1. variar. cap.74. nu.5.* pluries reſpondit *Rota, & ſignanter in Romana de lante 3. Maij 1586. coram S. M. Clem. VIII. tunc Rotæ Auditori relata inter impreſſ. apud* Merlin. *de legit. decis.122.num 4. & 5. & in Peruſina de Alſanis 2. Maij 1625. coram Coccino apud eumdem* Merlin. *deciſ.126.num.4. & 5. & in rec. deciſ.435. num.13. verſ. tanto magis. part. pr.* bene obſeruãt Beltram. *ad* Greg. *deciſ. 529. num. 23.* Hodiern. *ad* Surd. *deciſ. 290. ſub num. 2.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. pr. q. 5. num. 30. Rot. in recent. part. 4. tom. 3. deciſ. 741. num. 33. fol. 43.*

5 Si igitur verba fideicomiſſi ſunt reſtricta ad bona peruenta à Teſtatore, & hæc bona Emphytheotica, non dicũtur perueniſſe à Teſtatore, ſed à Domino directo, ergo tanto minus argui poteſt huiuſmodi fideicommiſſum ex dd. verbis, dum etiam verba quamuis generalia, & vniuerſalia non ſufficerẽt, ſed neceſſaria erat expreſſa diſpoſitio Emphytheuticorum, ex late deductis *per* Pereg. *de fideic. art. 6. numer. 29. & ſeq.* Surd. *deciſ. 11. num. 6. & deciſ. 93. num. 15.* Greg. *deciſ. 271. num. 1. & ibi* Beltram. *nu. 27. Rota in rec. deciſ. 375. num. 3. part. 1.* Gratian. *diſcept. 344. n. 1. & 5. & diſcept. 481. num. 52. & ſeq. Rota diuerſ. deciſ. 219. num. 10. p. 4.* vbi quod procedit etiam in primo Acquirente, Fulgin. *qui plurimos tit. de ſucceſſ. in bon. Emphyt. q. 7. num. 5. fol. 249. Rota deciſ. 152. num. 2. p. 2. rec. & part. 5. deciſ. 371. num. 22.* duplicata *in deciſ. 254. num. 17. coram Durano, et p. 7. dec. 164. num. 18. in recent.*

Neque enim ſumus in Emphitheuſi hæreditaria, quo caſu, ſub verbis generalibus inſtitutionis, & ſubſtitutionis, etiam bona Emphytheutica compræhenduntur, vt præter mox adductas authoritates diſtinxit *Rot. corã Card. Caualer. deciſ. 293. num. 1. deciſ. 219. num. 14. & deciſ. 583. num. 12. & in rec. par. 2. deciſ. 294. num. 1. par. 2. & dec. 152. num. 2.* Burat. *deciſ. 87. numer. 10.* Beltram. *ad* Greg. *deciſ. 271. num. 17. & par. 4. recent. tom. 3. deciſ. 741. num. 20. & 23. f. 434.*

Quoniam nullum verbum fit de hęredibus, vnde de hoc ambigi liceat, *vt in rec. p. 3. deciſ. 750. & par. 5. deciſ. 359. num. 18. & deciſ. 381. num. 3. & apud* Poſt. *de manut. deciſ. 293. nu. 16. f. 258.*

Qua propter nemo ex DD. Conſultoribus, inficiatur, hęc bona referenda eſſe ad Emphytheuſim ex pacto, & prouidentia.

Verum,

Verum, alter D. Conſultor, ad euitãdum huiuſmodi ſcopulum, ſatius exiſtimauit *ſub num.* 79. confiteri validitatem, ſubſiſtentiam, vſumque prędictum Feſulanum, & quamuis *ſub num.* 15. 16. 17. *&* 53. *verſ. Dato, & non conceſſo*, ſe valde rigidum, & ſeuerum oſtẽderit ſuper admiſſione dictę conſuetudinis, tandem *ſub num.* 97. neceſſitate compulſus, animaduertens, quod (circumſcripta dicta conſuetudine) fideicommiſſum Laurentij non compræhẽderet iſta bona Emphytheutica, ex his, quę tradidit *à num.* 80. *ad* 97. & nos ſupra deduximus, non ſolum admittit, allegat, & profitetur d. conſuetudinẽ, ſed etiam illam effrenare extendit, vt eius vigore, bona Emphytheutica, cenſeri debeãt alienabilia adinſtar allodialium, & tranſitoria ad hęredes extraneos, & hac de cauſa compræhendi poſſe in generali inſtitutione, ſeu ſubſtitutione.

Quę tamẽ extenſio reijcienda eſt, etenim ex d. conſuetudine, inferri forſan poſſet, bona Emphytheutica, facta fuiſſe alienabilia, & tranſitoria ad hęredes extraneos, ſi abſque præuio conſenſu Domini directi, ex ea permitteretur alienatio, vt in conſuetudine, in qua reſpondit Baldus *conſ. 9. num. 6. lib.* 1. *Rot. in rec. deciſ.* 642. *num.* 8. *par.* 1. *duplicata coram* Burat. *deciſ.* 87. *n.* 9.

Cæterum quando neceſſarius eſt præuius conſenſus Domini, vt in noſtra conſuetudine, non ſolum ceſſat huiuſmodi metamorphoſis, ſed nec etiam leuiter alteratur natura contractus Emphytheutici, cum conſentiente Domino Alienationi, ceſſet edictum prohibitorium, *vt ex* Claro *in* §. *Emphytheuſis qu.* 13. *num.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 21. *num.* 24. Fulgin. *tit. de Alien. qu.* 1. *num.* 1. bene obſeruat dict. Excellẽtiſſ. D. Conſultor *ſub num.* 18. Vnde talis extẽſio procul dubio excederet terminos noſtræ conſuetudinis contra ea, quę docuit Magiſtraliter d. D. Conſultor *num.* 16. *&* 57. *Rota in recent. deciſ.* 288. *num.* 4. *par.* 1. *& p.* 2. *deciſ.* 112. *n.* 4. & in puncto huius cõſuetudinis Curtius Iun. *conſ.* 171. *numer.* 11.

Tunc enim iure D. Cyllenius exprobraſſet defectum probationis huiuſmodi conſuetudinis, illamque optime deteſtatus, fuiſſet, tamquam æquitati diſſonam Excellentiſſ. D. Meus Laurentius de Libris, quia eſſet ſacrilegio proxima, vt inquit Bald. *d. conſ. 9. num. 6. vol.* 1. dũ citra conſenſum Domini fieret alienabile, & tranſmiſſibile ad hæredes extraneos, illud ius Emphytheuticum, cuius nec etiam fœminæ deſcendentes ſunt capaces, vbi Emphytheuſis Eccleſiaſtica fuit conceſſa pro deſcendentibus in infinitum, ex latiſſime cumulatis per *Rotam in deciſ.* 125. *par.* 2. *diuerſ.* Grat. *diſcept.* 530. *num.* 43. *Rot. in rec. deciſ.* 176. *num.* 4. *par.* 5.

Quamquam ſi vera ſunt in iure quæ dixit D. Cyllenius *à num.* 18. *ad* 24. *& alter D. Conſultor à num.* 57. *ad* 60. vt veriſſima ſunt, nimirum, quod pacta derogãt conſuetudini, vt in indiuiduo, Gratian. *diſcept.* 447. *num.* 30. Manent. *deciſ.* 1. *à num.* 47. *ad* 55.

Admiſſa etiam d. extenſione, minus obtineret in caſu noſtro, obſtante ſtipulatione, propter quam ob deficientiam lineæ maſculinæ, bona reuerti debent ad Eccleſiam, ac proinde non poſſent hæc bona cenſeri tamquam tranſitoria ad hæredes extraneos, & per conſequens non fuiſſe compræhenſa in generali, & vniuerſali inſtitutione, ne dũ in particulari fideicommiſſo reſtricto ad bona peruenta à Teſtatore, vt ſupra diximus, & firmauit ipſemet D. Conſultor exaduerſo.

6 Reſecata igitur prædicta extenſione gratis exaduerſo attributa d. conſuetudini, non eſt cur obijciatur de eius inualiditate, cum eam tamquam validiſſimam probent, Curt. Iun. *conſ.* 171. *ſub num.* 1. *verſ. De cuius conſuetudinis validitate*, Burſat. *conſ.* 40. *ſub num.* 1. *&* 5. *& plures alij, quos refert, & ſequitur* Cyriac. *contron.* 113. *nu.* 20. *ſ.* 503. *tom.* 1. *vltra*, Gratian. *diſcept.* 447. *num.* 29. *& alios*, de quibus in Motiuo conſultiſſime compilato per Excellentiſſ. D. Meum Maſſinium.

Z 7 Proba-

7 Probationis autem defectus, fruſtra obijcitur, cum de conſuetudine prædicta, conſtet, ex publicis, & continuatis ab antiqua ſerie inſtrumentis, ex quibus, cum reſultet notorium, vt bene deducitur in motiuo prælaudato, & reſpondit *Rot. diu. deciſ. 72. numer. 27. par. 2.* Surd. *deciſ. 265. num. 60.* Anton. *var. reſol. c. 103. num. 4. lib 1. Rot. in rec. deciſ. 32. num. 15. par. 7.* Pacif. *de Salu. interd. inſp. 1. c. 7. num. 76.* alia probatione non opus fuit, cum potuerint Iudices extraiudicialiter de ipſa ſe informare, Gratian. *diſcept. 945. num. 20.* Pacif. *d. inſp. 1. c. 7. num. 76.* Curt. Iun. *in d. conſ. 171. num. 1.* vbi loquitur in terminis huiuſmodi conſuetudinis.

Neq; neceſſaria fuit canonizatio conſuetudinis in contradictorio Iudicio, eſt enim ille vnus ex modis probandi conſuetudinem, vt de veriori, & communiori opinioni, Decian. *conſ. 51. n. 111. & ſeq lib. 2.* Pena *deciſ. 265. nu. 6.* Nō autem neceſſarium requiſitum, ad illam comprobandam, alias primus actus canonizatorius iudicialis, tamquam nullus, & illegittimus non meretur fidem *ad l. non dubium C. de legib. c. non præſtat. de Reg. Iur.*

Verum ſententia Metropolitani Florentini, ſuper hac conſuetudine, eſt perinde, ac ſi fuerit lata in Curia Fæsulana, quia non agitur de extendenda conſuetudine de loco ad locum contra *l. cum de conſuetudine ff. de leg.* ſed de canonizatione ipſius, quod dicitur Ius locale, vt eruditè *per* Lotter. *de re beneſ. lib. 1. qu. 13. numer. 85. fol. 72.* latis diſtinctum à loco Iudicij, in quo de eius validitate, & exiſtentia iudicatur ad tradita *per* Caball. *conſ. 72. num. 4. par. 2. Rota par. 7. recent. deciſ. 214. num. 19. & ſeq.*

Quod vero declamatum fuit ex aduerſo, pactum conuentum, prohibitorium Alienationis, ſubſtuliſſe priuilegium dictę conſuetudinis, pro vt dicit D. Cyllenius *num. 18. & 43.* & alter D. Conſultor *à num. 57.* procederet, ſi prohibitio eſſet pura, & ſimplex, verum cum ſit conditionalis, niſi Domini interuenerit conſenſus iuxta naturā Emphytheuſis *ad. l. fin. C. de iur. Emphyt.* vtique cum in ipſo actu translationis Dominus conſenſerit, purificata inde conditione, eſt perinde ac ſi facultas alienādi fuiſſet pura, & ſimpliciter conceſſa, Dec. *in conſ. 551. num. 7. cum plurimis per Rot. in rec. deciſ. 619. num. 12. p. 4. tom. 3. f. 235.*

8 Ea enim eſt natura conditionis, vt prohibitum ſub conditione, cenſeatur conceſſum ea adimpleta, *l. ſi alij, verſ. ſi legatum pure, ff. de alim leg. cum concordantib. Rota in rec. deciſ. 214. num. 3. et 4. par. 3. et par. 6. deciſ. 172. numer. 64.* Grat. *diſcept. 979. num. 8.* & quod prohibita alienatione abſque Domini conſenſu, conſentiēte Domino ceſſet prohibitio ex Clar. *qu. 13. numer. 1.* Mant. *de tacit. lib. 22. tit. 21. num. 14.* Fulgin. *tit. de Alien. qu. 1. num. 1.* docuit ipſemet *D.* Conſultor *ſub num. 18.* vt ſupra diximus, bene in propoſito, *Rota in rec. par. 4. tom. 3. deciſ. 741. num. 17. verſ. Attamen, fol. 434.*

Confirmantur prædicta, ponderando, quod in bonis peruentis à dicto Teſtatore, ſubſtituit filias fęminas, & ipſarum deſcendentes, quod excederet fines inueſtituræ, quæ cum ſit reſtricta ad lineam maſculinam, procul dubio nō compræhendit fæminas iuxta theo-

9 ricam Caſtrenſ. *in l. ſi maritus, C. de proc.* quam vti veriorem, & magis approbatam amplectuntur Curt. Iun. *in conſ. 151. numer. 5. & 6.* Fuſar. *de ſubſtit qu. 346. num. 12. & in conſ. 14. nu. 18.* vbi refert catalogum hinc inde tenentium, quibus additur Gratian. *diſcept 901. num. 21. Rota in rec. deciſ. 33. num. 3. par. 7. fol. 69.* Fulgin. *tit. de ſucceſ. in bon. Emphy. qu. 25. num. 13 & 15. fol. 292.* quicquid dicat *addens ad* Peregr. procederet forſan in feudis, & Emphytheuſis laicalibus, ac proinde metiendo voluntatem à poteſtate, concludendum eſt prędictam ſubſtitutionem bona Emphytheotica non compræhendiſſe, vt arguit *Rota in recent. par. 4. tom. 3. deciſ. 741. num. 23. & 24. fol. 434.* Magon. *deciſ. lucenſ. 7. nu 23.*

Rota

Rota in recent. par. 7. deciſ. 164. num. 18. fol. 319.

Ceſſat pariter illatio exaduerſo facta ſc... quod cũ Menſa Feſulana declarauerit ſe nolle teneri de euictione, conſequẽter noluerit præiudicare vocatis.

10 Quia dubbia eſt quæſtio an, & quando D. directus teneatur de euictione ad fauorẽ Emphytheotæ, vt liquet ex Theſaur. *q.* 23. *lib.* 2. Surd. *dec.* 290. Fulgin. *de contron. Emph. q.* 42. *num.* 1. *fol.* 206.

Vnde ad tollendam controuerſiã Dominus declarauit ſe nolle teneri, at non ſequitur, ergo noluit præiudicare DD. Mõtautis; dum explicitè linea Domini Brunaccij in eorum locum ſuffecta eſt, ex verbis claris eiuſdem inſtrumenti, quæ abundant ad iſtum effectum, vt põderauit *Rota in Romana pratenſis deuolutionis domus* 21. *Februarij* 1633. *coram Cardinali PanZirolo inter recent. part.* 6. *deciſ.* 182. *num.* 1. *& ſeq. f.* 345.

Conjecturę enim, & adminicula explicãtur, vbi verba inſtrumẽti ſunt dubia, non autẽ quando ſunt clara, & manifeſta, pro vt in caſu noſtro *l. cõtinuus §. cum ita de V. O. cum concord. per* Mãtic. *de coniect. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 11.

11 Quando etiam voluiſſet expreſsè cõprehendere hæc bona in fideicommiſſo, non tamen hinc ſequeretur prohibitio alienationis, cum iſta non ſint inter ſe adeo incompatibilia, vt mutuo ſe deſtruant, vt bene põderatum fuit in motiuo ex deductis per *Rotam in recen. par.* 4. *deciſ.* 265. *n.* 9. *quibus conſonant dec.* 396. *num.* 11. *ead. par.* 4. *& in* 2. *tom. deciſ.* 186. *num.* 3. *&* 4. *fol.* 236. Fuſar. *de fideicom. q.* 546. *numer.* 1.

Neque enim decet Emphytheutam Eccleſiam priuare, ne vti poſſit ſuo iure in laudemijs recipiendis, & alijs conuẽtionibus, quibus ſolet ſuam conditionẽ meliorare, vbi eius conſenſus requiritur, vt aduertit Bald. *conſ.* 9. *nu.* 6. *verſ. hoc eſt verum lib. pr.* Manent. *conſ.* 106. *nu.* 12. *cum alijs allegatis in motiuo*: vix enim Teſtator licet, grauare in re propria hæredem. *Rota in rec. dec.* 384. *n.* 2. *p.* 1. Fuſar. *de fideic. q.* 632. ne dum prçſumere poſſit præiudicare Domino directo circa rem Emphytheuticam, vel Feudalem, vt aduertit *Rota in Bononien. legati de* Mareſcott. *impreſſa in* 5. *p. recent. deciſ.* 484. *in appen. fol.* 134. Trentacinq. *de Subſtit. p.* 4. *cap.* 8. *n.* 25. Pereg. *conſ.* 31. *lib.* 1. Fuſar. *q.* 630. *num.* 10.

Neque publica vtilitas, quæ conſideratur per D. Conſultorem reſultans ex fideicommiſſis pro cõſeruatione Agnationis, eſt ſufficiens, vt hinc ſufferendũ ſit prçiudicium Domini directi, quia ſine authoritate Legiſlatoris ſub colore huiuſmodi non poteſt lędi ius tertij *ad Tex. in l. Aſſidius C. qui potior in pig.* neq; inde ceſſat in dubio eſſe pronunciandũ ad excluſionem fideicommiſſi, iuxta tradita *per* Fuſar. *conſ.* 10. *num.* 27. præſertim vbi non agitur de bonis Teſtatoris, vt ponderauit *Rota coram Penia deciſ.* 85. *num.* 12. *&* 13. *fol.* 69.

Admiſſa denique poteſtate, & diſpoſitione fideicommiſſaria, non tamen hinc inferri poſſet ad inualiditatẽ trãſlationis, cum ea fuerint facta pro redi-
12 mendo grauatum à carceribus ob æs alienum, & pro eiuſdem ſubueniendis neceſſitatibus, & alimentis vna cũ Dote eius filiæ, quibus ſingulis caſibus licet, non obſtante prohibitione, & fideicommiſſo Aſcendentis, alienare bona fideicommiſſaria, Fuſar. *de ſubſt. q.* 535. *& ſeq.* Mareſcott. *lib.* 3. *var. c.* 10. *n.* 139. Coccin. *deciſ.* 104. *num.* 3. Gratian. *diſcept.* 832. *num.* 32. 35. *&* 37. *Rota in recent. p.* 5. *deciſ.* 408. *num.* 10. & onus erat fideicommiſſarijs excludere huiuſmodi neceſſitates, cum D. Brunaccius poſſideat, & in inſtrumento translationis enuncientur, *gloſ. celebris in l. cum de lege ff. de prob.* Dec. *conſ.* 519. *num.* 7. Curt. ſen. *conſ.* 27. *num.* 17. Peregr. *de fid. art.* 42. *num.* 73. Raudenſ. *deciſ. Piſan.* 31. *num.* 271. *Milanenſ. deciſ.* 7. *n.* 83. Intrigliol. *deciſ.* 4. *num.* 24. *Rota in recent. deciſ.* 210. *num.* 7. *& deciſ.* 312. *num.* 33. *& ſeq. p.* 6. *beneſ. in apparat. num.* 40. *etc.*

Quare, &c.

Deo gratias, &c.

Ioannes Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XIV.

Quæ, & qualia credita ſint computanda in detractionibus, & de Dote congrua, vt innoxia ſint bona fideicommiſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Tam nullitas, quam iniuſtitia ſententia operatur, quod nunquam tranſeat in rem iudicatam.*

2 *Quæ ſunt temporalia ad agendum, cenſentur perpetua ad excipiendum.*

3 *Pater relinquens legatum, cum onere ſoluendi eius debita, obligat ad dotandũ eius filias.*

4 *Paternum eſt onus dotare filias, & inherens eius bonis, ad quemcumque tranſeant.*

5 *Agnoſcens legatum, fit obnoxius oneri iniunto, quamuis onus eſſet maius, quam legatum.*

6 *Gabella non ſoluta, quando operetur nullitatem ſententia lata.*

7 *Publicatio, quando ſit neceſſaria, vt lex afficiat.*

8 *An ſufficiat publicatio legis in Ciuitate, vbi reſidet Princeps, vt afficiat alias ciuitates, & loca.*

9 *Exceptio de iure tertij, quando opponi poſſit.*

10 *Exceptio quod non ſit heres, opponitur etiam ab eo, qui non eſt hares.*

11 *Petens reintegrationem, non poteſt manuteneri.*

12 *Verba ſentẽtia in parte diſpoſitiua ſunt attendenda.*

13 *Adiudicatio, quando requirat precedẽtem aſtimationem.*

14 *Differentia in percipiente fructus, tanquam creditore, vel tanquam Domino.*

15 *Creditor, qui fructus percepit ex bonis ſui debitoris iuxta quantitatem ſui crediti, non poteſt amplius retinere bona ſui debitoris, & dum plus percepit, tenetur reſtituere.*

16 *Fructus praſumuntur aucti, & non imminuti.*

17 *Que dos dicatur congrua, vt detrahatur ex fideicommiſſo.*

18 *Onus probandi exceſſiuitatem dotis ad ſaluanda bona fideicommiſſaria, cui incumbat.*

19 *Fructus an ſit attendendi ad iſtum effectum.*

ROCHÆ S. CASSIANI detractionum.

Perilluſtris, & Excellentiſſime Domine.

NON obſtantibus conſultiſſime excitatis per Excellentiſſimum Dominum meũ Relatorem, adhuc DD. Comites de Malateſtis, reijciendi videntur, à petitatũ detractionum conſequtione.

1 Nam quoad creditum Violantis, fruſtra deducitur res iudicata ex ſententia lata anno 1607. ſiquidem, tam vitium nullitatis reſiſtit, ne vnquam tranſeat in rem iudicatam. Seraph. *deciſ.* 595. *num.*4. *& deciſ.* 988. *num.* 5. *&* 6. *Rota in recent. deciſ.* 307. *numer.* 1. *part.*2. *& part.*4. *deciſ.*493. *num.* 1. *& part.*6. *deciſ.*342. *num.*2. quam iniuſtitiæ *Rota in recent. par.*4. *tom.*3. *deciſ.*740. *num.*1. *& deciſ.* 548. *num* 3. Buratt. *deciſ.*276. *numer.*11. *& deciſ.*293. *num.*2.

2 Præſertim ad effectum excipiendi ex quo temporalia ad agendum, cenſentur perpetua ad excipiendum *l. pure*, *§. final. ff. de dol. except.* Surd. *deciſ.*277. *num.*17. *Rota in recent. deciſ.* 240. *num.* 18. *part.* 5.

3 Laborat autem vitio iniuſtitiæ dicta ſententia, quoniam cum legatum vſuſfructus relictum fuerit per Franciſcum Violanti cũ onere ſoluendi debita eiuſdem Franciſci, dubitandum non fuit, quin comprehenderet debitum dotandi filiam, cui Franciſcus obnoxius fuerat tanquam Pater, *l. qui liberos*, *ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot. promiſſ.* Hondedi. *conſ.* 50.

conſ. 50. num. 16. lib. 1. vbi quod dicitur,
debitum neceſſarium paternum dotare
filias, quod non immutatur ex perſo-
na ſucceſſorum, quoniam inhæret per-
ſonæ Patris, & eius Bonis, adeo vt, bo-
na ipſius tranſeant cum hoc onere, ac
4 ſi fuiſſent præcisè obligata pro dote fi-
liarum, Caſtrenſ. *conſ. 80. num. 1. lib. 1.*
cum alijs, quos ſequitur *Rota in recent.*
deciſ. 28. coram Merlino *n. 3. par. 5.* con-
firmata triplici diſputatione coram eo-
dem Auditore, vt in eadem *part. 5. de-*
ciſ. 58. num. 1. & 2. & poſtmodum coram
Durano *deciſ. 224. nu. 1. par. 1.* quæ con-
cluſio adeo eſt vera, vt hoc debitum
paternum fiat comune cum ſocio om-
nium bonorum. Felix. *de Societ. cap. 26.*
num. 21. Gratian. *diſcep. 904. numer. 16.*
Caroc. *deciſ. 10. num. 2.* Thomat. *deciſ.*
64. num. 1. & ſeq.

Si igitur dos per Violantem data, fuit
debita per Franciſcũ, qui legauit Vio-
lanti vſumfructum cum onere ſoluen-
di eius debita, ergo iniuſte, & perperã
(ab ea agnito dicto legato) conſtituta
5 fuit creditrix ratione ſolutionis d. dotis
l. ſi patroni, §. fideicommiſſum verſ. cum
enim, ff. ad trebell. l. ſeruus 18. in princ.
de ſtipulat. Seruorum, Surd. *conſ. 7. num.*
30. & conſ. 212. nu. 10. & conſ. 143. nu. 9.
etiam ſi maius fuiſſet, & onus, quam
legatum, Menoch. *conſ. 205. numer. 95.*
Honded. *conſ. 63. num. 104. lib. 1.* Fuſar.
conſ. 86. numer. 7. Mantic. *de coniect. lib.*
10. tit. 1. nu. 17. Rota in recent. p. 4. tom. 3.
deciſ. 540. num. 5. & fol. 68. & in cauſa
Bononien. fideic. 7. May 1640. coram Illu-
ſtriſſimo Domino meo Dunazzetto Deca-
no, impreſſa apud Merlin. *de pignor. de-*
ciſ. 34. numer. 4. fol. 38. quæ loquitur
contra prætendentem detractionem.

6 Nullitas autem reſultat ex Gabella
non ſoluta, ſuper, quã cum habeamus
legem claram, & per Rotam canoni-
zatam, *vt in lib. mot. 33. fol. 75.* ceſſat
omnis diſputatio, perinde, ac ſi eſſe-
mus in diſpoſitione iuris comunis, vt
ex. Marſ. *conſ. crim. 137. numer. 2. vol. 2.*
Gratian. *diſcep. 157. num. 4.* reſpondit
ob non ſolutam Gabellam conſultiſſi-
mis Caball. *deciſ. 24. numer. 1. lib. 1.*
quem ſequuta fuit *Rota libro mot. 97. fol.*
201. & lib. 35. fol. 332. vbi etiam quod
hinc obnoxius redditur reſtitutioni
omnium, & quorumcunque fructuum
perceptorum iuxta terminos *l. fructus,*
ff. de rei iudic. l. fructus C. de act. empt.
Honded. *conſ. 50. num. 10. lib. 1.* & in
ſubhaſtatione nulliter facta; Fulgoſ.
conſ. 136. num. 2. Tiraq. *de retract. lig.*
§. 23. gloſ. 1. num. 13.

Neque iuuantur DD. Aduerſarij, ex
prætenſo priuilegio Rochæ Sãcti Caſ-
ſiani, quia tantum abeſt, vt probent
huiuſmodi priuilegium, prout tenebã-
tur, *cap. porro de priuileg.* per quẽ *tex.* ad
omnes ſimiles materias certũ hoc de-
duci axioma, bene oſtendit plurimis al-
latis Lother. *de re benef. lib. 1. quæſt. 24.*
num. 89. & 90 fol. 151. Buratt. *deciſ. 140.*
nu. 1. fol. 197. vt ex optimè deductis per
D. in facto ſcribentem, contrarium
prorſus appareat, itaut retorqueatur
argumentum.

Minus euitatur vis Legis Sereniſs. D.
N. ſub prætextu, quod in libro, vbi re-
peritur regiſtrata in Rocha Sancti Caſ-
ſiani, non legantur appoſita verba de-
notantia publicationem, prout legitur
in alijs legibus eiuſdem libri.

7 Quia ſtante Decreto irritante in eadẽ
lege appoſito, ſatis eſt, quod ibidem
deſcripta appareat, itaut copia, ipſius
haberi potuerit, vt alia non opus fue-
rit publicatione, vt per *tex. in l. 2. §. po-*
ſtea de origin. iuris, docuit Bald. *ibidem*
ſub num. 5. verſ. nota quid ſatis, & ſequi-
tur Cagnol. *ibidem numer. 78.* Roland.
conſ. 99. num. 38. lib. 2. Rimin. *iun. conſ.*
472. num. 30. lib. 4. cum alijs, quos re-
fert, & ſequitur Mareſcot. *lib. 2. var.*
cap. 39. numer. 31. & ſeq.

8 Vltra, quod, cum fuerit publicata Flo-
rentiæ, vbi reſidet Maieſtas Principis,
non fuit neceſſe, vt alibi publicaretur
ex pleniſſimè deductis per Mareſcot.
dicto lib. 2. cap. 39. num. 38 cum ſeq. cum
quibus concordant motiuum, de quo
in facto regiſtratum *in lib. 94. fol. 186.*

Neque reijcienda eſt huiuſmodi ex-
ceptio tanquam de iure tertij, licet
DD. Mengotij non poſſint prætendere
dictam

diſtam hæreditatem, quoniam vltrà
quod eſt ipſo iure excluſiua intentionis
DD. Aduerſariorum, quò caſu etiam
exceptio de iure tertij admittitur. Alex.
conſ.137. numer.34.lib.2. Rota in rec.de-
ciſ.73.nu.4.par.1. hæc non poteſt cen-
ſeri de iure tertij, cum ſapiat naturam
defenſionis, & negationis ad effectum
tuendi bona propria fideicommiſſaria,
vt bene per Thelaur. *deciſ.4. numer.7.*
Surd. *deciſ.144. numer.19. & ſeq. Rota*
coram Card. Caualer. *deciſ.253.num.5.*
& in terminis, quod etiam ille, cui de-
lata non eſt hæreditas, opponat alteri,
quod non ſit hæreditas delata; reſpon-
10 dit *Rota coram* Card. Caual. *deciſ.446.*
num.7. & in recent. deciſ.385. num.14.
par.4. tom.2. fol.495.

Quoad detractionem Comitiſſæ Eli-
ſabet, ſententia Commiſſarij Terræ
Solis de anno 1623. laborat iſtis, & alijs
nullitatibus, & redarguitur de notoria
iniuſtitia; vnde cauendum eſt ab eius
exequtione; *Rota deciſ.360. numer.1.*
par.4.recen. etenim in libello petita fuit
reintegratio, & tamen in Sententia
conceſſa fuit manutentio, quod citra
nullitatem, & notoriam iniuſtitiam fie-
11 ri non potuit, vt ex latiſſimè cumula-
tis per Poſt. *de manuten. obſeru. 57. nu-*
mer.43.fol.207. iuxta nouiſs. impreſs.

Quod verò dicebatur, Sententiam
præfatam adiudicaſſe Dominæ Comi-
tiſſæ Eliſabet bona fideicommiſſo ſu-
biecta, ex quò mandauerit fieri præce-
ptum laboratoribus, & colonis, vt eam
recognoſcant in Dominam, ſubſtineri
non poteſt, quoniam verba ſententiæ
attendenda ſunt in parte diſpoſitiua,
12 non in narratiua, vt latè per *Rot. apud*
Viuian. *de iurepatron. deciſ.29. num.16.*
& 17. Buratt. *deciſ.139.num 4.& deciſ.*
339. num.3. & deciſ.843. numer.4. & in
rec. par.1.deciſ.260.num.8. & p.7.deciſ.
264. num.16. & ideo verba Sententię
nihil diſponunt in eo, quod præſuppo-
nunt Surd. *deciſ.195. num.9. Rot. in rec.*
deciſ.55. num.4. par.1. Greg.Pap. *deciſ.*
208. nu.2. & ſine exequtione non trāſ-
fert poſſeſſionem. Greg. *deciſ.546.nu.9.*
Buratt. *deciſ.124. num.11.*

Quinimo verba Sententiæ præfatæ,
non ſolum non concludunt adiudica-
tionem, ſed potius eam excludunt
ex pluribus.

13 Primo, quia mandauit fieri æſtima-
tionem bonorum, & animalium, quà
non præcedente, ſicuti excluditur ven-
ditio *l. fin. C. de contrahen. emp. pleniſ-*
ſimè Buratt. *& ibi addens deciſ.898. nu.*
10. ita, & adiudicatio, quæ ex eiſdem
regulatur, vt reſpondit *Rota in rec. de-*
ciſ.725. per totā duplicata apud Buratt.
deciſ.124. & quod adiudicatio nō prę-
cedente æſtimatione nō valeat, Rolan.
conſ.32. num.23. vol.1. Buratt. *deciſ.96.*
num.4. fol.130. bene omnia prædicta
perſtrinxit *Rota in deciſ.81. nu.4. & ſeq.*
fol.94. apud Merlin. *de pign.*

Secundo, quia omnino verba Sentē-
tiæ contrarium ſuadere videntur, ibi
eſſe manutenendam, pro ſumma ſcutorū
quatuor millium, & fructibus ſibi debitis,
vigore dotis, quos fructus declaramus eſ-
ſe ad rationem quinque pro centenario, &
volumus quod incipiāt currere à die mor-
tis Dominæ Violantis, quæ ex hac vita
tranſiuit die 4. Martij 1618. vſque ad præ-
ſentem diem, videlicet fructus ſcutorum
700. & alios fructus ſecundum ſolutio-
nem faciendam, prout in teſtamento;
& infra, *quæ animalia, & fructus prę-*
dicti computentur in extinctionem de-
biti.

Implicant enim inter ſe, quod ipſa
adhuc manuteneatur pro ſumma ſcu-
torum quatuor millium, & fructibus
dotalibus pro eadem ſumma, & quod
d. bona fuerint ſibi in ſolutum adiudi-
cata, quia ſi hoc fuiſſet, iam extinctum
remanſiſſet creditum præfatum *l. ſolu-*
tione, ff. de ſolutionibus, nec fructus do-
tis ſcutorum 4000. ſed fructus bonorū,
tanquam ad dominam, ad eam ſpecta-
uiſſent, *l. fructus, ff. de rei vindic. l. fru-*
ctus C. de act. emp. Honded. *conſ. 30.*
numer.10. lib. 1. & conſ. 39. numer.22.
lib.2.

14 Cum igitur perceperit fructus tan-
quam creditrix, non tanquam domi-
na ergo cedunt in extinctionem ſortis
prout dicit ipſamet ſententia, & ex

Tex.

Tex. in l.1. C. de diſtract. pignor. ita arguat Fontanell. *deciſ.* 208. *num.* 2. Teſaur. *deciſ.* 78. *per totam.* Cait. *de credit. cap.* 2. *tit.* 7. *nu.* 2250. Buratt. *deciſ.* 240. *num.* 7. *& deciſ.* 327. *num.* 2. *in fin.* vbi dicitur, quod requiritur ſubhaſtatio, & deliberatio, plenè Merlin. *de pign. lib.* 5. *tit.* 1. *queſt.* 45. *per totam à num.* 1. *f.* 611. ex quibus ſequitur, quod cenſeatur ſatisfacta, cum tot bona ſpatio quinquaginta annorum, & vltra poſſederit, fructuſq; perceperit, niſi reddita ratione contrarium docuerint DD. Aduerſarij. Scapucc. *de Saluian. inter. lib.* 3. 13. *fol.* 251. cum ſint DD. Aduerſarij actores, vt diſtinxit. *Rota in Rom. Dotis 4. Iulij 1635. coram Pirouano quam pluri-mis exornat.* Merlin. *de pign. lib.* 5. *queſt.* 77. *num.* 46. *fol.* 643. Præſertim cum ex duabus Sententijs latis ſuper quantitate, & liquidatione fructuum, & reddituum bonorum præfatorum, conſtet de magno exceſſu perceptionis fructuum in ſumma ſc. 19. millium, quæ ſatis probatur ad iſtum effectū, in quo ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones. Surd. *deciſ.* 282. *num.* 26. Seraph. *deciſ.* 1132. *num.* 1. *& deciſ.* 1245. Duran. *deciſ.* 305. *num.* 4. Buratt. *deciſ.* 722. *nu.* 6.

15 Vnde ſicut creditor, qui fructus percepit iuxta quantitatem ſui crediti nō poteſt amplius quicquam prętendere, nec bona ſui debitoris retinere, Buratt. *deciſ.* 160. *num.* 10. Pacif. *inſpect.* 4. *cap.* 1. *nu.* 216. *de Saluian.* ita ſi vltra debitum perceperit reſtitutioni ſit obnoxius. *c. cum conſtet. de pig.* Mant. *de tacit. tit.* 8. *num.* 15. *lib.* 10. cum pluribus alijs, quos refert, & ſequitur Merlin. *quaſt.* 45. *num.* 10. *fol.* 612. & ambigi non poteſt, quin fructus potius cenſeantur aucti in

16 futurum, quam imminuti. Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaſt.* 28. *numer.* 88. Buratt. *deciſ.* 939. *num.* 2.

Quæ omnia acrius vrgent, quoniam dubitandum non eſt contra d. dotem magnam obſtare difficultatem, quoad exceſſiuitatem reſpectu ſubſidiarij remedij. *Auth. reſqua C. comun. de leg.* ita ad neceſſitatem, reſtricti. *Rota coram Durano deciſ.* 241. *num.* 23. vt minus liceat in præiudicium fideicommiſſi du-

17 cere virum imparem. Pariſ. *conſ.* 63. *nu.* 25. *lib.* 2. Peregr. *de fideicō. art.* 42. *n.* 78. Fuſar. *conſ.* 117. *num.* 6. Si quidem dotis quantitatem ad iſtum effectum metiri debemus ex parte vxoris reſpiciendo, præſertim quod actum ſit cum alijs eiuſdem familiæ fęminis, ne nimia facilitate augendi, quandoque conditionem iſtarum fæminarum, ſubuertantur fideicommiſſa, & fideicommittentium voluntatibus illudatur, non ſine piaculo, vt monuit *Rota in Romana hereditatis 14. Decembris 1646. coram 6. m. Arguellos impreſſa apud* Merlin. *de pig. deciſ.* 137. *num.* 7. *& ſeq. fol.* 188. vbi etiam *ſub num.* 8. quod Dos ſcutorum mille ad iſtum effectum cenſeri debet magna re, & nomine, & congrua magno Comiti iuxta *conſ.* Burſat. 23. *num.* 18. *lib.* 2. Siluan. *conſ.* 2. *num.* 39. quæ, & ſi nimis antiqua videri poſſent, ſatis renouata cenſeri debent ex *recenti deciſ. M. A. de* Amat. 28. *num.* 2. *in fine*, quam amplexa fuit *Rota in d. deciſ. anni 1646.* plura alia cumulans ex quibus dubitari non poteſt de iſta exceſſiuitate in caſu noſtro, vnde quicquid ſit an onus fuerit ex aduerſo, probandi non fuiſſe alia bona libera (cum agatur, non autem ex-

18 cipiatur, tamquam à poſſeſſoribus), iuxta diſtinctionē Molin. *de primo hiſp. cap.* 7. *lib.* 4. Rauden. *deciſ. Piſan.* 29. *nu.* 177. Cabal. *conſ. deciſ.* 11. *lib.* 2. Fuſar. *queſt.* 531. *num.* 125. *per Rotam approbatam in deciſ.* 140. *numer.* 7. *apud* Merlin. *de pignor. fol.* 193. Gratian. *diſcept.* 331. *num.* 23.

Certum remanet, ſatis defeciſſe in ſalutari ſuo DD. Aduerſarios, dū non probarunt iudicialiter, prout tenebantur, non fuiſſe exceſſiuam, vt magiſtraliter docuit *Rota d. deciſ.* 137. *numer.* 13. *apud* Merlin. *de pign. vbi ſub numer.* 17. firmatur etiam quod fructus fideicommiſſi attendendi ſunt de excludendam diſtractionem proprietatis, quod latius

19 comprobatum fuit in *Auinionen. pecuniaria 5. Apr. 1647. coram Veroſpio apud eundem* Merlin. *deciſ.* 145. *nu.* 4. *fol.* 203. & nihilominus cōſtat de bonis liberis, ex publi-

ex publico inſtrumento quod cum faciat probationem probatam, tanto magis abundat ad iſtum effectum ex deductis per *Rotam coram* Durano *deciſ.* 241. *num. p. & ſeq.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gl. p. p. 2. num.* 12. *&* 34. Cabald. *conſ.* 11. *num.* 9. *verſ. quoniam*.

Ioannes Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XV.

Cenſus, & loca montium, quando veniat in legato bonorum Stabilium, ſeu imobilium.

SVMMARIVM.

1 *Legatum de bonis ſtabilibus, non extenditur ad bona ſtabilia, acquiſita poſt dictum Teſtatoris. 2. et 3.*

4 *Loca Montium, inter immobilia recenſentur. et 33.*

5 *Verba*, che di preſente hà, *reſtringit diſpoſitionem. & 63.*

6 *Lex municipalis Florentina, diſponit, vt appellatione bonorum ſtabilium in legatis, et contractibus, non veniant loca Montium. et 58.*

7 *Loca Montium originaliter ſunt pecunia accommodata Principi ſeu Reipublicæ.*

8 *Ratio quare in exactionibus Montium, reſtituitur ſolum ſumma ſcutorum centū quamuis pluris empta ſint, ſucceſſiuis temporibus.*

9 *Voluntas Teſtatoris eſt lex legum.*

10 *Pecuniȩ inter mobilia recēſentur. et 32. Declara, vt num. 62.*

11 *Verba Teſtatoris, interpretantur iuxta ſenſum ipſius. et 23. et 28. et 30. et 38. et 69.*

12 *Etiam poſthabita propria ſignificatione.*

13 *Interpretanda ſunt verba Teſtamenti, ne ſequatur correctio.*

14 *Loca Montium, et Cenſus fraterniZant.*

15 *Teſtamentum, vulgari ſermone, conceptum, non permittit, verba interpretari, niſi naturaliter.*

16 *Appellatione ſtabilium, quando veniant Cenſus. et 29.*

17 *Cenſus, ciuili interpetratione ſunt introducti. et 45.*

18 *Ciuiles fructus quomodo intelligantur.*

19 *Ex poſſeſſione bonorum Cenſuatorum, nō acquiritur poſſeſſio Cenſus.*

20 *Cenſum acquirens non eſt Dominus rei cenſuata. et 51.*

21 *Statutum loquens de vendente immobilia, non habet locum in imponente, et vendente Cenſum.*

22 *Fructus fundi cenſuati, ſunt in obligatione, et hipotheca, non autem in ſolutione, prout contingit in penſionibus Eccleſiaſticis.*

24 *Legatum etiam Pium intelligitur naturaliter. et 66.*

25 *Cenſus veniunt appellatione immobilium, quando verba ciuiliter ſunt interpetranda. et 26. et 31. et 34. et ſequen. et 37. et 41. et 44. et 45. et 46.*

39 *Teſtator preſumitur minuì grauare heredem.*

40 *Iura, et Cenſus, non poſſidentur, ſed quaſi poſſidentur. et 49.*

42 *Iura, et actiones, quando veniant appellatione immobilium. et 43.*

50 *Iura non circumſcribuntur loco.*

53 *Verba habere, et poſſidere propriè, non referuntur ad Cenſum.*

56 *Loca Montium, quando veniant appellatione ſtabilium.*

59 *Vbi deficit praſupoſitum, non intrat diſpoſitio.*

61 *Cenſus conſtituunt tertiam ſpeciem, diſtinctam ab immobilibus, et immobilibus.*

64 *Diſtinctionis natura eſt, vt vnum membrum deuidens non contineatur in alio.*

65 *Deſtinatio pecuniarum in emptionem ſtabilium, an operetur, vt pecuniȩ recenſeantur inter ſtabilia.*

67 *Legatum Dotis quando cenſeatur Pium.*

68 *Diſpoſitio Teſtatoris interpetranda eſt toto tenore Teſtamenti perpenſo.*

70 *Teſtatoris ſenſus, iuxta communem vſum loquendi interpetratur.*

71 *Exclu-*

71 *Excludenda eſt vana, et fruſtatoria Teſtatoris mens, benigna interpetratione.*

PETRÆ SANCTÆ Legati.

Verba Teſtamenti.

CHE delle robbe di ſua Bottega, e Crediti, che vi ſono ſe ne deua cauare l'intereſſe del terzo, che vi hà Nicola Lemetti ſuo Cognato, e del rimanente ſi paghi quello, che aurà di debito di Bottega, e ſe vi ſopranauanza, ſi deua vendere ogni coſa, e mettere in ſul Monte di Pietà di Firenze, ò in altro luogo ſicuro, nel medeſimo modo ſi farà di quelli dell'olio, come ſotto ſi dirà.

Item, che tutto l'olio, quale di preſente ſi troua d. Teſtatore, intende, e vuole, che ſi venda, e il ritratto ſi metta ſul Monte di pietà di Firenze à frutto, *ò vero in altro luogo ſicuro, con queſto, che ſe N. S. per tempo alcuno concederà figlinoli maſchi à Raffaello Carli ſuo fratello*, ſieno eredi della metà di dd. danari, e frutti dal giorno, che naſceranno *con dichiaratione, e condizione*, che dd. danari non ſi poſſin leuare, ſino à tanto, che dd. figliuoli non auranno 20. anni.

In tutti gl'altri ſuoi beni mobili, & immobili, preſēti, e futuri, come Caſe, Poderi, Oliueti, Cenſi, Olio, e Crediti di qualſiuoglia ſorte, ed altro, che d. Teſtatore poteſſe teſtare ſuoi Eredi vniuerſali fece, & eſſer volle Donna Maria di preſente ſua Moglie, D. Maddalena ſua Suocera, e D. Liſabetta figlinola del medeſimo Lemetti ſua Cognata, con queſto patto, e conditione, e dichiarazione, che dopo la morte di tutte loro, di tutte l'entrate de beni ſtabili, quali di preſente d. Teſtatore ſi ritroua auere, e poſſedere, ſe ne deuino maritare tante fanciulle.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

PER obitum hæredum, vt ſupra inſtitutarum, adueniente die ſuprad. Legati de maritandis puellis, duplex orta fuit queſtio, prima, an fructus, & interuſuria prouenientia ex pecunijs, vt ſuprà per hæredes ponendis ad fructum in Monte, ex retractu olei, mercium Apothecæ, & ex Creditis Teſtatoris comprehendantur in præd. Legato de dotandis puellis, ſecūda quoad fructus Cenſuum, perpetuorum d. hæreditatis.

Negatiuè ad vtranque reſpōdere celeberrimi DD. I.C. qui cum nihil intactum reliquerint, ne videat illorum dicta tranſcribere, ſuis vberrimis, & conſultiſſimis reſponſis, ſterilem admodum mihi materiā reddidere; nihilominus, vt iniuncto muneri, aliqua ex parte ſatisfaciam ad corroborationem eorum Sententiæ, hæc pauca addi poſſe exiſtimaui.

Etenim quoad primam, dictum Legatum pro maritandis puellis eſt reſtrictum ad redditus bonorum ſtabilium, quæ tempore conditi Teſtamenti habebat, & poſſidebat Teſtator, ergo excludit fructus ex acquirendis per here-
1 dem, vt eſt Tex, ad literam *in l. ſi ita legatum 7. ff. de aur. & arg. leg.*

Si enim reſpicitur tempus cōditi Teſtamenti, non autem futurum ad iudicandū bona obnoxia d. legato pro dd. dotibus, etiam quod Teſtator non expreſſiſſet, vt clare loquitur d. tex. & ibi omnes ſcribentes, & latè proſequuntur
2 Bart. Socc. *in l. ſi cognatis, num. 25. ff. de reb. dub.* Dec. *in c. præterea, num. 5. de off. deleg.* Iaſ. *in l. 1. circa finem, in prima lectura ff. ſi cert. pet.* Couar. *pratic. c. 2.* Mantic. *de coniect. lib. 3. tit. 11. num. 1. & ſeq. Rota coram* Cocc. *deciſ. 24. nu. 1. & deciſ. 48.* Penia *deciſ. 19. num. 3.* Gratian. *diſcept. 98. num. 8. ad 14.* Mareſcott. *lib. 2. var. cap. 137. n. 8. f. 292.*

Ergo multo magis in caſu noſtro, in quo Teſtator id expreſſe diſpoſuit, ibi,
3 *quali di preſente d. Teſtatore ſi troua auere, e poſſedere*, quæ propterea non patiuntur, vt trahantur ad bona ſtabilia, quæ tunc Teſtator non habebat, neque poſſidebat, vt bene *Rota d. deciſ. 48. n. 17. coram* Cocc. Penia *d. l. 19. num. 8.* cum alijs ſupra adductis, quod ſolū ſuf-

ficeret ad elidendum obiectum Excel-
lẽtiſſime D. mei aduerſo ſcribentis fun-
datum in *deciſ.* Buratt. 474. cum con-
cordantibus, vbi, quod loca Montium
inter immobilia cenſentur, neque iu-
4 uaret adducta deſtinatio Teſtatoris,
eſto enim quod deſtinatio includat in-
tra limites fideicommiſſi bonorum im-
mobilium quicquid deſtinauit conuer-
tẽdum in ſtabilia, iuxta tradita *per* Soc-
cin. *conſ* 249. *numer.* 27. *vol.* 2. Burat. *d.*
5 *deciſ.* 474. *num.* 3. tamen illa verba, *che
di preſente hà, e poſſiede*, reſtringunt
diſpoſitionem, ne ſuperflua ſint, contra
*tex in l. ſi quãdo, & ibi gl. in verbo fruſtra
ff. de leg.* 1. *cum alijs per* Mantic. *de co-
niect. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 1.

Accedit declaratio per viam legis
emanata in conſilio DD. Centum huius
almæ Ciuitatis ſub die 19. Feb. 1520.
6 *Che li crediti, e luoghi de Monte ſi comprẽ-
dino frà beni mobili azzioni, e ragioni, &c.*
*E perche molte diſpute naſcono per ca-
gioni de teſtamenti, ò codicilli, donagioni,
ò altri contratti li quali diſpongono de be-
ni mobili, ò imobili, senza fare particula-
re mentione del Monte, e dubitaſi, ſe ſi hã-
no detti crediti à numerar frà beni Mobili,
ò Imobili; Per tanto ſi prouide; Che per
l'auenire ogni volta, che per conto di Teſ-
tamenti ò Codicilli, Donagioni, ò altri Cõ-
tratti ò Inſtrumenti, che per l'auuenire ſi
faranno, naſceſſi alcun dubio ſopra tali
crediti, di qualunque ragione, ſi deuino
dd. crediti, numerare, e comprendere frà
beni mobili, ragioni, & attioni, &c.* Cuius
vis non euitantur ſub prætextu, quod
ſit referenda ad antiquos Montes Gra-
ticolarum, qui potius erant impreſtita,
Quoniam omnia loca Montium, ſiue
in Vrbe, ſiue in hac Ciuitate, ſunt origi-
nali pecuniæ accomodatę Camerę Ap-
7 poſtolicæ, ſeu Reipublicæ, quæ prop-
terea, quamuis tractu temporis in di-
diuerſas manus tranſierint, vigore etiã
reſignationum, non tamen ſequitur,
quod immutauerint ſuam natiuã qua-
litatem, ex qua fit, quod licet creuerit
prætium Montium ob illorum com-
mercium, tamen vbicunque placet Ca-
meræ in eorum extractionibus, reſtitu-
it Montiſtis ſolummodo ſcuta centum,
quamuis 130. & vltra, quandoque em-
pta ſint, ratio eſt, quia attenditur Ori-
8 go Contractus, Greg. *deciſ* 502. *n.* 2.

Quando autem d. lex, & omnis alia
nobis deficeret, ſufficit nobis non defi-
cere legem prouenientem à voluntate
Teſtatoris, quæ eſt lex legum, cui om-
nes aliæ inſeruiunt, etiam ſi tacite colli-
9 geretur. Auth. *de nupt.* §. *diſponat l.
in conditionibus ff. de condit. l. cum quæ-
ſtio in fin. C. de leg.* Mant. *de coniect. lib.*
3. *tit.* 3. *num.* 2. *& lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 8.
& lib. 10. *tit.* 1. *num.* 1. *& ſeq.* Peregrin.
d. fideicom. art. 1. *num.* 43. *& art.* 11. *n.*
11. Surd. *conſ.* 21. *numer.* 4. Honded.
conſ. 69. *nu.* 7. *lib.* 1. cum ſex millibus,
qui poſſent adduci.

Quæ in caſu noſtro, eſt euidẽs, & pal-
pabilis, ponderatis verbis Teſtamenti,
*ſi metta ſul Monte di Pietà di Firenze à
frutto, o vero in altro luogo ſicuro, con que-
ſto, che ſe N. S. per tempo alcuno concede-
rà figli maſchi à Rafaello Carli ſuo fra-
tello, ſiano Eredi della metà di dd. danari,
e frutti dal giorno, che naſceranno, con di-
chiarazione, e conditione, che dd. denari
non ſi poſsin leuare, fin tanto che dd. fi-
gliuoli non haueranno 20. anni.*

Supplicatur obſeruari, quod tempore
natiuitatis Nepotis Teſtatoris, ſuppo-
nit Teſtator eſſe collocatum in Monte
retractum olei, & Apothecæ, iuxta eius
diſpoſitionem, & nihilominus appellat
pecunias, & fructus pecuniarum, non
ſolum ſemel, ſed iterum, atque iterum,
Eredi della metà di dd. danari, e frutti.
& infra *con dichiaratione che detti da-
nari, &c.*

Ergo teſtator non ſtabilia eſſe cenſuit
ſed mobilia, cum pecuniæ inter mobi-
10 lia indubitanter reputentur, Tiraq. *de
retract. lignag.* §. 2. *gl.* 7. *num.* 103. Surd.
conſ. 27. *num.* 7. *lib.* 1. *Rota in recent. de-
ciſ.* 410. *nu.* 3. *in fin. p.* 2. Gratian. *diſcep.*
811. *num.* 11.

11 Si igitur verba teſtamentaria ſunt in-
telligenda iuxta ſenſum, & intellectum
ipſiuſmet Teſtatoris, vt optime per
Oldrad. *conſ.* 45. *cum in narratione mihi
fol.* 17. Alciat. *lib.* 2. *de Verb. ſig. n.* 30. &
adduc-

adductis Authoritatibus Cini. Iaſ. Bald.
in facto conſultus, ita reſpődit. *conſ.* 51.
lib. 4. Alex. *conſ.* 102. *num* 12. *& ſeq. vol.*
6. Natta *conſ.* 291. *nu.* 2. *vol.* 2. Pariſ. *cőſ.*
3. *num.* 52. *volum.* 3. poſt habita etiã pro-
12 pria ſignificatiőne verborum *l. librorum*
§. quod tamen Caſsius, & ibi omnes vno
ore *ff. de leg.* 3. Pariſ. *conſ.* 73. *nu.* 48. ple-
ne Mantic. *de coniect. lib.* 6. *tit.* 16. *num.* 5.
Alba *conſ.* 73. *n.* 7. *& conſ* 234. *n.* 8. quia
in ſimilibus materijs præualet vſus lo-
quendi per Teſtatorẽ obſeruatus, vt in-
quit Grat. *diſcept.* 948. *num.* 31. *Rota in*
recent. deciſ. 246. *num.* 12. *p.* 4. *tom.* 2. *fol.*
303. *& p.* 5. *deciſ.* 44. *num.* 4. *fol* 100. *& de-*
ciſ. 365. *numer.* 19. *fol.* 717.

Ergo alijs non egemus Teſtibus, cum
ipſamet verba Teſtatoris palam idip-
ſum teſtentur.

Præſertim animaduertendo d. mentẽ,
& intellectum Teſtatoris magis coad-
iuuari, dum ex eiuſdem verbis teſta-
menti apparet conditionaliter inſtitu-
iſſe Nepotes naſcituros in dimidia pe-
cuniarum expoſitarum in d. Monte, Si
igitur in legato, quod poſtea fecit pro
maritandis puellis d. pecunias compre-
hendiſſet, ſequeretur, quod eis integre
legaſſet, id in quo Nepotes naſcituros
inſtituerat, quod ſaperet manifeſtam
repugnantiam in eodem Teſtamento
13 contra *tex. in l. non ad ea de cond. & de-*
monſtrat. & ideo negari nequit, men-
tem verè d. Teſtatoris fuiſſe, quod in d.
legato non comprehẽduntur iuxta tra-
dita per Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.*
5. *numer.* 9. *fol. mihi* 43. vltra quod non
iuſſiſſet teſtator, vt fecit dd. pecunias
in Monte Pietatis non poſſe amoueri
vſque ad ætatem annorum 20. dd. Ne-
potum, ſi eas pro immobilibus habu-
iſſet.

Quę omnia militant, etiam in fructi-
bus Cenſuum, quia Fraternizant inter
ſe Cenſus, & loca Montium, quoad iſtũ
effectum, vt benè liquet ex eadem de-
14 ciſione Buratt. 474. *& de deciſ.* 311. *p.*
7. *recent.* ac proinde quoad iſtos idip-
ſum ſenſiſſe Teſtatorem, dubitari non
poteſt, præſertim, quia ſumus in Te-
ſtamento vulgaris hominis, & mater-
no ſermone concepto, quo caſu verba
naturaliter, non autem ciuiliter ſunt
intelliganda iuxta diſtinctionem Bar-
15 toli *in l. ſi quis filis abnis. numer.* 3. *&* 4. *de*
teſtam. tit. *& in conſ.* 52. *n.* 5. *p.* 1. Alex.
conſ. 9. *nu.* 4. *lib.* 1. *plenè* Surd. *deciſ.* 303.
num. 6. qui plurimos, *& eſt tex. apertus*
in l. ſi ſeruus plurimum §. ſi numerus ff.
de leg. 1. *& ibi omnes ſcribentes, & in l. li-*
berorum 52. *§. quod tamẽ* Caſſius *ff. de leg.*
3. Bald. *in l. duodecim in fine C. de legit.*
hęred. Alex. *conſ.* 2. *n.* 17. *lib.* 1. Roland. à
Vall *cőſ.* 83. *n.* 21. *lib.* 3. Hippol. Riminal.
cőſ. 540. *n.* 29. *l.* 5. & plurimos alios refert
16 & ſequitur, Fuſar. *de fideicom. q.* 321. *nu.*
64. *& q.* 320. *n.* 12. Ergo appellatione ſta-
bilium non poſſunt venire dd. Cenſus,
quia iſti, tantummodo ciuili interpre-
tatione, non autem naturaliter intro-
17 ducti ſunt, Franc. *d. dec.* 168. *n.* 23. *& dec.*
254. *n.* 4. Cen. *de Cenſ. q.* 79. *n.* 12. *& ſeq.*
iuxta nouiſſ. impreſſ. & in antiq. p. 2. *c.* 2.
q. 2. *art* 4. *Rota in recent. deciſ.* 240. *num.*
2. *p.* 1. Aueda *de Cenſib. hiſpan. c.* 56. *num.*
15. Duard. *ad* Bullam. *S. M. Pÿ V. §.* 1. *q.*
32. *num.* 3. *&* 4. quos refert, & ſequi-
tur *Rota in recent. deciſ.* 116. *numer.*
16. *&* 17. *p.* 6. *& in alia deciſ. apud* Cenc.
de cenſib. 468. *num.* 2. *&* 3. *& par.* 7. *re-*
cent. deciſ. 3. *num.* 50.

Ciuiles enim fructus appellantur, qui
proueniunt ex re non producente na-
18 turaliter fructus, vt declarat Bald. *in l.*
ex diuerſo num. 1. *ff. de re iud. per tex. in l.*
Si nanis, eodem tit. quem ſequitur. *Rota*
apud Cenc. *de cenſib. deciſ.* 177. *num.* 6. *&*
deciſ. 454. *num.* 5. *&* 6. *bene* Loter. *de re*
ben. lib. 1. *q.* 44. *numer.* 22. *& ſeq.*

Et ideo tales dicuntur fructus Cenſus,
quia fictitiè, & immaginarie, non autẽ
phiſicè, & naturaliter proueniunt ex
fundo cenſito, ex latè deductis per
Rotam Coram Card. Mellino deciſ. 339.
num. 3. *&* 4. *optimè.* Bart. *in l. forma,* 4. *§.*
ſi cum ego ff. de Cenſibus quem ſequitur
Rota coram Puteo, omnino videnda, deciſ.
10. *num.* 4. *in fin. verſ. & dum p. dicebatur,*
lib. 1. *in non. impreſſ qua in antiq eſt deciſ.*
9. & hinc eſt, quod ex poſſeſſione bono-
rum cenſuatorum, non acquiritur poſ-
ſeſſio ipſius Cenſus, tamquã quid incor-

porale exiſtens, Burat. *deciſ.434.num.*
11. Poſt. *de manuten. obſer. 73. nu-*
mer.66.

Siquidem licet Cenſus imponatur ſu-
per fundis, tam ruſticis, quam vrbanis,
negari tamen nequit, quin Dominus,
& poſſeſſor fundi eſſe nequeat Domi-
20 nus Cenſus; Muta. *deciſ. Sicilica* 85. *nu.*
9. dixit Rota coram S. M. Greg. 15. *de-*
ciſ 281. *num.5. & penes* Cenc. *de Cenſib.*
*deciſ.*81. *num.*8. vbi, quod propterea
ſtante ſtatuto loquente de venditione
21 rerum immobilium nõ habet locum
in impoſitione Cenſus. *Rota corã* Card.
Caualer. *deciſ.499. num.7. quam refert,*
& ſequitur Beltram. *ad deciſ.* Greg 281.
num.6.

22 Etenim fundus Cenſus, & eius fructus
ſunt in obligatione, & hipothẽca, non
autem in ſolutione, prout contingit in
Penſionibus Eccleſiaſticis ſuper fructi-
bus Beneficiorum impoſitis, Loter. *de*
re benef. lib. quaſt. 53. *numer.*35. & de
Cenſu, concludit Io. Bap. Gargear. *conſ.*
17. *num.* 22. & ideo magnum eſſet ab-
23 ſurdum, ſi relicta naturali ſignificatio-
ne verborum Teſtatoris amplectere-
mur fictitiam, & ſenſum Teſtatoris, ex-
cludentem interpetrationem, vt opti-
me Bald. *in conſ.* 373. *incip. præmitten-*
*dum, ſub num.*8. his verbis, *Senſus au-*
tem naturalis, nõ fictitius accipitur, quia
*mens hominis naturalis eſt, lib.*1. id ipſũ
Ancharan. *conſ.*225. *num.*1. Curt. Iun.
*conſ.*145. *numer.*26. cum plurimis alijs,
quos refert, & ſequitur Card. Mantica
*de coniect. lib.3. tit.4. num.*15. & in ter-
minis legati Dotis Bart. *conſ.* 200. *quę-*
*ritur lib.*1. *& lib.* 2. *conſ.*45. *ſuper quę-*
*ſtione num.*4. cum alijs, quos refert, &
ſequitur Mant. *de coniect. lib.* 3. *tit.*8.
*num.*5.

24 Et quod legatum, etiam ad pios vſus,
ſit intelligendum iuxta ſenſum natura-
lem, non autem fictitium à lege regu-
lariter accipi ſolitũ reſpondit Oldrad.
*conſ.*219. *præſertim. num.*3. quod vide-
tur reſponſum, de quo meminit Abb.
in c. 5. *de reb. Eccleſ. non alien. numer.*9.
verſ. concludit Oldrad. *& ego,* vbi quod
Iura incorporalia, vt ſunt Cenſus, cõ-
ſtituunt tertiam ſpeciem inter mobi-
lia, quæ propterea non includuntur in
legato vel mobilium, vel immobiliũ,
& quod ita vniformiter reſpondit ipſe
Abbas cum Oldrado conſultus, quem
ſequitur *Rota d. deciſ.* 311. *num.22. p.7.*
recen. & hanc doctrinam Abbatis re-
tulit, & ſequtus fuit Merlin. *de pignor.*
*quęſt.*92. *nu.*53. *lib.*2. & ad excluſionem
Monaſterij Monialium à ſubſtitutione
fideicommiſſi; huiuſmodi diſtinctionẽ
adhibuit *Rota in Cauſa Spoletina fidei-*
*com.*14. *Februarij* 1633. *corã* Ghiſlerio
*impreſ. in p.6. recent. deciſ.*179. *nu-*
*mer.*18.

Ex quibus patet reſponſio ad ea, quæ
in contrariũ aſſerũtur ſcilicet appella-
tione immobiliũ contineri Cenſus, tan-
25 quam adiacentes rei immobili, vt latè
*in d. deciſ.*235. *par.7. recent.* quia hoc
procedit vbi verba ciuiliter, & ſecun-
dum Iuris intellectũ interpratari de-
bent, ac proinde in Contractibus, &
teſtamentis latino ſermone confectis,
non autem in noſtro vulgari Teſta-
mento, vt bene diſtinguit Mantica *de*
*coniect. lib.*3. *tit.*8. *num.*9. Fular. *de fi-*
*deicom. queſt.*320. *num.*12. *& quęſt.*321.
*num.*64, cum alijs ſupra adductis.

Animaduertendo præſertim, quod
ferè omnes, qui affirmant appellatione
26 immobilium cenſus contineri, fundan-
tur *in Clemen. exiui. §. cumq. annui Cen-*
26 *ſus, de verb. ſignif.* vbi conſultus Papa
ſuper voto paupertatis reſpondit an-
nuos redditus, ſeu Cenſus pro ſtabili-
bus cenſeri, ideoq; Fratres minores ob-
ſeruantiæ D. Franciſci, ſtante eorum
voto paupertatis, annuos redditus, ſeu
Cenſus retinere non poſſe, & ratio ap-
paret, quia ibi fauore paupertatis, vt et
verba inſeruirent, neceſſario fieri de-
bebat, latiſſima interpretatio, & ex-
tenſio, etiam ad improprietatem ver-
borum, alias paupertas votiua præd.
inanis vtique fuiſſet, & nomine tantũ,
nõ re, & effectu: At neceſſitas, & regu-
la præd. locum non habet in teſtamen-
tis, & legatis hominis, vulgari ſermo-
ne concepto, in quo Teſtatoris ſenſus
potius, quam Iuris intellectus attendi

debet

debet, vt præter alios ſupra addiectos
27 reſpondet Gratian. *diſcep. 947. numer. 31. Rota in recent. deciſ. 365. num. 39. p.5. & p.4. tom.2. deciſ.246. num.12. vbi plurima.*

Concludo vlterius, quanquam ex Iuris interpretatione ſub immobilium appellatione comprehendantur annui redditus ſeu Cenſus, non hinc inferri illud procedere ex propria verbi ſignificatione; ſiquidem incorporalia, vt ſunt Cenſus, & alia Iura ſub nomine corporalium non appellantur, niſi lar-
28 gè, & impropriè, vt liquet ex traditis per Iul. Cæſar. Scaliger. *de lingua latina c.vltimo*, in hęc verba. *Vnius verbi, vna eſt tantum ſignificatio propria, illa ſcilicet, quę ei primo loco data fuit*; quo ſenſu inquit Quntilianus *lib.1. c.5. ad finem, propria, verba ſunt, cum id ſignificant, in quo primum denominata ſunt.*

Cum igitur ſucceſſiuis tæmporibus, non autem originaliter nomen ſtabi-
29 lium tractũ ſit ad incorporalia, *d.Clem. exiui, §. cumq; annui redditus, de verb. ſignif. pleniſſe Rota d. deciſ. 235. num.1. & 2. p.7. recent.* conſequens eſt, quod Cenſus ſub nomine immobilium ex ſua propria ſignificatione non compræhẽdantur, præſertim, attento, quod conſtituunt tertiam ſpeciem, inter corporalia, & incorporalia, vt deducunt Excellentiſsimi DD. conſulentes, & firmatur *in d. dec.235. n.2. & d. deciſ.311. par.7. recent.* ergo ſub nomine alterius ex ſpeciebus propriè non compræhenduntur, argumento *tex. in l.pali 168. de verb. ſignif.*

Si igitur omnia Iura clamant, attendendam eſſe voluntatem Teſtatoris
30 adeo, vt ad ei inſeruiendum, deflectere non dedignetur etiã à propria verborum ſignificatione, *l. licet Imperator, ff. de l.1.* cum alijs, quos refert, & ſequitur *Rota in recent. deciſ. 365. num. 39. p.5.* cum ſupra adductis, ergo maximum eſſet abſurdum in caſu noſtro, ſpreta naturali ſignificatione verborũ Teſtatoris, confugere ad apice Iuris, & attendere potius ſcrupuloſam, ſubti-
31 lemq; vſurpationem impropriam ſermonis, quam germanum, propriumq; Teſtatoris ſenſum, dum videmus Rotam Romanam, cenſus, vix comprehenſos inter immobilia cenſuiſſe in Contractu donationis latino ſermone conſcripto, licet ibi expreſſe donentur *bona omnia mobilia, immobilia, iura, & actiones, quęcumque vbiq; exiſtentia, cũ verbis, & clauſulis ampliſſimis*, vt patet *in d. deciſ.311. ante numer. primum, & d. deciſ.235. pariter ante nu.1. verſ. nam licet p.7. recent.*

Ex quibus patet, quod quicquid dicatur ex aduerſo de vſu fiſcalium, hoc non poteſt applicari ad voluntatem Teſtatoris, de qua agitur, &c. Quare, &c. Saluo, &c.

Ioannes Tanaglius.

Adſit indiuidua Trinitas.

IN relicto pro maritandis honeſtis puellis, de quo agitur, cenſeo non venire fructus, ſeu interuſuria pecuniarum, ex præcio mercium apothecæ, & creditis eiuſdem, nec non ex oleo, quod Teſtator, tempore mortis, in domo habebat extracto, & ſuper monte Ciuitatis Florentinæ collocando, iuxta eiuſdem Teſtatoris pręceptum; nec etiam compræhendi exiſtimo fructus cenſuum, qui in dicta hęreditate, tempore mortis Teſtatoris reperti fuere.

Moueor quia, quantũ attinet ad pręcium mercium, & aliarum rerum de Apotheca, quod ſuperfuiſſet, detracta tertia parte tangente Nicolao Lẽmetti, & ſoluto omni ære alieno, & quod ſuper d. Monte ad honeſtum lucrum deponi debebat, & ſimiliter quantum attinet ad præcium dicti olei, quod tẽpore mortis Teſtatoris, erat apud eum, & vendi debebat, ad effectum ponendi præcium ſuper d. Monte, certum eſt, hos fructus non compræhendi in dicto particulari fideicommiſſo, ex duobus.

Primo

Primo quia Teſtator poſt mortem trium ſuarum hæredum inſtitutarum ex fructibus, & introitibus ſolum bonorum ſtabilium, quæ tunc temporis Teſtator habebat, & poſſidebat, voluit in matrimonium collocari tot puellas honeſtas, & ex bonis, & honeſtis parentibus ortas, de Caſtro, & Capitaneatu Petraſanctæ, dando cuilibet earum, ſcutos quinquaginta, & propterea non continentur fructus dictarum pecuniarum, cum non ſint introitus, & fructus ſtabilium, & multò minus eorum ſtabilium, de quibus egit Teſtator, hoc eſt, quod tempore teſtamenti, aut ſaltim de tempore mortis Teſtatoris, ab ipſomet Teſtatore poſſiderentur.

Quod enim non ſint fructus ſtabiliũ, patet, quia ſunt interuſuria, quæ percipi debent quotannis ex pecunijs ſuper monte Pietatis collocandis. *Pecunias autem non inter ſtabilia, ſed inter mobi-*
32 *lia* recenſeri eſt indubitatum, §. ſi verò vniuerſa, *in Auth. de nupt. coll.* 4. Dec. *conſ.* 472. *num.* 6. *&* 7. Rebuff. *in l. momentium* 93. *verſ.* 2. *mobilium, dixi in meo conſ.* 70. *numer.* 41. *& infra*.

Non obſtat, quod ex Teſtatoris deſtinatione, eſſent collocandæ ſuper Monte Pietatis; quia cum inde eſſent amouibiles ex voluntate, & arbitrio tam creditoris, quam debitoris, hoc eſt Montis, ſeu eius Adminiſtratorum, non computantur inter immobilia. Optimè omninò videndus Pariſ. *conſ.*
33 56. *num.* 15. *lib.* 3. Federig. de Senis *conſ.* 12. *num.* 4. *verſ. Item annuum relictum non perpetuum*, Menoch. *de arbitrar. iud. cent.* 3. *caſu* 233. *per totum*, Cenc. *de cenſib.* 1. *p. cap.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 20. *optimè* Boccacius *de Cenſib.* 1. *p. num.* 50. vbi quod redditus non perpetuus non eſt res immobilis, ſed eſt res mobilis, optime Io. Koppen. *deciſ.* 24. *nu.* 9. *& num.* 14. Et quod ſit res mobilis, quando tam ex parte debitoris, quam creditoris redimi poteſt, Duard. *de cenſib. in comment. in Proem. extrau. Pij V. quæſt.* 10. *num.* 40. At in caſu noſtro pars dimidia dictarum pecuniarum, de qua Teſtator nihil diſpoſuit, & per conſequẽs ad hęredes pertinebat poterat, per eaſdẽ hęredes amoueri, ſtatim poſt mortẽ Teſtatoris, cũ actiones ad res hæreditarias, mortuo eodem Teſtatore, tranſeant ad hæredes, & contra hæredes, *tot. tit. ff. & C. vt act. ab hered. & contr. hered.* Et obligatio non amouendi, niſi poſt quam filij Raphaelis compleuiſſent ętatem annorum viginti, debeat intelligi reſtricta ad aliam medietatem earundem pecuniarum, quam idem Teſtator ijs reliquit, caſu quo naſcerentur, cum enim legatum relictum dictis filijs ſit ſolum de medietate, ad eandem reſtringendum eſt onus ijs iniunctum dictas pecunias non amouendi, ne quis cenſeatur grauatus in eo, in quo non eſt honoratus *l. ab eo, C. de fideicom. dix. conſ.* 60. *num.* 20.

Reſpectu verò medietatis relictę d. filijs, quatenus ad ius hæreditatis reuerſa eſſet ex eo, quia filij Raphaelis nati non eſſent, iuxta tradita à me in meo *conſ.* 47. *num.* 1. eodem modo ſtatim potuiſſet ab hæredibus amoueri, cum ceſſaſſet onus non remouendi, donec filij Raphaelis cõpleuiſſent dictam ętatem annor. 20. cum enim onus adiectũ fuiſſet *limitatè in fauorem eorundem filiorum*, & eorum cauſa, vtiq; ijs *deficientibus onus etiam ceſſaſſet*. Rimin. Iun. *conſ.* 23. *num.* 141. Nec poſſet prætendi harum pecuniarum fructus venire in fideicom. particulari relicto pro maritandis puellis, quia cum iam eas liberè reliquerit filijs Raphaelis, quos ſuppoſuit eum ſuſcepturum fuiſſe, & fideicommiſſum factum fuerit in reliquis bonis, & quidem in ſtabilibus tantum, ſeu in eorum fructibus, vt patet ex illis verbis, *In tutti li altri, &c.* fideicommiſſum reſtringitur, vt non compræhendat excepta, Dec. *conſ.* 653. *num.* 4. *verſ.* 2. *efficaciter*, Pariſ. *conſ.* 87. *num.* 41. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 51. *num.* 18. *lib.* 1. Rimin. Iun. *conſ.* 729. *numer.* 8. Maluaſ. *conſ.* 41. *numer.* 4. Peregr. *de fideicom. art.* 7. *num.* 44. *& infra*, *dixi conſ.* 54. *numer.* 69. Quod etiam operatur reſpectu medietatis de quà Teſtator, vt dixi, non diſpoſuit, ideoque cenſetur voluiſſe

fuiſſe pertinere directè ad hæredes, nã cum nihilominus ex verbis teſtamenti ſit ſeparata ab alijs bonis hæreditatis, in quibus facta eſt inſtitutio, licet ex iuris diſpoſitione in eadem inſtitutione cõpræhendantur tamen non veniunt in fideicommiſſo particulari, poſtea in ſtabilibus, ſeu in fructibus ſtabilium ordinato, cum Teſtator ſeparatim egerit de his pecunijs, & de ſtabilibus, & eorum fructibus, in quibus fideicommiſſum prædictũ conſtituit, cum illa verba, *in tutti gl'altri*, hanc ſeparationem denotent, vt nuper relati affirmant, & dixi *d. conſ.* 54. *num.* 69. Et quoniam Teſtator de aliquibus bonis, aut perſonis in ſuo Teſtamento diſcretiuè agit, certum eſt, bona de quibus diſcretiuè egit non venire ſub aliorum bonorum diſpoſitione, Decian. *conſ.* 26. *num.* 49. *lib.* 2. Surd. *conſ.* 403. *nu.* 22. *dixi conſ.* 48. *num.* 14.

Secundo, & hoc magis mouet me, quia Teſtator non ſuppoſuit oneri huius particularis relicti, fructus ſuorum bonorum immobilium ſimpliciter, & indiſtinctè, quo caſu poſſet diſputari, an redditus annui empti, poſt Teſtatoris mortem, ex pecunijs ad id à Teſtatore deſtinatis inter immobilia eſſent recẽſendi, ſed ità diſpoſuit. *Con queſto patto, e conditione, e dichiaratione, che dopo la morte di tutte loro* (de hæredibus inſtitutis intelligit) *dell'entrate de beni ſtabili, quali di preſente detto Teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſedere, ſe ne deuino maritare, &c.* Ergo ſuppoſuit huic fideicommiſſo fructus, & introitus percipiendos ex bonis ſtabilibus, quæ tũc, quando Teſtator teſtamentum condidit, habebat, & poſſidebat. Id enim indicant illa verba, *quali di preſente d. Teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſedere*, cum illud relatiuum, quali, reſtringat diſpoſitionem ad hæc expreſſa, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg.* 3. Barboſa *de dictiõ. dictione* 322. *num.* 1. *dixi conſ.* 54. *num.* 40. & verba quæ ſequuntur, videlicet, *di preſente d. Teſtatore ſi ritroua hauere*, indicãt huic relicto obnoxios eſſe fructus tantum illorum bonorum ſtabilium, quæ de tempore teſtamenti Teſtator habebat, & poſſidebat, non de alijs futuris, quę poſtea acquiſiuiſſet, & multò minus de ijs, quæ acquiſita fuiſſent poſt eius mortem, ità egregiè probat *tex. in l. ſi ità, ff. de auro, & arg. leg.* Capra, *conſ.* 45. *num.* 6. 7. Craſſ. *in* §. *legatum, q.* 29. *num.* 1. 4. *Theſaur. deciſ.* 168. *per totam*. vbi non diſcedit ab hac Sententia, niſi vbi relictum fuiſſet legatum generale omnium bonorum, nec adeſſent verba illud reſtringẽtia ad illa bona, quæ tunc cum Teſtator diſponebat de præſenti habebat, & poſſidebat vt hic merito cum tempore diſpoſitionis Teſtator non vendidiſſet adhuc merces, nec oleum, & tam merces, quam oleum eſſent res mobiles, vt videre eſt, ex *l. Mauentium*, & ibi Rebuff. *de verb. ſignif. & dixi in meo conſ.* 70. *num.* 1. 2. 3. 4. & infra, & olei, & mercium venditio ſequuta fuerit poſt mortem Teſtatoris, & non prius quam vendita hæc omnia fuerint, eorum precium collocari debuerit ſuper d. Monte, conſtat quod etiam ſi poſt collationem prædictam ſtabiliũ appellatione venire poſſent, non tamen eſſent illa ſtabilia, de quibus egit, & intellexit Teſtator, cum non habeãt qualitatem à Teſtatore requiſitam, quod eſſent ſtabilia, & à Teſtatore poſſiderentur, tempore quo teſtamentum condidit. In re autem in qua non verificantur qualitates requiſitæ de tempore à Teſtatore conſiderato, nec etiam locum habere poteſt eius diſpoſitio. Io. And. *in c. fin. de homine*, Iaſ. *conſ.* 164. *num.* 3. *lib* 2. Socc. Iun. *conſ.* 7. *per totum lib.* 1. Decian. *conſ.* 33. *num.* 27. *lib.* 1. Laderch. *conſ.* 74. *nu.* 2. cum pluribus alijs, quos retuli, & ſequutus ſum *conſ.* 97. *numer.* 29. Si quidem qualitas reſtringit ſubiectum cui additur, *l. hoc legatum ff. de leg.* 3. Fuſar, *de ſubſtitut. q.* 321. *num.* 26. *meritò, &c.* & reſpiciens verbum, de præſenti, ab eodẽ tempore ipſius verbi determinatur, & ſic debet interuenire tempore conditi teſtamenti, Menoch. *conſ.* 97. *nu.* 106. *meritò, &c.*

34 Quantum verò attinet ad fructus cenſus,

ſus, quamuis plures voluerint eos veni-
re ſub legcto bonorum immobilium,
iuxta tex. in Clem. *exiuit*, §. *cumq. an-
nui redditus*, *de verb. ſignificat. l. iuris
peritos ff. de excuſat. Tutor, l. ſufficit, de
condict. indeb.* Gabr. *conſ.* 141. *ſub num.*
18. *& infra lib.* 2. Surd. *deciſ.* 204. *num.*
7. Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1. *gloſ.* 6.
num. 4. *& infra, & gloſ.* 7. *num.* 8. *& de
retractu conuenct.* §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 39.
Felician. *de cenſibus lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2.
verſ. quod redditus, & lib. 2. *cap.* 3. *num.*
32. *verſ. contrarium cum*, Io. Kappen.
deciſ. 24. *numer.* 8. Boccacius *de cenſib.
p.* 3. *num.* 60. Cenc. *eod. tractatu p. cap.*
3. *q.* 1. *art.* 2. *num.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *& in-
fra*, Duardus *eodem tract. d. q.* 10. *concl.*
5. *num.* 19. *per totam*, Gratian. *diſceptat.*
Forenſ. *cap.* 585. *num.* 6. 7. 8. *& cap.* 811.
num. 21. *& cap.* 981. *num.* 37. *&* 38. *&
deciſ.* Marchiæ 13. *num.* 7. *& deciſ.* 54.
num. 27. Nouar. *ſuper pragm. Regn. col-
lect.* 48. *ſub num.* 9. cum pluribus ſimi-
libus, qui allegari poſſent, tamen in caſu
præſenti voluntatem Teſtatoris repu-
gnare exiſtimo, quam ſemper attendē-
dam eſſe, cum in teſtamentis vti Regi-
na primum locum teneat, & in omni-
35 bus dominetur, *l. in conditionibus pri-
mum locum, ff. de condit. & demonſt. l. cū
quęſtio in fine, C. de leg. mant. de coniect.
vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 1. & tan-
quam lex omnibus modis ſeruanda ſit,
l. diſponat, Aut. de nupt. Mant. *ibi num.*
1. *etiam ſi tacitè colligeretur ex coniect.*
Mant. *d. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 2. *et lib.* 8. *tit.*
18. *num.* 8. *dixi latè conſ.* 45. *num.* 50. *et
conſ.* 67. *num.* 13.

At in caſu noſtro obſeruando modum
diſponendi quo vſus eſt Teſtator, cla-
rè, ni fallor, dignoſcitur eum in hoc re-
licto non intellexiſſe de fructibus cen-
ſuum. Primo enim animaduerti eum
36 hæredes inſtituiſſe per hæc verba, *In
tutti gl'altri ſuoi beni mobili, et immobili,
preſenti, e futuri, come caſe, poderi, oliueti,
cenſi, olio, e crediti, etc.* ex quibus verbis
apparet, Teſtatorem diſcretiuè egiſſe
de domnibus, prædijs, oliuetis, quæ
propriæ ſunt ſtabilia, & de cenſibus quę
propriè non ſunt ſtabilia, ſed conſtituũt
tectiam ſpeciem, vt mox dicemus, vnde
cum Teſtator diſcretiuè de ijs agendo
diuerſificauerit, à ſtabilibus, clarũ, hinc
elicitur argumentum, quod quoniam
poſtea voluit dari dotes ex fructibus
ſtabilium, non intellexit de fructibus
cenſuum, de quibus ante diſcretiuè à
ſtabilibus egerat, Decian. *d. conſ.* 26. *n.*
49. *lib.* 2. Surd. *d. conſ.* 403. *num.* 22. *et
dixi in prefato conſ.* 48. *num.* 14.

Secundo animaduerto teſtatorem re-
liquiſſe hoc particulare fideicommiſſũ
*dell'entrate de beni ſtabili, quali di preſē-
te d. Teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſede-
re*, at cenſus annui non ſunt ex illis im-
mobilibus, in quibus verificentur verba
illa, *beni ſtabili, quali di preſēte detto Te-
ſtatore ſi ritrua hauere, e poſſedere*, ex
duuobus, primo quia licet ratione co-
hærentiæ rebus ſtabilibus, huiuſmodi
37 cenſus ſub nomine ſtabilium veniant,
vt vidimus, & in ſpecie voluit Gratian.
diſcep. forenſ. cap. 585. *numer.* 6. 7. tamen
non ſunt propriè ſtabilia, ſed ſolum im-
propriè, pro ſtabilibus habentur, vt in
puncto egregiè firmat Eugen. *videndus
conſ.* 100. *num.* 35. *verſ. vlt. dat.* Cenc.
de cenſib. p. 1. *cap.* 3. *q.* 1. *art.* 2. *num.* 28.
Duand. *de cenſib. d. q.* 10. *num.* 50. 51.
Propriè enim cum ſumma omnium re-
rum diuiſio ſit, vt vel corporales, vel in-
corporales ſint, *l.* 1. §. *quidam ff. de rer.
diuiſ. tot. tit. Inſtitut. de rebus corporal.
& incorpor.* Et corporales ſint, quæ ex
ſui natura tangibiles ſunt incorporales
cum quæ tangi nequeunt, & in ſimplici
iure cõſiſtunt, d. tit. inſtit. de rebus cor-
poralibus, & incorporalibus, corpora-
les autē ſint, quę ſubdiuiduntur, in mo-
biles, ſe mouentes, & immobiles, vt in
l. quam Tuberonis, §. *in peculio, ff. de pe-
cul.* Certè cum cenſus nihil aliud ſit,
quam quoddam ius percipiendi annuã
redditam ex re fructifera, Couarr. *va-
riar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 7. *numer.* 2. *verſ.
quartum itidem non oberit.* Caſſan, *in cõ-
ſuet. Burgund. Rubr.* 22. *in princ.* Me-
dina *de rebus per vſuram acquiſ. q.* 11. *in
princ.* Duard. *de cenſib. in d. Comment.
in proem. extrau. Pij v. q.* 9. *num.* 45. 46.
47. Cenc. *eod. tract. par.* 1. *cap.* 1. *q.* 3 *art.* 2.
num. 1,

num. 1. 2. conſtituit verè tertiam ſpeciem ſubalternam, diſtinctam à ſpeciebus mobilium, & immobilium, quæ ſũt ſpecies rerum corporalium, nam cum ſit ius, & ſic res incorporalis non poteſt de ſui natúra inter ſtabilia, & ſic inter corporalia cenſeri, ſed vt dixi hanc tertiam ſpeciem de per ſe conſtituit, quæ nil aliud eſt, quam dictum ius incorporale loco non circumſcriptum, competens ad exigendas annuas præſtationes, vti pleniſſimè docet Duard. *de cenſib. loco citato, q.* 10. *concluſ.* 2. *per totam, num.* 6.7.8.9.10. *& infra, & concluſ.* 1. *num.* 5. vbi quod cenſus de ſui natura non eſt res mobilis, nec immobilis, & ideo dixit Abb. *in c. nulli. num.* 9. *de rebus Eccleſ. alien.* vel non, & cum eo Duard. *d. concluſ.* 2. *numer.* 13. in teſtamentis in quibus verba propriè ſunt intelligẽda, appellatione mobilium non compræhendi cenſus, ideoque ſubiungũt, quod ſi quis teſtamẽto leget alicui bona mobilia, & immobilia, legatarius excludetur à nominibus debitorum, à ſeruitutibus, & à cẽſibus, iam dicta ratione, quia in teſtamentis, verba propriè ſunt accipienda, per *tex. in l. qui hæredi ff. de condit. & demonſtr.* Cum igitur ſecundũ vocabuli proprietatem cenſus ſint iura, non autem bona ſtabilia, Teſtator noſter qui prius expreſſit bona quæ ſunt propriè ſtabilia, in illis verbis, *caſe, poderi, uliueti*, & poſtea dixit *dell'entrate de beni ſtabili, quali di preſente d. Teſtatore si ritroua hauere, e poſſedere*, credẽdum eſt eum ſic intellexiſſe de illis ſtabilibus, quæ ſunt propriè talia, & de quibus antea egerat; Cum enim voluntas Teſtatoris ea cenſeatur fuiſſe, quam propria verborum ipſius ſignificatio oſtendit, Bart. *in l. Centurio, num.* 16. *ad fin. ff. de vulg. & pupill.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 4. *verſ. & quando verba, & nu.* 5. quo loci dicunt non eſſe neceſſariam interpretationẽ, quando verba à teſtatore pronunciata habent propriam ſignificationem, quia ſic Teſtatorem voluiſſe credẽdum eſt, etiam cõtra piam cauſam, optimè Menoch. *conſ.* 97. *nu.* 40.41.44.46. & infra *& conſ.* 106. *num.* 58. vbi ait, quod etiam ſi mens teſtatoris dubia eſset, à proprietate ſermonis non eſset recedendum, Alba 484. *num.* 29. Rimin. Iun. *conſ.* 19. *num.* 31. Maximè in legatis, & relictis huiuſmodi, in quibus ſtricta ſit interprætatio, Menoch. *conſ.* 56. *numer.* 11. Multò magis hoc aſſerendum eſt dum ex prçcedentibus verbis, aut eſt ex ſequentibus colligi poteſt, ita Teſtatorẽ ſenſiſſe, & intellexiſſe, optimè, Rimin.
38 Iun. *d. conſ.* 19. *num.* 29. 33. *et infra.* Accedit quod ex vulgari, & comuni vſu loquendi, ſub ſtabilium nomine, Teſtatores præcipuè Idiotæ non intelligunt niſi de fundis, & rebus corporalibus; vt ſunt domus, prædia, agri oliueta, vineæ, & ſimilia, nec intelligent compræhendi cenſus, quæ ſunt iura, & non veniunt appellatione ſtabilium, niſi impropriè, per quandam iuris interpretationem ex cohærentia, cum immobilibus, reſultante; At in teſtamentis verba ſunt intelligenda ſecundum vulgarem, & comunem loquendi vſum, Rol. *conſ.* 43. *num.* 28. 29. 30. *lib.* 4. vbi quod licet appellatione filiorum veniant nepotes, ex iuris interprætatione, tamen quia ex vulgari, & communi vſu loquendi non continentur, ex quo appellantur nepotes, non autem filij, in Teſtatoris diſpoſitione facta de filijs nõ compræhẽdentur, cum Teſtatoris verba ex comuni loquendi vſu, interprætationem recipere debeant, quod, & firmat Alba *conſ.* 484. *nu.* 79. *et ibi* Add. *litt. V.* Menoch. *conſ.* 709. *nu.* 16. Rimin. Iun. *conſ.* 246. *num.* 107.108. *et infra Rota deciſ.* 238. *num.* 4. *p.* 7. *diuerſ.* & præcipuè attendendus eſt vſus loquendi ipſius Teſtatoris; *Rota deciſ.* 44. *num.* 4. *p.* 5. *diuerſ.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 320. *num.* 8. Alba *conſ.* 538. *nu.* 7. aut verba ſunt intelligenda, ſecundũ quod ipſemet Teſtator putabat, & intelligebat; Alba *conſ.* 73. *num.* 7. *et conſ.* 234. *num.* 8. *et conſ.* 493. *num.* 4. at videmus quod Teſtator de ſtabilibus agens intellexit de conſiſtentibus in ſolo tangibili, & corporali, ex quo ſciuit exprimere domus, agros, prædia, olivueta, merito,

rito, &c. idq; confirmatur, ex veriſimilitudine, non enim eſt veriſimile, quod Teſtator, dum egit de ſtabilibus intellexerit de huiuſmodi iuribus longe diuerſis à rebus corporalibus, pro vt nec eſt veriſimile; vt Teſtator improprianđo verba, adeo grauare voluerit hæredes, quinimò veriſimile eſt, eū hæredes minus voluiſſe grauare, quā fieri poſſet,
39 Honded. *cōſ*. 30. *n*. 39. *lib*. 2. Barz *deciſ*. 81. *n*. 7. Menoch. *conſ*. 56. *n*. 20. 21. at ex eo quod magis veriſimile eſt interpretantur teſtatorū verba, & diſpoſitiones, Alba *conſ*. 51. *n*. 17. Honded. *conſ*. 30. *n*. 16. 17. *lib*. 2. *dixi conſ* 48. *num*. 7. 8.

Secundo, quia illi verbo, *ſtabili*, addidit, *quali di preſēte ſi ritroua hauere, e poſſedere*, at cēſus, qui ſunt iura nō poſſidētur, ſed quaſi poſſidentur, & in ijs nō cadit propria poſſeſsio ſed quaſi poſſeſ-
40 ſio, *l. ſequitur* §. *ſi viam* §. *de vſuc ap. gloſ. in inſtit. tit. de rebus corporalib. & incorporalib & ibi* Aret. *ſub n*. 3. Faber *ibi nu*. 2. Oinotō. *n*. 7. immò hæc quaſi poſſeſsio non eſt niſi ciuilis, non autem eſt naturalis, quis enim corporaliter nō poteſt inſiſtere iuri, cū ius ſit incorporale, ideo dici nequit, quod iura poſſideantur naturaliter, Aret. & Faber *locis nuper indicatis*; ſed corporalia tamen ſunt quæ poſsidentur. *l*. 3. *in princ. vbi gloſ. & DD. omnes, ff. de acquir. poſſeſ.* propterea cum Teſtator egerit de ſtabilibus à ſe naturaliter, & ciuiliter poſſeſſis, cum verba illa, *hauere, e poſſedere*, ſint accipienda in ſuo proprio, & potiori ſignificatu. *l*. 1. §. *qui in perpetuum, ff. ſi ag. vectig. Emphit. pet.* Menoch. *conſ*. 611. *n*. 2. dicendūm eſt eum non intellexiſſe de cenſibus, in quibus non cadit poſſeſsio prædicta, vnde nomen illud, ſtabilium, à qualitate adiuncta, reſtingitur ad ea ſtabilia, quæ corporalia ſunt, & tangi, & propriè poſsideri poſſunt, vt in ſimili arguit Rimin. Iun. *conſ*. 19. *num*. 34. *&* 35. *dixi conſ*. 84. *n*. 131. *& conſ*. 85. *n*. 31. quæ eò magis vera ſunt, cum non deſinit tenēre, cenſus eſt impropriè inter immobilia non connumerari, quando ſunt redimibiles, ex pacto redimendi in eodem inſtrumento appoſito, iuxta bullæ Pij v. conſtitutionē, ſed potius inter mobilia recenſeri, vt dicit Io. koppē. *d. dec*. 24. *n*. 14. Eugen. *d. conſ*. 100. *n*. 31. 32. *et infra*.

Tertio principaliter animaduerto nō agi hic de relicto bonorum ſtabilium, in quo cadere poſſet dubitatio, an cēſus in tali legato comprehēderentur, quaſi inter immobilia recenſeantur; Sed Teſtatorem diſpoſuiſſe, vt dotes dictis puellis dentur quot annis de fructibus, & introitus bonorum ſtabilium, vnde fructus in hanc cauſam erogandi debet immediate prouenire, & colligi ex ſtabilibus, cum ità oſtendat illa dictio, de indicans cauſam proximam, & imme-
41 diatam. Dec. *& alij in Rubr. ff. ſi certum petat.* Barboſ. *de dictionib. dictione* 76. *n*. 2. Sed cenſus ſunt ius quoddā ſeparatū & diſtinctum à rebus ſubiugatis, *Rota deciſ*. 81. *n*. 7. 8. *apud* Duard. *de cenſib. & apud* Cenc. *de cenſib. dec*. 81. *n*. 7. 8. *Idem* Cenc. *d. tract. p*. 1. *cap*. 3. *q*. 1. *art*. 2. *num*. 26. Duard. *eodem tract. in comment. in Proemio, q*. 10. *n*. 21. Hodiern. *ad* Surd. *deciſ*. 204. *n*. 3. *per totam*, *vbi in ſpecie reprobat* Gratian. *d. cap*. 585. *n*. 6. & infra, contrarium tenentem, & oſtendit eum ſibi ipſi aduerſari, *cum aliud voluerit cap*. 29. *n*. 2. *& cap*. 885. *n*. 23. Id verò quod pro immobili habetur, aut inter immobilia recenſetur eſt illud ius percipiendi annuā redditam ex re fructifera, ità declarat Cenc. *d. art*. 2. *n*. 26. *verſ. Sed intelligenda ſit*, & ſic fructus qui percipiūtur ſingulis annis ex cēſu, de per ſe non reputantur inter immobilia, etiam ſi ſint fructus non exacti, Cenc. *d. art*. 2. *n*. 25. Io. Kop. *d. deciſ*. 24. *n*. 20. Duard. *d. q*. 10. *n*. 42. *&* 43. nec precipiuntur ex re ſtabili, dum percipiūtur ex cenſu, quod eſt ius, licet inter ſtabilia ratione cohærentiæ, quam habet cum ſtabilibus cenſeatur, & quamuis fructus percipientur ex re cenſui ſubiugata, tamen cum cenſus, vt dixi, ſit quid diſtinctum à re cenſui obnoxia, eo quia verè, & immediatè percipiuntur fructus, hi fructus conſiderati tanquam fructus cenſus mediatè ſolū, & ratione cohærentiæ dicuntur percipi ex re ſtabili, at de his non agit Teſtator, ſed de introitibus, & fructibus qui,

qui, non ratione cohęrentię, ſed immediatè ex bonis ipſis ſtabilibus percipiũtur, merito, &c. Laus Deo, &c.

In loco † Sigilli.

Lęlius Altogradus I.V.C. et Patricius Lucenſis, Saluo, etc.

ADSIT DEVS.

42 Licet videatur eſſe comunis opinio DD quod immobilium bonorum appellatione contineãtur iura, & actiones, vt videre eſt apud Gabr. *de verb. ſignif. concluſ.* 8. *&* Caball. *meſil.* 257. Gabriel. *conſilio* 141. *lib.* 2. Cenc. *de cenſib. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 2. *mihi p. g.* 45. & ex allegatis per Guttier. *pratt. quęſt. q.* 146. *lib* 2. cum multis alijs, qui poſſent ad hoc cumulari. Tamen exiſtimo in caſu noſtro aliud dicendum eſſe, quia, quicquid ſit in ſimplici diſpoſitione de bonis immobilibus, in caſu noſtro multa concurrunt, quæ abundè oſtendunt, & probant annuos reditus cenſuales, de quibus contenditur, non compręhendi in legato redituum de bonis ſtabilibus, facto pro maritandis honeſtis puellis Petræ Sanctæ, & eius Capitanatus.

Sicut enim certiſſimum eſt prædictos reditus contineri ſub appellatione ſtabilium, quando apparet mentem diſponentis fuiſſe vt comprehenderentur,
43 iuxta doctrinam Abbatis *in cap. nulli n.* 9. *&* 10. *de reb. Eccleſ.* quam multi ſecuti ſunt, & etiam *Rota Rom. deciſ.* 310. *num.* 2. *p.* 7. ità vice verſa non continentur indubitanter, quandò colligi poteſt diſponentem eius fuiſſe mentis, & intentionis, vt non compręhenderentur, quia quælibet diſpoſitio intelligi dabat ſecundum mentem diſponentis. Pariſ. *conſ.* 52. *num.* 22. *lib.* 2. Alb. *conſ.* 773. *numer.* 25. Grat. *conſil.* 67. *numer.* 9. *lib.* 2. Cum ratio ſit anima diſpoſitionis cuiuſcumq; Rolan. *conſ.* 144. *num.* 1. *lib.* eiq; det eſſe idem Rol. *conſ.* 72. *num.* 35. *lib.* 1. *Rot. Bonon. deciſ.* 54. *numer.* 7. *in nouiſſ. diuerſ.* Curt. *conſ.* 25. prope finem, & idem Rol. *conſ.* 8. *num.* 31. *lib.* 1. Et hæc diſponentis mens maximè venit attendenda in teſtamentis, Ang. *conſ.* 222. *init.* & pręcipuè in fideicommiſſis, in quo caſu nos verſamur, *l. cum virum C. de fideicom.* §. *item ſi quis ff. de leg.* 3. *&* latè Becc. *conſ.* 224. *num.* 1.

Exiſtimo igitur in caſu noſtro clariſſimè apparere D. Ferdinandum fuiſſe huius mentis, & intentionis, vt reditus cenſuales non continerentur in legato, ſeu fideicommiſſo prædicto.

44 Primò, quia noſter teſtator legauit reditus bonorum ſtabilium, ſed cenſus propriè loquendo non ſunt bona ſtabilia, ergo non continentur reditus cenſuales in hoc legato.

Minor probatur, quia cenſus non eſt ipſa res cẽſui ſuppoſita, ſed eſt ius quoddam incorporale percipiendi annuam penſionem, ſeu annuum reditum. Benin. *de conſ. cap.* 2. *nu.* 1. Leſſ. *de Iuſt & iure lib.* 2. *cap.* 22. *dubit.* 1. *num.* 2. *mihi pag.* 227. Scacc. *de comm.* §. 1. *queſt.* 11. *num.* 174. Cenc. *de cenſib. p.* 1. *cap.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *num.* 5. *& ſeq.* mihi pag. 11. & incorporalia non continentur, neq; cadunt ſub diuiſione bonorum mobilium, & immobilium, quæ diuiſio con-
45 uenit ſolum reb. corporalibus Caball. *d. conſ.* 217. *numer.* 1. *&* 2. ergo teſtator noſter dum loqutus eſt de reditibus bonorum ſtabilium non intellexit de fructibus cẽſuum, cum verborum proprietas hoc non patiatur, a qua non eſt recedendum *l. non aliter ff. de leg.* 3. *l. Libert. ff. de ſupellect. leg.* nam quando verba prolata à teſtatore, habent propriam ſignificationem non eſt neceſſaria interpretatio, quia ſic voluiſſe defunctnm conſtat, vt latè tradit Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib.* 3. *numer.* 4. *ſubdens num.* 5. proprietatem verborum eſſe obſeruandam etiam in relictis ad pias cauſas poſt Crauett. *in rubr. de leg.* 1. *num.* 131. *& conſ.* 294. *num.* 7.

Cui fundamento nõ refragatur quod tales cenſus inter immobilia connumerentur, vt dictum eſt in principio, quia illud ſit impropriè per contentionem,

46 Peregr. *conſ.* 20. *num.* 14. *in fine lib.* 3.
Caball. *vbi ſupra ante numerum* 4. Gut-
tier. *d. quæſt.* 146. *num.* 3. *lib.* 2. Baſſat.
de cenſ. p. 2. *num.* 60. *idem* Guttier. *q.*
83. *num.* 14. *lib.* 5. Parlad. *rer. quot. lib.*
1. *cap.* 3. §. 8. *numer.* 2. Sacc. *de comerc.*
pag. 56. *num* 204. Et ideo diſpoſitio te-
ſtatoris, quæ, vt dixi, eſt propriè intel-
ligenda, non debet ad hos cenſus ex-
tendi, ſed eſt accipienda ſolum de bo-
nis, quę verè, & propriè ſtabilia ſunt, ta-
liſq; eius mens præſumenda eſt, qualem
verborum proprietas oſtendit.

Secundo, mentem teſtatoris non fu-
iſſe, vt cenſus comprehenderentur in
d. leg. ex eo fit manifeſtum, quia, ſi id
voluiſſet, facile ei fuiſſet exprimere.
Ergo cum non expreſſerit, cenſetur no-
luiſſe illos comprehendere §. *ſin autem*
47 *ad deficientis l. vnica C. de cad. tol.* Cra-
uett. *conſ.* 161. *num.* 8. Becc. *conſ.* 1. *nu-*
14. ſicut in ſimili ſi teſtator in vna parte
teſtamenti fecerit menſionē de filijs, &
de filiabus, & in alia parte de filijs ſim-
pliciter, non cenſetur in hac parte ſen-
ſiſſe etiam de filiabus. Socc. Iun. *conſ.*
3. *num.* 7. *lib* 1. *& conſ.* 128. *numer.* 61.
vbi allegat Bald. Fulg. Curt. *&* Corn.
& idem voluit Alex. *conſ.* 38. *numer.* 7.
lib. 6. *& conſ.* 45. *lib.* 7. idem ergo in
caſu noſtro, cum in vna parte teſtamē-
ti, videlicet in inſtitutione hæredis fe-
cerit mentionem de cēſibus, & eos po-
ſtea in legato non expreſſerit, dicen-
dum eſt ideo non expreſſiſſe, quia in le-
gato noluerit contineri.

Imò hoc deducitur à fortiori; nam ſi
in inſtitutione, in qua cenſus ſine du-
48 bio fuiſſent comprehenſi, etiam non
facta de ijs ſpeciali menſione, tamen il-
los expreſſit, quanto magis expreſſiſſet
in legato.

Tertio, confirmatur, quia cenſus erāt
notabilis quantitatis, ideò erant ſpecia-
liter exprimendi iuxta regulam *l. idem*
apud. §. *hoc dictum ff. de iniur. & tradit*
Afflictus *deciſ.* 111. *numer.* 9. Gozad.
conſ. 101. *num.* 16. Menoch. *conſ.* 250.
num. 49.

Quarto, euidentiſſime probat hanc
ſententiam conſideratio illorum ver-
49 borum, *che ſi ritroua hauere, e poſſedere,*
quæ verba cenſibus non conueniunt,
qui ſunt iura incorporalia, vt ſupra di-
ctum eſt, in quibus non cadit poſſeſſio
l. ſeruus, qui bona §. *incorporales ff. de*
acq. rerum dom. l. 3. *init. vbi DD. ff. de*
acq. poſſ. & in l. 1. *init.* vbi pariter DD.
eodem titulo, poſſeſſio enim acquiri-
tur corpore, & animo *d. l.* 3. §. *in amit-*
tenda, & l. quemadmodum ff. de acq. poſſ.
& l. fere quibuſcumque ff. de regulis iuris.
res autem incorporales tangi, & vide-
ri nō poſſunt *inſtit. de reb. corp. & incorp.*
& ſic non poſſunt poſsideri.

Tangere enim, & tangi niſi corpus
nulla potens res, vt cecinit Lucretius.

Et ſic cenſus, & iura non poſſunt con-
tineri appellatione bonorum ſtabilium
dum teſtator ea reſtrinxit ad bona ſta-
bilia à ſe poſſeſſa.

Et ſicut cenſus non continentur ap-
pellatione immobilium relatorum ad
locum, quia iura loco non circumſcri-
50 buntur Gabr. *concl.* 7. *in fine de verb. ſig.*
& poſt Tiraq. Peregr. *conſ.* 19. *num.* 11.
lib. 3. *& conſ.* 20. *num.* 14. eodem lib.
ita in caſu noſtro diſpoſitio loquens de
bonis ſtabilibus à teſtatore poſſeſſis nō
debet continere iura, & cenſus, qui non
poſsidentur.

Neque dicatur cenſus poſsideri, quia
ſunt fundati in re corporali, quia illa
res corporalis non poſsidetur à domi-
no cenſus; ſed à venditore, vt poſt
51 Crauett. Foller. Nauar. Surd. Menoch.
Peregr. & infinitos alios DD. tradit.
Cenc. *vbi ſupra p.* 1. *cap.* 1. *art.* 1. *q.* 1. *n.*
23. *mihi pag.* 3. *& q.* 3. *art.* 2. *num.* 16.
pag. 12. Gratian. *cap.* 955. *num.* 31.

Pariter non obſtat, ſi dicatur iura in-
corporalia, quaſi poſsideri, vt per DD.
in dicta *l.* 1. *enit. ff. de acq. poſſ.* nam hoc
nihil eſt, quia, vt verbum quaſi ſigni-
ficat, poſsidentur impropriè, & vt di-
ximus, à proprietate verborum non
eſt recedendum.

Denique ſi quis diceret cenſus conti-
neri ſub illo verbo *hauere*, reſpondetur
primo teſtatorem ſecutum fuiſſe copu-
52 latiue, *hauere, e poſſedere*, & ſic vtrum-
que verbum debere verificari iuxta na-
turam

turam copulę *l. ſi haredi plures ff. de cõdic. inſtit.* Iaſon. *in l. 1. num. 2. ff. de iuſt. & iure.* Surd. *deciſ. 291. num. 12.* Secundo reſpondetur nec verbum *hauere* verificari in incorporalibus, quod refertur ad poſſeſsionem ciuilem, ad poſſeſſionem naturalem, & ad dominium *l. ſtipulatio iſta §. hęc quoque, vbi* Bart. *nu. 1. & alÿ DD. ff. de verb. oblig.* Sed emptor cenſus neque naturaliter quidem poſsidere dici poteſt, cum etiam naturalis poſſeſsio in rebus tantum corporalibus cadat. *l. 3. §. Neratius & §. Nerua, & l. 1. inst. ff. de acq. poſſ.* & cenſus eſt ius inporporale, vt dictum eſt; res cenſeata remanent in poſſeſsione debitoris; Quod ſi velimus verbum *hauere*
53 accipere pro dominio iuſta *l. habere ff. de verb. ſignif.* pariter non verificatur in cenſu, qui tamquam res incorporalis non recipit dominium. Bart. *& DD. in l. ſi quis vi. §. differentia ff. de acq. poſſ. vbi* Bart. definit dominium, quod ſit ius de re corporali perfectè diſponendi, quæ definitio comuniter approbatur; Quare omnino dici debet noſtrum teſtatorem in legato redituum bonorum ſtabilium noluiſſe comprehendere cẽſus, quia ſi contrarium diceremus admitteremus in eadem diſpoſitione tres improprietates, prima eſſet in illo verbo *beni ſtabili*, ſecũda in verbo *poſſedere*, tertia denique in verbo, *hauere*, quod nullo modo ferendum eſt.

Quinto, confirmatur hęc ſententia ex comuni vſu loquendi, qui, vt mihi aſſe-
54 ritur vigebat, & viget in Terra Petræ Sanctę ſecundum quem cenſus non cõtinentur appellatione ſtabilium, qui comunis vſus loquendi interpetratur voluntatem teſtatoris, vt latè, & pulcrè, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 8. n. 1. & ſeq.* quam pro omnibus allegaſſe ſufficiet.

Sexto, & vltimo, poſſent multa addi pro eiuſdem ſententiæ confirmatione ex vulgaribus, ac tritis iuris regelis, videlicet, quòd præſumatur teſtator minus grauare voluiſſe hæredem, quàm fieri poſsit, & quod in dubio pro reo, & poſſeſſore iudicandum ſit, & ſimilibus, quæ tamquam minus neceſsaria conſulto prætereo.

Et ità ex prædictis, & alijs ab Excellentiſsimo Domino maturius conſiderandis credo reum eſſe abſoluendum.

Et idem exiſtimo de fructibus dependẽtibus à mercibus, & creditis apothecæ, & prætio olei, tum propter prædicta, quæ militant etiam in illis, tum etiã quia noſter teſtator legatum reſtrinxit
55 ad fructus bonorum ſtabilium, *quali di preſente detto teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſedere*, ideo intendi nõ debet ad fructus ſtabilium, quæ tunc temporis non erant teſtatoris, quod faciendum fuiſſet, etiam ſi à teſtatore non fuiſſet expreſſum, quia regulariter tempus conditi teſtamenti attenditur *l. ſi ità cum ibi notat. ff. de auro, & argento. Leg.*

Bartholomeus Vecchius I. V. D. Piſis profeſſor ponit. ſaluo tamen ſemper, &c. m. p.

A D S I T D E V S.

FErdinandus de Carolis, in ſuo vltimo Teſtamento diſpoſuit, vt infra.

PRIMO. Reliquit, & legauit. *Che della robba di ſua bottega, e crediti, che vi ſono, ſi paghi quello hauerà di debito detta bottega; E ſe vi ſopranauanza, ſi deua vendere ogni coſa, e mettere ſu'l Monte di Pietà di Firenze, ò in altro luogo ſicuro, nel medeſimo modo, che ſi farà quello dell'Olio, come qui ſotto dice.*

SECVNDO. Reliquit, & legauit. *Che tutto l'Olio, quale di preſente ſi troua d. Teſtatore, intende, e vuole, che ſi venda, & il ritratto ſi metta ſu'l Monte di Pietà di Firenze à frutto, ò vero in altro luogo ſicuro.*

TERTIO. Vxorem, ſocrum, & vxoris ſororem ſcripſit Hæredes. *In tutti li altri ſua beni, mobili, & immobili, preſenti, e futuri; come Caſe, Poderi, Oliueti, Cenſi, Olio, e crediti di qualsiuoglia ſorte, ò di altro, che d. Teſtatore poteſſi teſtare.*

Con

Con queſto patto, e conditione, e dichiaratione, che, dopo la morte di tutti loro, dell'Entrate de beni ſtabili, quali di preſente detto Teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſedere, ſe ne diuino Maritare tante Fāciulle honeſte, nate di buon Padre, e Madre, e di legitimo Matrimonio, le quali siano di Pietra Santa, ò ſuo Capitanato, con darli di Dote ſcudi cinquanta à ciaſcheduna.

EX HVIVSMODI diſpoſitionum ſerie, ſicuti nō negatur, quin poſt mortem dictarum Mulierum inſtitutarum, purificatum quidem fuerit legatum,
56 ſeu fideicommiſſum particulare, *dell'entrate de Beni ſtabili*; Committendo interim aliam quæſtionem, An illud etiā proprietatem bonorum, ex quibus introitus legati percipiantur, tacitè contineat, vel minus, vt explicat. Soccin. Iun. *conſ. 60. num. 34. & ſeq. lib. 4. & refert* Mantic. *de coniect. lib 9. tit. 2. n. 3.* Ità conſtanter proponitur, in tali fideicommiſſo non venire fructus pretij, quod ex deſtinatione Teſtatoris erat de Mercibus, & Oleo extrahendū, & collocandum *ſu'l Monte di Pietà à fruttio, ò vero in altro luogo ſicuro*,

PRIMO SCILICET QVIA, licet concederetur in iure, loca dicti Montis Pietatis inter ſtabilia connumerari, vt prætenditur ex traditis *per* Buratt. *deciſ.* 474. *num. 1. & Rot. deciſ. 177. num. 38. par. 5. recent. cum ſimilibus.* Adhuc tamen non verificatur in facto, Teſtatorem ad eademmet loca Montis præciſe deſtinaſſe dictum pretium ex mercibus, & oleo retrahendum, ſed verius in electione, & facultate ipſarum hæredum reliquiſſe, vt illud alternatiue collocarent ad fructum, vel in dicto Monte, vel in alio loco ſimiliter ſecuro, vt ſuprà; Sicque ex ipſius mente non coarctabantur Hæredes, prætium prædictum in eiuſmodi locis ſtabilibus abſolutè implicare, ſed æque benè (alteram diſpoſitionis alternatiuæ partē amplectendo) poterant, vel mutuare ſecuræ alicui menſæ Bancariæ ad Cambium; vel ex eo acquirere totidem loca antiquiſſimi Montis Graticularum, vel alia etiam comparare iura æqualiter fructifera, quæ è contra ſtabilium appellatione non continentur, ad Mantic. *de coniect. lib 9. tit. 2. num. 1.* Beriaz. *clauſ. 27. Gloſ. 6. num. 2. Rot. deciſ. 83. num. 16. par. 6. recent.* Et ſignanter de dictis locis Montis Graticularum, quod inter ſtabilia non connumerari, probat
58 prouiſio obtenta ſub die 19. Februarij 1520. & Rota noſtra de anno 1563. lib. mot. 24. à 489. & de anno 1585. lib. 61. à 88.

Cum ergo deſtinatio Teſtatoris non tendat (vt ſupponitur ex aduerſo) ad finem, quod neceſſario emantur loca ſtabilia, ſed verius, quod pretium, vt ſupra retrahendum licitos fructus pariat, quocumq. in loco, ſiue in ſtabilibus, ſiue in nō ſtabilibus, Hæredes collocare maluerint; nō intrat ideo argumētatio Dominorū Aduerſariorum, qui nō niſi ex præſuppoſita, certa, & præciſā deſtinatione ademptionē locorū Montis Pietatis, inferunt, quod prætium ſupradictum, adinſtar eorumdem locorum, debeat inter ſtabilia computari.
59 Vbicunque enim deficit præſuppoſitū, applicari non poteſt diſpoſitio præſupponens, *ad l. Mancipia S.C. de ſeru. fugit* Buratt. *deciſ. 52. num. 4. cum vulgatis*; Et vbi non alia apparet Pecuniæ deſtinatio, quam, vt ſimpliciter Fænori, ſeu ad fructum detur, in hoc caſu talis pecunia non pro ſtabili, ſed pro re mobili
60 reputatur, vt egregie Pinel. *in l. 1. par. 2. num. 45. verſ. quod amplio C. de Bon. Mater; & ſequitur* Menoc. *præſumpt. 138. n. 7. verſ. extenditur ſecundo lib. 4.*

SECVNDO QVIA Auctoritas Tenentium, creditos Montis Pietatis pro ſtabilibus reputari, benè in propoſito limitatur, nam annui redditus, ſeu eadem credita, ad quæ dictum prætium deſtinatum fuiſſe prætenditur, non indiſtinctè, ſed tunc demum inter ſtabilia computantur, quando ſecundum ſubiectam materiam neceſſe eſt, quod vel mobilium, vel immobilium appellatione contineantur, ſecus autem quando, eiuſmodi neceſſitate ceſſante, remanere poſſunt in tertia, & diſtincta ſpecie,

quam

quam propriè de ſui natura conſtituũt.
61 Ità notabiliter limitant Bart. *conſ.* 50. Giulius Petri *num.* 2. *verſ. reſpondeo ad iura lib.* 1. *& conſ.* 87. Mactiolus *num.* 2. *verſ. non obſtant Gloſa. lib.* 2. Bald. *conſ.* 423. Andreas. *ad med. verſ. non obſtant Gloſa lib.* 3. Angel. 328. Anaſtaſiius *per tot.* Oldrad. *conſ.* 219. *factum tale eſt D. Rex, optimè* Natt. *conſ.* 146. *num.* 13. vbi de comuni teſtatur, *lib.* 1. Gaſpar. Ant. Theſaur. *queſt. Forenſ. lib.* 1. *queſt.* 2. *n.* 5. *Rat. poſt* Duard. *de cenſibus deciſ.* 459. *num.* 13. Quare, cum in caſu noſtro, Teſtator expreſſim vt ſupra, diſtinxerit Tres ſuorum bonorum ſpecies, vnã de Mobilibus, alteram de Immobilibus & Tertiam de creditis, ibi, *crediti di qualſiuoglia ſorte, &c.* congrue dicta loca, ſeu credita montium, in hac Tertia ſpecie remanere poſſunt, & verè nulla ſubeſt neceſſitas, quod alicui extremorum præcedentium applicari debeant, vt in puncto ità ratiocinantur. Bart. Natt. *& alÿ in locis preçitatis.*

TERTIO PRINCIPALITER, quia, & ſi dictum pretium ex mercibus, & oleo retrahendum, fuiſſet præciſè deſtinatum ad emptionem locorum verè ſtabilium, Comunis tamen, & magis recepta opinio eſt pro hac parte, quod
62 ſcilicet pecunia quantum vis deſtinata ad illorum emptionem, adhuc computari debeat inter mobilia, pro vt ita de comuni teſtantur Iaſ. *in l. çetera* 43. §. *ſed ſi parauerit num.* 21. *&* 22. *ff. de leg.* 1. Pup. *in l.* 1. §. *fuit quaſitum ff. ad Trebell.* Soccin. Iun. *conſ.* 120. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. Riminald. *conſ.* 56. *nu.* 81. *lib.* 1. Vaſq. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num.* 72. *verſ. contrarium lib.* 1. *plenè* Boer. *deciſ.* 209. *num.* 1. *& ſequent.* Petr. Peck. *de teſtam. coniug. lib.* 5. *cap.* 15. *numer.* 4. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. queſt.* 16. *num.* 12. Mantic. *de coniect. lib.* 9. *tit.* 2. *numer.* 2. *verſ. nec pecuniç, & tit.* 3. *nu.* 2. *verſ. amplius duo* Menoch. *dicta preſumpt.* 138. *num.* 3. *lib.* 4. Gabr. *concluſ.* 12. *n.* 20. *in fin. de Preſumpt.* Craſſ. *in* §. *legatum. queſt.* 19. *num.* 8. *verſ. ſed contrariam.* Simonaell. *de Decret. lib.* 3. *tit.* 8. *in ſpect.* 16. *num.* 23. *verſ. receptior, tamen, & magis communis eſt opinio,*

QVARTO QVIA, cum hic Teſtator non legauerit ſimpliciter, & in abſtracto bona ſtabilia, ſed verius, *l'Entrate de Beni ſtabili*, & in hoc particulariter, iuxta comunem, & vulgarē loquendi vſum, infertur, quod legatum ſit verè reſtrictũ ad ſolos introitus bonorum ſoli, nec fructus locorum Mõtis comprehendat; quantum vis hęc loca ſimpliciter alias ſoquendo pro ſtabilibus haberentur, Pro vt argumentum, & illationem huiuſmodi adeo Luculēter, & ingenioſe deduxit Excellentiſſimus D. Federighius, vt ac illius ſcripta in hac parte ſit remiſiſſe ſatis.

QVINTO DENIQVE, quia circũſcriptis præcedentibus fundamentis, & etiam conceſſo, quod pretium ex oleo retrahendum, vere eſſet inter ſtabilia reputandum, Adhuc tamen in hoc legato non continetur, nam, cum tale pretium, inſpecto tempore facti Teſtamenti, non eſſet Præſens, ſed futurum, de illo non verificatur qualitas Præſentaneitatis à Teſtatore expreſſe appoſitę, ibi, *de Beni ſtabili quali di preſente ſi ritroua.*

Siquidem negari non poteſt, quin ipſe, Hæredes vniuerſales inſtituendo, bona ſua dixtinxerit, in preſentia, &
63 futura; pro vt ibi, *in tutti gl'altri ſuoi beni, &c. preſenti, e futuri*; Minuſque quin ſub ſpecie bonorum præſentium, expreſſim comprehēderit dictum oleum; de quo ſtatim meminit, ibi, *come Caſe, Poderi, Oliueti, Cenſi, Olio.* Iuncta maximè diſpoſitione Capituli pręcedentis, ibi, *Che tutta l'Olio, quale di preſente ſi ritroua detto Teſtatore*, ex quo teſtamenti vna pars, aliam declarat, ad tradita *per* Mantic: *de coniect: lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 1. *& pluribus ſeq.* Surd. *conſ.* 455. *num.* 10. *&* Buratt. *deciſ* 705 *num.* 1. *& deciſ.* 899. *num.* 11. Vnde per neceſſe idem Teſtator, ſicuti Oleum pro re præſenti habuit, ità eius Prętium pro re futura habere voluit, pro vt itidem voluerat, dum in pręcedenti Capitulo, poſt eius mortem, & ſic de futuro, illud ex olei venditione retrahi mandauit, vt ſupra.

Digitized by Google

vt ſupra. Impoſſibile enim eſt intelligere, quod æquè ibi, tam oleum, quam eius pretium pro verè præſentibus habuerit; nam quæ inter ſe contraria sũt, non poſſunt de eodem tempore intelligi poſita *ad* Euerard. *in loco* 19. *A contrarijs, num.* 10. Surd. *conſ.* 435. *numer.* 15. Mantic. *de coniectur. lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 10. *Rot. deciſ.* 218. *num.* 5. *par.* 5. *recent.*

Dũ ergo Teſtator hic ſub ſpecie præſentium poſuit oleum, & ſub ſpecie futurorum poſuit eius pretium, Ideo ab omni ratione alienus eſt Intellectus ex aduerſo datus, quod ſucceſſiuè in eadẽ oratione, licet ab vnico verbo ſubſtantiuo recta, diſponendo vt ſupra de ſtabilibus præſentibus, intellexerit etiam de dicto prætio, quod in præcedenti ſua diſtinctione poſuerat interſutura.

Nam diſtinguentis ea ſemper eſt natura, vt vnum membrum diuidens non contineatur in alio, iuxta vulgata, & ea ſumenda eſt interpretatio, ne Teſtator
64 videatur ſtatim ſe correxiſſe *ad* Menoch. *præſumpt.* 165. *num.* 4. *lib.* 4. *&* *præſumpt.* 37. *num.* 9. *lib.* 7. Fuſar. *conſ.* 25. *num.* 29. Buratt. *deciſ.* 168. *num.* 3. *cum ſimilibus*.

Non obſtat, ſi dicatur, quod, licet dictum prætium olei de tẽpore facti Teſtamenti non eſſet propriè, & realiter præſens, ex vi tamen præcedentis deſtinationis poterat vſque tunc vti præſens reputari. Quia, quando legatum legitur, vt hic, reſtrictum ad bona de preſenti exiſtentia, Pecunia verè non exiſtens, quantumuis fuiſſet à Teſtato-
65 re deſtinata, non comprehenditur, *vt in puncto poſt* Pinell. *tradit* Menoch. *dicta præſumpt.* 138. *num.* 11. *verſ. quintus eſt caſus. lib.* 4.

Itemque non obſtat obiectum, quod ſaltem ex Priuilegijs, & fauore Piæ cauſæ ſumi debeat ea interpretatio, quod prætium ſupra dictum, vtcumque verè futurum, adhuc inter præſentia recenſeatur. In primis, quia eiuſmodi interpretationi manifeſte repugnãt, & mẽs, & verba Teſtatoris, quia, dum Bona ſua expreſsè vt ſupra diſtinxit in præſentia, & futura, impoſſibile nũc redditur, vt quod ipſe ſub ſpecie futurorum poſuit, ad ſpem oppoſitam Præſentium reducatur; Fauor enim Dotis aut cuiuſuis Piæ cauſæ nunquam tantum operatur, vt voluntas teſtatoris violari, &
66 ſubuerti debeat, vt punctualiter ità declarat Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 11. *& lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 36. *verſ.* 3. *ità debet intelligi, & ſeque vtili*. Et Secundo quia conſtanter negamus, iſtud Legatum vti ſimpliciter cõceptum pro Maritandis Honeſtis Puellis, dici poſſe Pium; etenim Pium non eſt ex qualitate cauſæ, quam Teſtator nullibi expreſſit, potuiſſet tamen de facili exprimere ſi voluiſſet; pro vt de facto in alijs legatis Pijs expreſſerat, & ſignanter in tertio, vbi certum granum quot annis diſtribui mandauit. *Per l'anima ſua*. Quã autem cauſam potens non expreſſit, cẽſetur potius comprehendere noluiſſe ad *l. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend. cum concordant*. Non etiam eſt Pium ex qualitate Perſonarũ, quibus factum eſt; nam cum illud appareat eſſe ſimpliciter, & in genere factũ Honeſtis Puellis, abſque vllo reſpectu, vel ſpecificatione ipſarum Paupertatis, intrat ideo notiſsima concluſio, quod legatum Dotis non intelligitur ad Piã cauſam relictum eſſe, niſi Pauperibus relictum fuerit, vt plane per Tiraquell.
67 *de priuileg. Piæ cauſ. in Præfat. numer.* 23. *verſ. Ideo, & ea diſtintio.* Mantic. *de coniect. d. lib* 6. *tit.* 3. *num.* 26. *verſ. quod autem legatum*. Craſſ. *in §. teſtamentum quæſt.* 17. *nu.* 1. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 1. *num.* 3. *& deciſ.* 86. *numer.* 12. Fontanell. *de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *p.* 2. *num.* 16. *& clauſul.* 6. *gloſ.* 3. *p.* 6. *num.* 41. *ad fin.* Gratian. *diſceptat. cap.* 881. *numer.* 12. Sanchez. *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 4. *nu.* 9. Menoch. *præſumpt.* 115. *num.* 16. *lib.* 4. Mouet. *de commut. vlt. volunt. cap.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 43. *cũ alijs*. Quod autem in propoſito dictũ legatũ verè Pauperibus relictum non fuerit, ſatis oſtendit obſeruantia ſubſequta, quam executores Teſtamentarij, huiuſmodi Dotes non niſi diuitibus diſtribuendo induxerunt, pro vt de iure

inducere

inducere poterant; *ad Rot. deciſ.* 365. *num.* 2. *p.* 5. *& deciſ.* 35. *num.* 21. *p.* 4. *recent.* Obſeruantia enim in omni materia eſt vera interpres, & magiſtra, & omnem remouet dubitationem, vt per *Rot. deciſ.* 362. *num.* 12. *& deciſ.* 560. *n.* 11. *ead. par.* 5. *recent.* Et in ſpecie legati. Buratt. *deciſ.* 432. *num.* 8.

Ex quibus, &c. Saluo, &c.

Iacobus Tolomeus.

ADSIT DEVS, ET B. VIRGO.

PERILLVSTR. ET ECCELLENTISS. DOMINI.

OPus magnum aggredi ſcio ſuper celebri, ac difficillima queſtione ſcribere; Vtrum appellatione immobilium bonorum, ſeu ſtabilium contineantur Cenſus, iuxta tenorem Bullæ Pij V. Sanctæ, & æternæ memoriæ creatos; Et forte temeritatis notam minime euadam, dum calamū meum in hac quæſtione, & cauſa adhibeo, poſtquam ab vtraq; parte eximij, & maximi noſtræ tempeſtatis nominis Iuris Conſulti reſponſa dedere, editis ſingulis, quibuſq; ſolidis fundamentis, ne dum ex eorum refertiſſimo promptuario aſſertionum, & traditionum Doctorum omniū, qui de hac re ſcripſerunt excerptis, verum etiam in contingenti caſu ex verbis teſtamenti, de quo agitur, & ex facti circumſtantijs vi præcellentis, eorum ingenij ſubtiliter, de more excogitatis.

Sed nihilominus inſtantis enixè cliẽtis repetitis poſtulationibus ſatisfacere decreui, & hac ſola pacatus animus quieſcit cogitatione, vt cum ex dictis aucuſq; quicquam repetere in ſcribendo nolim, ſi noua addendo leuia quidē alicui videbuntur, ſcit quiſque, quod poſt diligentiſſimam oculatiſſimorum meſſorum peragrationem, non niſi vanas ariſtulas, ille qui poſt eorum terga venit, co- gerē valet.

Dum igitur Teſtator noſter fratre, fratriſq; filijs exhæredibus factis, & tribus hæredibus, ſocru, vxore, & vxoris ſorore inſtitutis, voluit, & diſpoſuit, vt poſt earundem omnium mulierum inſtitutarum mortem; *dell'entrate de' beni ſtabili, quali di preſente detto Teſtatore ſi troua auere, e poſſedere, ſe ne deuino maritare tante fanciulle oneſte, nate di buon padre, e madre, e di legittimo matrimonio, le quali ſtano di Pietra Santa, e ſuo Capitanato, con dargli di dote à ciaſcuna ſcudi* 50.

Cenſeo nullatenus intra limites memoratæ diſpoſitionis contineri, nec cōprehendi introitus, ſeu reditus Cenſuum in hereditate teſtatoris remanſorum.

Pono in primis cuiuslibet diſpoſitionis intellectum, ſeu interpetrationem ſumi minime debere, conſiderata vna tantum parte eiuſdem diſpoſitionis, acceptiſq; ſolummodo aliquibus verbis, diſiunctim, & ſeparatim ab alijs ea expendendo, ſed toto ſimul diſpoſitionis tenore perpenſo, omnibuſq; illius verbis, & clauſulis ſimul ponderatis. *Ad text. in l. in ciuile ff. de leg. cum vulg. & alijs apud* Surd. *deciſ.* 202. *num.* 16. *poſt* Mantic. *de interpr. vltim volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 1. *cum ſeqq.* qui in terminis noſtris de interpetrandis ſupremis hominum diſpoſitionibus loquitur, prout & loquitur idem Surd. *conſ.* 565. *num.* 5. *& conſ.* 574. *numer.* 41.

68 Et hoc poſito deduco non eſſe præſentis inſpectionis in caſu, & ad effectum, de quo agitur diſputare, an appellatione ſtabilium comprehendantur, & veniant Cenſus, ita ſimpliciter, & in abſtracto ſtabilium denominatione ſumpta, quia teſtator non ſimpliciter legat, ſeu à mulieribus inſtitutis hæredibus tempore earum mortis bona ſtabilia reſtitui mandat ad fauorem puellarum, ſed immò magis verba diſpoſitionis ſuę dirigit ad introitus, ſeu reditus bonorum ſtabilium implicandos poſt mortem earundem heredum in dotatione puellarum honeſtarum; vnde in caſu

ſos,quamuis plures voluerint eos veni-
re ſub legcto bonorum immobilium,
iuxta tex. in Clem. *exiuit*, §. *eumq. an-*
nui redditus, *de verb. ſignificat. l. iuris*
peritos ff. de excuſat. Tutor, l. ſufficit, de
condict. indeb. Gabr. *conſ.* 141. *ſub num.*
18. *& infra lib.* 2. Surd. *decis.* 204. *num.*
7. Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1. *gloſ.* 6.
num. 4. *& infra*, *& gloſ.* 7. *num.* 8. *& de*
retractu conuenct. §. 2. *gloſ.* 1. *num.* 39.
Felician. *de cenſibus lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2.
verſ. quod redditus, *& lib.* 2. *cap.* 3. *num.*
32. *verſ. contrarium cum*, Io. Kappen.
deciſ. 24. *numer.* 8. Boccacius *de cenſib.*
p. 3. *num.* 60. Cenc. *eod. tractatu p. cap.*
3. *q.* 1. *art.* 2. *num.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *& in-*
fra, Duardus *eodem tract. d. q.* 10. *concl.*
5. *num.* 19. *per totam*, Gratian. *diſcept at.*
Forenſ. *cap.* 585. *num.* 6. 7. 8. *& cap.* 811.
num. 21. *& cap.* 981. *num.* 37. *&* 38. *&*
deciſ. Marchiæ 13. *num.* 7. *& deciſ.* 54.
num. 27. Nouar. *ſuper pragm. Regn. col-*
lect. 48. *ſub num.* 9. cum pluribus ſimi-
libus,qui allegari poſſent,tamen in caſu
præſenti voluntatem Teſtatoris repu-
gnare exiſtimo, quam ſemper attendē-
dam eſſe, cum in teſtamentis vti Regi-
na primum locum teneat, & in omni-
35 bus dominetur, *l. in conditionibus pri-*
mum locum, ff. de condit. & demonſt. l. cũ
quęſtio in fine, C. de leg. mant. de coniect.
vlt. volunt. lib. 3. *tit.* 3. *num.* 1. & tan-
quam lex omnibus modis ſeruanda ſit,
l. diſponat, Aut. de nupt. Mant. *ibi num.*
1. *etiam ſi tacitè colligeretur ex coniect.*
Mant. *d. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 2. *et lib.* 8. *tit.*
18. *num.* 8. *dixi latè conſ.* 45. *num.* 50. *et*
conſ. 67. *num.* 13.

At in caſu noſtro obſeruando modum
diſponendi quo vſus eſt Teſtator, cla-
rè, ni fallor, dignoſcitur eum in hoc re-
licto non intellexiſse de fructibus cen-
ſuum. Primo enim animaduerti eum
36 hæredes inſtituiſſe per hæc verba, *In*
tutti gl'altri ſuoi beni mobili, et immobili,
preſenti, e futuri, come caſe, poderi, oliueti,
cenſi, olio, e crediti, etc. ex quibus verbis
apparet, Teſtatorem diſcretiuè egiſſe
de domibus, prædijs, oliuetis, quæ
propriæ ſunt ſtabilia, & de cenſibus quę
propriè non ſunt ſtabilia, ſed conſtituũt
teetiam ſpeciem, vt mox dicemus, vnde
cum Teſtator diſcretiuè de ijs agendo
diuerſificauerit à ſtabilibus, clarũ, hinc
elicitur argumentum, quod quoniam
poſtea voluit dari dotes ex fructibus
ſtabilium, non intellexit de fructibus
cenſuum; de quibus ante diſcretiuè à
ſtabilibus egerat, Decian. *d. conſ.* 26. *n.*
49. *lib.* 2. Surd. *d. conſ.* 403. *num.* 23. *et*
dixi in pręfato conſ. 48. *num.* 14.

Secundo animaduerto teſtatorem re-
liquiſſe hoc particulare fideicommiſſũ
dell'entrate de beni ſtabili, quali di preſē-
te d. Teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſede-
re, at cenſus annui non ſunt ex illis im-
mobilibus, in quibus verificentur verba
illa, *beni ſtabili, quali di preſēte detto Te-*
ſtatore ſi ritrua hauere, e poſſedere, ex
duuobus; primo quia licet ratione co-
hærentiæ rebus ſtabilibus, huiuſmodi
37 cenſus ſub nomine ſtabilium veniant,
vt vidimus, & in ſpecie voluit Gratian.
diſcep. forenſ. cap. 585. *numer.* 6. 7. tamen
non ſunt propriè ſtabilia, ſed ſolum im-
propriè, pro ſtabilibus habentur, vt in
puncto egregiè firmat Eugen. *videndus*
conſ. 100. *num.* 35. *verſ. vlt. dat.* Cenc.
de cenſib. p. 1. *cap.* 3. *q.* 1. *art.* 2. *num.* 28.
Duand. *de cenſib. d. q.* 10. *num.* 50. 51.
Propriè enim cum ſumma omnium re-
rum diuiſio fit, vt vel corporales, vel in-
corporales ſint, *l.* 1. §. *quidam ff. de rer.*
diuiſ. tot. tit. Inſtitut. de rebus corporal.
& incorpor. Et corporales ſint, quæ ex
ſui natura tangibiles ſunt incorporales
cum quæ tangi nequeunt, & in ſimplici
iure cõſiſtunt, d. tit. inſtit. de rebus cor-
poralibus, & incorporalibus, corpora-
les autē ſint, quę ſubdiuiduntur, in mo-
biles, ſe mouentes, & immobiles, vt in
l. quam Tuberonis, §. *in peculio, ff. de pe-*
cul. Certè cum cenſus nihil aliud ſit,
quam quoddam ius percipiendi annuã
redditam ex re fructifera, Couarr. *va-*
riar. reſolut. lib. 3. *cap.* 7. *numer.* 2. *verſ.*
quartum itidem non oberit. Caſſan, *in cõ-*
ſuet. Burgund. Rubr. 22. *in princ.* Me-
dina *de rebus per vſuram acquiſ. q.* 11. *in*
princ. Duard. *de cenſib. in d. Comment.*
in proem. extrau. Pij v. q. 9. *num.* 45. 46.
47. Cenc. *eod. tract. par.* 1. *cap.* 1. *q.* 3 *art.* 2.
num. 1,

num. 1. 2. conſtituit verè tertiam ſpeciem ſubalternam, diſtinctam à ſpeciebus mobilium, & immobilium, quæ sũt ſpecies rerum corporalium, nam cum ſit ius, & ſic res incorporalis non poteſt de ſui natúra inter ſtabilia, & ſic inter corporalia cenſeri, ſed vt dixi hanc tertiam ſpeciem de per ſe conſtituit, quæ nil aliud eſt, quam dictum ius incorporale loco non circumſcriptum, competens ad exigendas annuas præſtationes, vti pleniſſimè docet Duard. *de cenſib. loco citato, q.* 10. *concluſ.* 2. *per totam, num.* 6. 7. 8. 9. 10. *& infra, & concluſ.* 1. *num.* 5. vbi quod cenſus de ſui natura non eſt res mobilis, nec immobilis, & ideo dixit Abb. *in c. nulli. num.* 9. *de rebus Eccleſ. alien.* vel non, & cum eo Duard. *d. concluſ.* 2. *numer.* 13. in teſtamentis in quibus verba propriè ſunt intelligẽda, appellatione mobilium non compræhendi cenſus, ideoque ſubiungũt, quod ſi quis teſtamẽto leget alicui bona mobilia, & immobilia, legatarius excludetur à nominibus debitorum, à ſeruitutibus, & à cẽſibus, iam dicta ratione, quia in teſtamentis, verba propriè ſunt accipienda, per *tex. in l. qui haeredi ff. de condit. & demonſtr.* Cum igitur ſecundũ vocabuli proprietatem cenſus ſint iura, non autem bona ſtabilia, Teſtator noſter qui prius expreſſit bona quæ ſunt propriè ſtabilia, in illis verbis, *caſe, poderi, vliueti*, & poſtea dixit *dell'entrate de beni ſtabili, quali di preſente d. Teſtatore si ritroua hauere, e poſſedere*, credẽdum eſt eum ſic intellexiſſe de illis ſtabilibus, quæ ſunt propriè talia, & de quibus antea egerat; Cum enim voluntas Teſtatoris ea cenſeatur fuiſſe, quam propria verborum ipſius ſignificatio oſtendit, Bart. *in l. Centurio, num.* 16. *ad fin. ff. de vulg. & pupill.* Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 4. *verſ. & quando verba, & nu.* 5. quo loci dicunt non eſſe neceſſariam interpretationẽ, quando verba à teſtatore pronunciata habent propriam ſignificationem, quia ſic Teſtatorem voluiſſe credẽdum eſt, etiam cõtra piam cauſam, optimè Menoch. *conſ.* 97. *nu.* 40. 41. 44. 46. & infra *& conſ.* 106. *num.* 58. vbi ait, quod etiam ſi mens teſtatoris dubia eſset, à proprietate ſermonis non eſset recedendum, Alba 484. *num.* 29. Rimin. Iun. *conſ.* 19. *num.* 31. Maximè in legatis, & relictis huiuſmodi, in quibus ſtricta ſit interpretatio, Menoch. *conſ.* 56. *numer.* 11. Multò magis hoc aſſerendum eſt dum ex precedentibus verbis, aut eſt ex ſequentibus colligi poteſt, ita Teſtatorẽ ſenſiſſe, & intellexiſſe, optimè, Rimin.

38 Iun. *d. conſ.* 19. *num.* 29. 33. *et infra*. Accedit quod ex vulgari, & comuni vſu loquendi, ſub ſtabilium nomine, Teſtatores præcipuè Idiotæ non intelligunt niſi de fundis, & rebus corporalibus, vt ſunt domus, prædia, agri oliueta, vineæ, & ſimilia, nec intelligent compræhendi cenſus, quæ ſunt iura, & non veniunt appellatione ſtabilium, niſi impropriè, per quandam iuris interpretationem ex cohærentia, cum immobilibus, reſultante; At in teſtamentis verba ſunt intelligenda ſecundum vulgarem, & comunem loquendi vſum, Rol. *conſ.* 43. *num.* 28. 29. 30. *lib.* 4. vbi quod licet appellatione filiorum veniant nepotes, ex iuris interpretatione, tamen quia ex vulgari, & communi vſu loquendi non continentur, ex quo appellantur nepotes, non autem filij, in Teſtatoris diſpoſitione facta de filijs nõ comprahẽdentur, cum Teſtatoris verba ex comuni loquendi vſu, interpretationem recipere debeant, quod, & firmat Alba *conſ.* 484. *nu.* 79. *et ibi* Add. *litt. V.* Menoch. *conſ.* 709. *nu.* 16. Rimin. Iun. *conſ.* 246. *num.* 107. 108. *et infra Rota deciſ.* 238. *num.* 4. *p.* 7. *diuerſ.* & præcipuè attendendus eſt vſus loquendi ipſius Teſtatoris; *Rota deciſ.* 44. *num.* 4. *p.* 5. *diuerſ.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 320. *num.* 8. Alba *conſ.* 538. *nu.* 7. aut verba ſunt intelligenda, ſecundũ quod ipſemet Teſtator putabat, & intelligebat; Alba *conſ.* 73. *num.* 7. *et conſ.* 234. *num.* 8. *et conſ.* 493. *num.* 4. at videmus quod Teſtator de ſtabilibus agens intellexit de conſiſtentibus in ſolo tangibili, & corporali, ex quo ſciuit exprimere domus, agros, prædia, oliueta, merito,

rito, &c. idq; confirmatur, ex veriſimi-
litudine, non enim eſt veriſimile, quod
Teſtator, dum egit de ſtabilibus intel-
lexerit de huiuſmodi iuribus longe di-
uerſis à rebus corporalibus, pro vt nec
eſt veriſimile; vt Teſtator impropriando
verba, adeo grauare voluerit hære-
des, quinimò veriſimile eſt, eũ hæredes
minus voluiſſe grauare, quã fieri poſſet,
39 Honded. *cõſ*. 30. *n*. 39. *lib*. 2. Barz *deciſ*.
81. *n*. 7. Menoch. *conſ*. 56. *n*. 20. 21. at ex
eo quod magis veriſimile eſt interprę-
tantur teſtatorũ verba, & diſpoſitiones,
Alba *conſ*. 51. *n*. 17. Honded. *conſ*. 30. *n*.
16. 17. *lib*. 2. *dixi conſ* 48. *num*. 7. 8.
Secundo, quia illi verbo, *ſtabili*, addi-
dit, *quali di preſẽte ſi ritroua hauere, e poſ-
ſedere*, at cẽſus, qui ſunt iura nõ poſſidẽ-
tur, ſed quaſi poſſidentur, & in ijs nõ ca-
dit propria poſſeſſio ſed quaſi poſſeſ-
40 ſio, *l. ſequitur §. ſi viam. §. de vſucap. gloſ.
in inſtit. tit. de rebus corporalib. & incorpo-
ralib & ibi* Aret. *ſub n*. 3. Faber *ibi nu*. 2.
Oinotõ. *n*. 7. immò hæc quaſi poſſeſſio
non eſt niſi ciuilis, non autem eſt natu-
ralis, quis enim corporaliter nõ poteſt
inſiſtere iuri, cũ ius ſit incorporale, ideo
dici nequit, quod iura poſſideantur na-
turaliter, Aret. & Faber *locis nuper in-
dicatis*; ſed corporalia tamen ſunt quæ
poſſidentur. *l. 3. in princ. vbi gloſ. & DD.
omnes, ff. de acquir. poſſeſ*. propterea cum
Teſtator egerit de ſtabilibus à ſe natu-
raliter, & ciuiliter poſſeſſis, cum verba
illa, *hauere, e poſſedere*, ſint accipienda in
ſuo proprio, & potiori ſignificatu. *l. 1. §.
qui in perpetuum, ff. ſi ag. vectig. Emphit.
pet*. Menoch. *conſ*. 611. *n*. 2. dicendùm
eſt eum non intellexiſſe de cenſibus, in
quibus non cadit poſſeſſio prædicta,
vnde nomen illud, ſtabilium, à qualita-
te adiuncta, reſtingitur ad ea ſtabilia,
quæ corporalia ſunt, & tangi, & propriè
poſſideri poſſunt, vt in ſimili arguit Ri-
min. Iun. *conſ*. 19. *num*. 34. & 35. *dixi
conſ*. 84. *n*. 131. & *conſ*. 85. *n*. 31. quæ eò
magis vera ſunt; cum non deſinit tenẽ-
tes, cenſus eſt impropriè inter immobi-
lia non connumerari, quando ſunt redi-
mibiles, ex pacto redimendi in eodem
inſtrumento appoſito, iuxta bullæ Pij v.
conſtitutionẽ, ſed potius inter mobilia
recenſeri, vt dicit Io. koppẽ. *d. dec*. 24. *n*.
14. Eugen. *d. conſ*. 100. *n*. 31. 32. *et infra*.
Tertio principaliter animaduerto nõ
agi hic de relicto bonorum ſtabilium,
in quo cadere poſſet dubitatio, an cẽſus
in tali legato compręhẽderentur, quaſi
inter immobilia recenſeantur; Sed Te-
ſtatorem diſpoſuiſſe, vt dotes dictis pu-
ellis dentur quot annis de fructibus, &
introitus bonorum ſtabilium, vnde fru-
ctus in hanc cauſam erogandi debet
immediate prouenire, & colligi ex ſta-
bilibus, cum ità oſtendat illa dictio, de
indicans cauſam proximam, & imme-
41 diatam. Dec. *& alij in Rubr. ff. ſi certum
petat*. Barboſ. *de dictionib. dictione* 76. *n*.
2. Sed cenſus ſunt ius quoddã ſeparatũ
& diſtinctum à rebus ſubiugatis, *Rota
deciſ*. 81. *n*. 7. 8. *apud* Duard. *de cenſib. &
apud* Cenc. *de cenſib. dec*. 81. *n*. 7. 8. *Idem*
Cenc. *d. tract. p. 1. cap. 3. q. 1. art. 2. num*. 26.
Duard. *eodem tract. in comment. in Proe-
mio, q*. 10. *n*. 21. Hodiern. *ad* Surd. *deciſ*.
204. *n*. 3. *per totam, vbi in ſpecie reprobat*
Gratian. *d. cap*. 585. *n*. 6. & infra, contra-
rium tenentem, & oſtendit eum ſibi ipſi
aduerſari, *cum aliud voluerit cap*. 29. *n*. 2.
& cap. 885. *n*. 23. Id verò quod pro im-
mobili habetur, aut inter immobilia re-
cenſetur eſt illud ius percipiendi annuã
redditam ex re fructifera, ità declarat
Cenc. *d. art*. 2. *n*. 26. *verſ. Sed intelligen-
da ſit*, & ſic fructus qui percipiũtur ſin-
gulis annis ex cẽſu, de per ſe non repu-
tantur inter immobilia, etiam ſi ſint fru-
ctus non exacti, Cenc. *d. art*. 2. *n*. 25. Io.
Kop. *d. deciſ*. 24. *n*. 20. Duard. *d. q*. 10. *n*.
42. & 43. nec precipiuntur ex re ſtabili,
dum percipiũtur ex cenſu, quod eſt ius,
licet inter ſtabilia ratione cohærentiæ,
quam habet cum ſtabilibus cenſeatur,
& quamuis fructus percipientur ex re
cenſui ſubiugata, tanen cum cenſus, vt
dixi, ſit quid diſtinctum à re cenſui ob-
noxia, eo quia verè, & immediatè per-
cipiuntur fructus, hi fructus conſidera-
ti tanquam fructus cenſus mediatè ſo-
lũ, & ratione cohærentiæ dicuntur per-
cipi ex re ſtabili, at de his non agit Te-
ſtator, ſed de introitibus, & fructibus
qui,

qui, non ratione cohęrentię, ſed immediatè ex bonis ipſis ſtabilibus percipiũtur, merito, &c. Laus Deo, &c.

In loco † Sigilli.

Lęlius Altogradus I.V.C. et Patricius Lucenſis, Salue, etc.

ADSIT DEVS.

42 Licet videatur eſſe comunis opinio DD quod immobilium bonorum appellatione contineãtur iura, & actiones, vt videre eſt apud Gabr. *de verb. ſignif. concluſ.* 8. *&* Caball. *meſil.* 257. Gabriel. *conſilio* 141. *lib.* 2. Cenc. *de cenſib. part.* 1. *cap.* 3. *art.* 2. *mihi p g.* 45. & ex allegatis per Guttier. *pratt. queſt. q.* 146. *lib.* 2. cum multis alijs, qui poſſent ad hoc cumulari. Tamen exiſtimo in caſu noſtro aliud dicendum eſſe, quia, quicquid ſit in ſimplici diſpoſitione de bonis immobilibus, in caſu noſtro multa concurrunt, quæ abundè oſtendunt, & probant annuos reditus cenſuales, de quibus contenditur, non comprehendi in legato redituum de bonis ſtabilibus, facto pro maritandis honeſtis puellis Petræ Sanctæ, & eius Capitanatus.

Sicut enim certiſſimum eſt prædictos reditus contineri ſub appellatione ſtabilium, quando apparet mentem diſponentis fuiſſe vt comprehenderentur,
43 iuxta doctrinam Abbatis *in cap. nulli n.* 9. *&* 10. *de reb. Eccleſ.* quam multi ſecuti ſunt, & etiam *Rota Rom. deciſ.* 310. *num.* 2. *p.* 7. ita vice verſa non continentur indubitanter, quandò colligi poteſt diſponentem eius fuiſſe mentis, & intentionis, vt non comprehenderentur, quia quælibet diſpoſitio intelligi dabat ſecundum mentem diſponentis. Pariſ. *conſ.* 52. *num.* 22. *lib.* 2. Alb. *conſ.* 773. *numer.* 25. Grat. *conſil.* 67. *numer.* 9. *lib.* 2. Cum ratio ſit anima diſpoſitionis cuiuſcumq; Rolan. *conſ.* 144. *num.* 1. *lib.* eiq; det eſſe idem Rol. *conſ.* 72. *num.* 35. *lib.* 1. *Rot. Bonon. deciſ.* 54. *numer.* 7. *in nouiſſ. diuerſ.* Curt. *conſ.* 25. prope finem, & idem Rol. *conſ.* 8. *num.* 31. *lib.* 1. Et hæc diſponentis mens maximè venit attendenda in teſtamentis, Ang. *conſ.* 222. *init.* & pręcipuè in fideicommiſſis, in quo caſu nos verſamur, *l. cum virum C. de fideicom. §. item ſi quis ff. de leg.* 3. *&* latè Becc. *conſ.* 224. *num.* 1.

Exiſtimo igitur in caſu noſtro clariſſimè apparere D. Ferdinandum fuiſſe huius mentis, & intentionis, vt reditus cenſuales non continerentur in legato, ſeu fideicommiſſo prædicto.

44 Primò, quia noſter teſtator legauit reditus bonorum ſtabilium; ſed cenſus propriè loquendo non ſunt bona ſtabilia, ergo non continentur reditus cenſuales in hoc legato.

Minor probatur, quia cenſus non eſt ipſa res cẽſui ſuppoſita, ſed eſt ius quoddam incorporale percipiendi annuam penſionem, ſeu annuum reditum. Benin. *de conſ. cap.* 2. *nu.* 1. Leſſ. *de Iuſt & iure lib.* 2. *cap.* 22. *dubit.* 1. *num.* 2. *mihi pag.* 227. Scacc. *de comm. §.* 1. *queſt.* 11. *num.* 174. Cenc. *de cenſib. p.* 1. *cap.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *num.* 5. *& ſeq.* mihi pag. 11. & incorporalia non continentur, neq; cadunt ſub diuiſione bonorum mobilium, & immobilium, quæ diuiſio con-
45 uenit ſolum reb. corporalibus Caball. *d. conſ.* 217. *numer.* 1. *&* 2. ergo teſtator noſter dum loqutus eſt de reditibus bonorum ſtabilium non intellexit de fructibus cẽſuum, cum verborum proprietas hoc non patiatur, a qua non eſt recedendum *l. non aliter ff. de leg.* 3. *l. Libert. ff. de ſupellect. leg.* nam quando verba prolata à teſtatore, habent propriam ſignificationem non eſt neceſſaria interpretatio, quia ſic voluiſſe defunctum conſtat, vt latè tradit Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib.* 3. *numer.* 4. *ſubdens num.* 5. proprietatem verborum eſſe obſeruandam etiam in relictis ad pias cauſas poſt Crauett. *in rubr. de leg.* 1. *num.* 131. *& conſ.* 294. *num.* 7.

Cui fundamento nõ refragatur quod tales cenſus inter immobilia connumerentur, vt dictum eſt in principio, quia illud fit impropriè per contentionem,

Bb 2 Peregr.

46 Peregr. *conſ.* 20. *num.* 14. *in fine lib.* 3.
Caball. *vbi ſupra ante numerum* 4. Gut-
tier. *d. quæſt.* 146. *num.* 3. *lib.* 2. Baſſat.
de cenſ. p. 2. *num.* 60. *idem* Guttier. *q.*
83. *num.* 14. *lib.* 5. Parlad. *rer. quot. lib.*
1. *cap.* 3. §. 8. *numer.* 2. Sacc. *de comerc.*
pag. 56. *num* 204. Et ideo diſpoſitio te-
ſtatoris, quæ, vt dixi, eſt propriè intel-
ligenda, non debet ad hos cenſus ex-
tendi, ſed eſt accipienda ſolum de bo-
nis, quę verè, & propriè ſtabilia ſunt, ta-
liſq; eius mens præſumenda eſt, qualem
verborum proprietas oſtendit.

Secundo, mentem teſtatoris non fu-
iſſe, vt cenſus comprehenderentur in
d. leg. ex eo fit manifeſtum, quia, ſi id
voluiſſet, facile ei fuiſſet exprimere.
Ergo cum non expreſſerit, cenſetur no-
luiſſe illos comprehendere §. *ſin autem*
47 *ad deficientis l. vnica C. de cad. tol.* Cra-
uett. *conſ.* 161. *num.* 8. Becc. *conſ.* 1. *nu.*
14. ſicut in ſimili ſi teſtator in vna parte
teſtamenti fecerit menſionē de filijs, &
de filiabus, & in alia parte de filijs ſim-
pliciter, non cenſetur in hac parte ſen-
ſiſſe etiam de filiabus. Socc. Iun. *conſ.*
3. *num.* 7. *lib* 1. *& conſ.* 128. *numer.* 61.
vbi allegat Bald. Fulg. Curt. & Corn.
& idem voluit Alex. *conſ.* 38. *numer.* 7.
lib. 6. *& conſ.* 45. *lib.* 7. idem ergo in
caſu noſtro, cum in vna parte teſtamē-
ti, videlicet in inſtitutione hæredis fe-
cerit mentionem de cēſibus, & eos po-
ſtea in legato non expreſſerit, dicen-
dum eſt ideo non expreſſiſſe, quia in le-
gato noluerit contineri.

Imò hoc deducitur à fortiori; nam ſi
in inſtitutione, in qua cenſus ſine du-
48 bio fuiſſent comprehenſi, etiam non
facta de ijs ſpeciali menſione, tamen il-
los expreſſit, quanto magis expreſſiſſet
in legato.

Tertio, confirmatur, quia cenſus erāt
notabilis quantitatis, ideò erant ſpecia-
liter exprimendi iuxta regulam *l. idem*
apud. §. *hoc dictum ff. de iniur. & tradit*
Afflictus *deciſ.* 111. *numer.* 9. Gozad.
conſ. 101. *num.* 16. Menoch. *conſ.* 250.
num. 49.

Quarto, euidentiſſime probat hanc
ſententiam conſideratio illorum ver-
49 borum, *che ſi ritroua hauere, e poſſedere,*
quæ verba cenſibus non conueniunt,
qui ſunt iura incorporalia, vt ſupra di-
ctum eſt, in quibus non cadit poſſeſsio
l. ſeruus, qui bona §. incorporales ff. de
acq. rerum dom. l. 3. *init. vbi DD. ff. de*
acq. poſſ. & in l. 1. *init.* vbi pariter DD.
eodem titulo, poſſeſsio enim acquiri-
tur corpore, & animo *d. l.* 3. §. *in amit-*
tenda, & l. quemadmodum ff. de acq. poſſ.
& l. fere quibuſcumque ff. de regulis iuris.
res autem incorporales tangi, & vide-
ri nō poſſunt *inſtit. de reb. corp. & incorp.*
& ſic non poſſunt poſsideri.

Tangere enim, & tangi niſi corpus
nulla potens res, vt cecinit Lucretius.

Et ſic cenſus, & iura non poſſunt con-
tineri appellatione bonorum ſtabilium
dum teſtator ea reſtrinxit ad bona ſta-
bilia à ſe poſſeſſa.

Et ſicut cenſus non continentur ap-
pellatione immobilium relatorum ad
locum, quia iura loco non circumſcri-
50 buntur Gabr. *concl.* 7. *in fine de verb. ſig.*
& poſt Tiraq. Peregr. *conſ.* 19. *num.* 11.
lib. 3. *& conſ.* 20. *num.* 14. eodem lib.
ita in caſu noſtro diſpoſitio loquens de
bonis ſtabilibus à teſtatore poſſeſsis nō
debet continere iura, & cenſus, qui non
poſsidentur.

Neque dicatur cenſus poſsideri, quia
ſunt fundati in re corporali, quia illa
res corporalis non poſsidetur à domi-
no cenſus; ſed à venditore, vt poſt
51 Crauett. Foller. Nauar. Surd. Menoch.
Peregr. & infinitos alios DD. tradit.
Cenc. *vbi ſupra p.* 1. *cap.* 1. *art.* 1. *q.* 1. *n.*
23. *mihi pag.* 3. *& q.* 3. *art.* 2. *num.* 16.
pag. 12. Gratian. *cap.* 955. *num.* 31.

Pariter non obſtat, ſi dicatur iura in-
corporalia, quaſi poſsideri, vt per DD.
in dicta *l.* 1. *enit. ff. de acq. poſſ.* nam hoc
nihil eſt, quia, vt verbum quaſi ſigni-
ficat, poſsidentur impropriè, & vt di-
ximus, à proprietate verborum non
eſt recedendum.

Denique ſi quis diceret cenſus conti-
neri ſub illo verbo *hauere*, reſpondetur
primo teſtatorem ſecutum fuiſſe copu-
52 latiue, *hauere, e poſſedere,* & ſic vtrum-
que verbum debere verificari iuxta na-
turam

Digitized by Google

turam copulę *l. ſi haeredi plures ff. de cōdic. inſtit.* Iaſon. *in l. 1. num. 2. ff. de iuſt. & iure.* Surd. *deciſ. 291. num. 12.* Secundo reſpondetur nec verbum *hauere* verificari in incorporalibus, quod refertur ad poſſeſsionem ciuilem, ad poſſeſſionem naturalem, & ad dominium *l. ſtipulatio iſta §. hęc quoque, vbi* Bart. *nu. 1. & alÿ DD. ff. de verb. oblig.* Sed emptor cenſus neque naturaliter quidem poſsidere dici poteſt, cum etiam naturalis poſſeſsio in rebus tantum corporalibus cadat. *l. 3. §. Neratius & §. Nerua, & l. 1. inſt. ff. de acq. poſſ.* & cenſus eſt ius inporporale, vt dictum eſt; res cenſeata remanent in poſſeſsione debitoris; Quod ſi velimus verbum *hauere*

53 accipere pro dominio iuſta *l. habere ff. de verb. ſignif.* pariter non verificatur in cenſu, qui tamquam res incorporalis non recipit dominium. Bart. *& DD. in l. ſi quis vi. §. differentia ff. de acq. poſſ. vbi* Bart. definit dominium, quod ſit ius de re corporali perfectè diſponendi, quæ definitio comuniter approbatur; Quare omnino dici debet noſtrum teſtatorem in legato redituum bonorum ſtabilium noluiſſe comprehendere cēſus, quia ſi contrarium diceremus admitteremus in eadem diſpoſitione tres improprietates, prima eſſet in illo verbo *beni ſtabili*, ſecūda in verbo *poſſedere*, tertia denique in verbo, *hauere*, quod nullo modo ferendum eſt.

Quinto, confirmatur hęc ſententia ex comuni vſu loquendi, qui, vt mihi aſſe-

54 ritur vigebat, & viget in Terra Petræ Sanctę ſecundum quem cenſus non cōtinentur appellatione ſtabilium, qui comunis vſus loquendi interpetratur voluntatem teſtatoris, vt latè, & pulcrè, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 8. n. 1. & ſeq.* quam pro omnibus allegaſſe ſufficiet.

Seſto, & vltimo, poſſent multa addi pro eiuſdem ſententiæ confirmatione ex vulgaribus, ac tritis iuris regelis, videlicet, quòd præſumatur teſtator minus grauare voluiſſe hæredem, quàm fieri poſsit, & quod in dubio pro reo, & poſſeſſore iudicandum ſit, & ſimilibus, quæ tamquam minus neceſſaria conſulto prætereo.

Et ità ex prædictis, & alijs ab Excellentiſsimo Domino maturius conſiderandis credo reum eſſe abſoluendum.

Et idem exiſtimo de fructibus dependētibus à mercibus, & creditis apothecæ, & prætio olei, tum propter prædicta, quæ militant etiam in illis, tum etiā quia noſter teſtator legatum reſtrinxit

55 ad fructus bonorum ſtabilium, *quali di preſente detto teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſedere*, ideo intendi nō debet ad fructus ſtabilium, quæ tunc temporis non erant teſtatoris, quod faciendum fuiſſet, etiam ſi à teſtatore non fuiſſet expreſſum, quia regulariter tempus conditi teſtamenti attenditur *l. ſi ità cum ibi notat. ff. de auro, & argento. Leg.*

Bartholomeus Vecchius I. V. D. Piſis profeſſor ponit. ſaluo tamen ſemper, &c. m. p.

ADSIT DEVS.

FErdinandus de Carolis, in ſuo vltimo Teſtamento diſpoſuit, vt infra.

PRIMO. Reliquit, & legauit. *Che della robba di ſua bottega, e crediti, che vi ſono, ſi paghi quello hauerà di debito detta bottega; E ſe vi ſopranauanza, ſi deua vendere ogni coſa, e mettere ſu'l Monte di Pietà di Firenze, ò in altro luogo ſicuro, nel medeſimo modo, che ſi farà quello del l'Olio, come qui ſotto dice.*

SECVNDO. Reliquit, & legauit. *Che tutto l'Olio, quale di preſente ſi troua d. Teſtatore, intende, e vuole, che ſi venda, & il ritratto ſi metta ſu'l Monte di Pietà di Firenze à frutto, ò vero in altro luogo ſicuro.*

TERTIO. Vxorem, ſocrum, & vxoris ſororem ſcripſit Hæredes. *In tutti li altri ſua beni, mobili, & immobili, preſenti, e futuri; come Caſe, Poderi, Oliueti, Cenſi, Olio; e crediti di qualsiuoglia ſorte, ò di altro, che d. Teſtatore poteſſi teſtare.*

Con

Con queſto patto, e conditione, e dichiarazione, che, dopo la morte di tutte loro, dell'Entrate de beni ſtabili, quali di preſente detto Teſtatore ſi ritroua hauere, e poſſedere, ſe ne debino Maritare tante Fáciulle honeſte, nate di buon Padre, e Madre, e di legitimo Matrimonio, le quali siéno di Pietra Santa, ò ſuo Capitanato, con darli di Dote ſcudi cinquanta à ciaſcheduna.

EX HVIVSMODI diſpoſitionum ſerie, ſicuti nõ negatur, quin poſt mortem dictarum Mulierum inſtitutarum, purificatum quidem fuerit legatum,
56 ſeu fideicommiſſum particulare, *dell'entrate de Beni ſtabili;* Comittendo interim aliam quæſtionem, An illud etiã proprietatem bonorum, ex quibus introitus legati percipiantur, tacitè contineat, vel minus, vt explicat. Soccin. Iun. *conſ. 60. num. 34. & ſeq. lib. 4. & refert* Mantic. *de coniect. lib 9 tit. 2. n. 3.* Itá conſtanter proponitur, in tali fideicommiſſo non venire fructus pretij, quod ex deſtinatione Teſtatoris erat de Mercibus, & Oleo extrahendũ, & collocandum *ſu'l Monte di Pietà à frutto, ò vero in altro luogo ſicuro,*

PRIMO SCILICET QVIA, licet concederetur in iure, loca dicti Montis Pietatis inter ſtabilia connumerari, vt prætenditur ex traditis *per* Buratt. *deciſ.* 474. *num. 1. & Rot. deciſ. 177. num. 38. par. 5. recent. cum ſimilibus.* Adhuc tamen non verificatur in facto, Teſtatorem ad eademmet loca Montis præciſe deſtinaſſe dictum pretium ex mercibus, & oleo retrahendum, ſed verius in electione, & facultate ipſarum hæredum reliquiſſe, vt illud alternatiue collocarent ad fructum, vel in dicto Monte, vel in alio loco ſimiliter ſecuro, vt ſuprà; Sicque ex ipſius mente non coorctabantur Hæredes, prætium prædictum in eiuſmodi locis ſtabilibus abſolutè implicare, ſed æque benè (alteram diſpoſitionis alternatiuæ partẽ amplectendo) poterant, vel mutuare ſecuræ alicui menſæ Bancariæ ad Cambium; vel ex eo acquirere totidem loca antiquiſſimi Montis Graticularum, vel alia etiam comparare iura æqualiter fructifera, quæ è contra ſtabilium appellatione non continentur, ad Mantic. *de coniect. lib 9. tit. 2. num. 1.* Bertaz. *clauſ. 27. Gloſ. 6. num. 2. Rot. deciſ. 83. num. 16. par. 6. recent.* Et ſignanter de dictis locis Montis Graticularum, quod inter ſtabilia non connumerari, probat
58 prouiſio obtenta ſub die 19. Februarij 1520. & Rota noſtra de anno 1563. lib. mot. 24. à 489. & de anno 1585. lib. 61. à 88.

Cum ergo deſtinatio Teſtatoris non tendat (vt ſupponitur ex aduerſo) ad finem, quod neceſſario emantur loca ſtabilia, ſed verius, quod pretium, vt ſupra retrahendum licitos fructus pariat, quocumq; in loco, ſiue in ſtabilibus, ſiue in nõ ſtabilibus, Hæredes collocare maluerint; nõ intrat ideo argumẽtatio Dominorũ Aduerſariorum, qui nõ niſi ex prẽſuppoſita, certa, & præciſa deſtinatione ademptionẽ locorũ Montis Pietatis, inferunt, quod prætium ſupradictum, adinſtar eorumdem locorum, debeat inter ſtabilia computari.
59 Vbicunque enim deficit præſuppoſitũ, applicari non poteſt diſpoſitio præſupponens, *ad l. Mancipia S.C. de ſeru. fugit* Buratt. *deciſ. 52. num. 4. cum vulgatis;* Et vbi non alia apparet Pecuniç deſtinatio, quam, vt ſimpliciter Fænori, ſeu ad fructum detur, in hoc caſu talis pecunia non pro ſtabili, ſed pro re mobili
60 reputatur, vt egregie Pinel. *in l. 1. par. 2. num 45. verſ. quod amplius C. de Bon. Mater; & ſequitur* Menoc. *preſumpt. 138. n. 7. verſ. extenditur ſecundo lib. 4.*

SECVNDO QVIA Auctoritas Tenentium, creditos Montis Pietatis pro ſtabilibus reputari, benè in propoſito limitatur, nam annui redditus, ſeu eadem credita, ad quæ dictum prætium deſtinatum fuiſſe prætenditur, non indiſtinctè, ſed tunc demum inter ſtabilia computantur, quando ſecundum ſubiectam materiam neceſſe eſt, quod vel mobilium, vel immobilium appellatione contineantur, ſecus autem quando, eiuſmodi neceſſitate ceſſante, remanere poſſunt in tertia, & diſtincta ſpecie, quam

quam propriè de ſui natura conſtituũt.
61 Ità notabiliter limitant Bart. *conſ. 50.* Giulius Petri *num. 2. verſ. reſpondeo ad iura lib. 1. & conſ.* 87. Maſtiolus *num. 2. verſ. non obſtant Gloſa. lib. 2.* Bald. *conſ.* 423. Andreas. *ad med. verſ. non obſtant Gloſa. lib. 3.* Angel. 328. Anaſtaſius *per tot.* Oldrad. *conſ. 219. factum tale eſt D. Rex, optimè* Natt. *conſ.* 146. *num.* 13. vbi de comuni teſtatur, *lib.* 1. Gaſpar. Ant. Theſaur. *queſt. Forenſ. lib. 1. queſt. 2. n. 5. Rat. poſt* Duard. *de cenſibus deciſ.* 459. *num.* 13. Quare, cum in caſu noſtro, Teſtator expreſſim vt ſupra, diſtinxerit Tres ſuorum bonorum ſpecies, vnã de Mobilibus, alteram de Immobilibus & Tertiam de creditis, ibi, *crediti di qualſiuoglia ſorte, &c.* congrue dicta loca, ſeu credita montium, in hac Tertia ſpecie remanere poſſunt, & verè nulla ſubeſt neceſſitas, quod alicui extremorum præcedentium applicari debeant, vt in puncto ità ratiocinantur Bart. Natt. *& alij in locis precitatis.*

TERTIO PRINCIPALITER, quia & ſi dictum pretium ex mercibus, & oleo retrahendum, fuiſſet præciſè deſtinatum ad emptionem locorum verè ſtabilium, Comunis tamen, & magis recepta opinio eſt pro hac parte, quod
62 ſcilicet pecunia quantum vis deſtinata ad illorum emptionem, adhuc computari debeat inter mobilia, pro vt ita de comuni teſtantur Iaſ. *in l. cetera* 43. *§. ſed ſi parauerit num. 21. & 22. ff. de leg. 1.* Pup. *in l. 1. §. fuit quaſitum ff. ad Trebell.* Soccin. Iun. *conſ.* 120. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. Riminald. *conſ.* 56. *nu.* 81. *lib.* 1. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 72. verſ. contrarium lib. 1. plenè* Boer. *deciſ.* 209. *num. 1. & ſequent.* Petr. Peck. *de teſtam. coniug. lib. 5. cap.* 15. *numer.* 4. Redoan. *de reb. Eccleſ. non alien. queſt.* 16. *num.* 12. Mantic. *de coniect. lib. 9. tit. 2. numer. 2. verſ. nec pecuniæ, & tit. 3. nu. 2. verſ. amplius duo* Menoch. *dicta preſumpt.* 138. *num. 3. lib.* 4. Gabr. *concluſ. 12. n. 20. in fin. de Preſumpt.* Craſſ. *in §. legatum. queſt. 19. num. 8. verſ. ſed contrarıam.* Simonell. *de Decret. lib. 3. tit. 8. in ſpecl.* 16. *num.* 23. *verſ. receptior, tamen, & magis communis eſt opinio.*

QVARTO QVIA, cum hic Teſtator non legauerit ſimpliciter, & in abſtracto bona ſtabilia, ſed verius, *l'Entrate de Beni ſtabili*, & in hoc particulariter, iuxta comunem, & vulgarē loquendi vſum, infertur, quod legatum ſit verè reſtrictũ ad ſolos introitus bonorum ſoli, nec fructus locorum Mõtis comprehendat; quantum vis hęc loca ſimpliciter alias loquendo pro ſtabilibus haberentur, Pro vt argumentum, & illationem huiuſmodi adeo Luculēter, & ingenioſe deduxit Excellentiſſimus D. Federighius, vt ac illius ſcripta in hac parte ſit remiſiſſe ſatis.

QVINTO DENIQVE, quia circũſcriptis præcedentibus fundamentis, & etiam conceſſo, quod pretium ex oleo retrahendum, vere eſſet inter ſtabilia reputandum, Adhuc tamen in hoc legato non continetur, nam, cum tale pretium, inſpecto tempore facti Teſtamenti, non eſſet Præſens, ſed futurum, de illo non verificatur qualitas Præſentaneitatis à Teſtatore expreſſe appoſitę, ibi, *de Beni ſtabili quali di preſente ſi ritroua.*

Siquidem negari non poteſt, quin ipſe, Hæredes vniuerſales inſtituendo, bona ſua dixtinxerit, in preſentia, &
63 futura; pro vt ibi, *in tutti gl'altri ſuoi beni, &c. preſenti, e futuri*; Minuſque quin ſub ſpecie bonorum præſentium, expreſſim comprehēderit dictum oleum; de quo ſtatim meminit, ibi, *come Caſe, Poderi, Oliueti, Cenſi, Olio.* Iuncta maximè diſpoſitione Capituli præcedentis, ibi, *Che tutto l'Olio, quale di preſente ſi ritroua detto Teſtatore*, ex quo teſtamenti vna pars, aliam declarat, ad tradita *per* Mantic. *de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 1. & pluribus ſeq.* Surd. *conſ.* 455. *num.* 10. *&* Buratt. *deciſ* 705 *num. 1. & deciſ.* 899. *num.* 11. Vnde per neceſſe idem Teſtator, ſicuti Oleum pro re præſenti habuit, ità eius Pretium pro re futura habere voluit, pro vt itidem voluerat, dum in precedenti Capitulo, poſt eius mortem, & ſic de futuro, illud ex olei venditione retrahi mandauit, vt ſupra.

vt ſupra. Impoſſibile enim eſt intelligere, quod æquè ibi, tam oleum, quam eius pretium pro verè præſentibus habuerit; nam quæ inter ſe contraria sũt, non poſſunt de eodem tempore intelligi poſita *ad* Euerard. *in loco* 19. *A contrarijs*, *num.* 10. Surd. *conſ.* 435. *numer.* 15. Mantic. *de coniectur. lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 10. *Rot. deciſ.* 218. *num.* 5. *par.* 5. *recent.*

Dũ ergo Teſtator hic ſub ſpecie præſentium poſuit oleum, & ſub ſpecie futurorum poſuit eius prętium, Ideo ab omni ratione alienus eſt Intellectus ex aduerſo datus, quod ſucceſſiuè in eadẽ oratione, licet ab vnico verbo ſubſtantiuo recta, diſponendo vt ſupra de ſtabilibus præſentibus, intellexerit etiam de dicto prætio, quod in præcedenti ſua diſtinctione poſuerat interfutura.

Nam diſtinguentis ea ſemper eſt natura, vt vnum membrum diuidens non contineatur in alio, iuxta vulgata, & ea ſumenda eſt interpretatio, ne Teſtator
64 videatur ſtatim ſe correxiſſe *ad* Menoch. *prœſumpt.* 165. *num.* 4. *lib.* 4. & *præſumpt.* 37. *num.* 9. *lib.* 7. Fuſar. *conſ.* 25. *num.* 29. Buratt. *deciſ.* 168. *num.* 3. *cum ſimilibus*.

Non obſtat, ſi dicatur, quod, licet dictum prætium olei de tẽpore facti Teſtamenti non eſſet propriè, & realiter præſens, ex vi tamen præcedentis deſtinationis poterat vſque tunc vti præſens reputari. Quia, quando legatum legitur, vt hic, reſtrictum ad bona de preſenti exiſtentia, Pecunia verè non exiſtens, quantumuis fuiſſet à Teſtato-
65 re deſtinata, non comprehenditur, *vt in puncto poſt* Pinell. *tradit* Menoch. *dicta prœſumpt.* 138. *num.* 11. *verſ. quintus eſt caſus. lib.* 4.

Itemque non obſtat obiectum, quod ſaltem ex Priuilegijs, & fauore Piæ cauſæ ſumi debeat ea interpretatio, quod prętium ſupra dictum, vtcumque verè futurum, adhuc inter præſentia recenſeatur. In primis, quia eiuſmodi interpretationi manifeſte repugnãt, & mẽs, & verba Teſtatoris, quia, dum Bona ſua expreſsè vt ſupra diſtinxit in præſentia, & futura, impoſſibile nũc redditur, vt quod ipſe ſub ſpecie futurorum poſuit, ad ſpem oppoſitam Præſentium reducatur; Fauor enim Dotis aut cuiuſuis Pię cauſæ nunquam tantum operatur, vt voluntas teſtatoris violari, & ſubuerti debeat, vt punctualiter ità de-
66 clarat Mantic. *de coniect. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 11. & *lib.* 6. *tit.* 3. *num.* 36. *verſ.* 3. *ità debet intelligi*, & *ſeque vtili*. Et Secundo quia conſtanter negamus, iſtud Legatum vti ſimpliciter cõceptum pro Maritandis Honeſtis Puellis, dici poſſe Pium; etenim Pium non eſt ex qualitate cauſæ, quam Teſtator nullibi expreſſit, potuiſſet tamen de facili exprimere ſi voluiſſet; pro vt de facto in alijs legatis Pijs expreſſerat, & ſignanter in tertio, vbi certum granum quot annis diſtribui mandauit, *Per l'anima ſua*. Quã autem cauſam potens non expreſſit, cẽſetur potius comprehendere noluiſſe *ad l. vnic. §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollend. cum concordant.* Non etiam eſt Pium ex qualitate Perſonarũ, quibus factum eſt, nam cum illud appareat eſſe ſimpliciter, & in genere factũ Honeſtis Puellis, abſque vllo reſpectu, vel ſpecificatione ipſarum Paupertatis, intrat ideo notiſsima concluſio, quod legatum Dotis non intelligitur ad Piã cauſam relictum eſſe, niſi Pauperibus relictum fuerit, vt plæne per Tiraquell.
67 *de priuileg. Pia cauſ. in Prefat. numer.* 23. *verſ. Ideo*, & *ea diſtintio*. Mantic. *de coniect. d. lib* 6. *tit.* 3. *num.* 26. *verſ. quod autem legatum*. Craſſ. *in §. teſtamentum quaſt.* 17. *nu.* 1. Surd. *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 1. *num.* 3. & *deciſ.* 86. *numer.* 12. Fontanell. *de pact. nup. clauſ* 4. *gloſ.* 21. *p.* 2. *num.* 16. & *clauſul.* 6. *gloſ.* 3. *p.* 6. *num.* 41. *ad fin.* Gratian. *diſceptat. cap.* 881. *numer.* 12. Sanchez. *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 4. *nu.* 9. Menoch. *preſumpt.* 115. *num.* 16. *lib.* 4. Mouet. *de commut. vlt. volunt. cap.* 4. *quaſt.* 2. *num.* 43. *cũ alijs*. Quod autem in propoſito dictũ legatũ verè Pauperibus relictum non fuerit, ſatis oſtendit obſeruantia ſubſequta, quam executores Teſtamentarij, huiuſmodi Dotes non niſi diuitibus diſtribuendo induxerunt, pro vt de iure inducere

inducere poterant; *ad Rot. deciſ. 365. num. 2. p. 5. & deciſ. 35. num. 21. p. 6. recent.* Obſeruantia enim in omni materia eſt vera interpres, & magiſtra, & omnem remouet dubitationem, vt per *Rot. deciſ. 362. num. 12. & deciſ. 560. n. 11. ead. par. 5. recent.* Et in ſpecie legati. Buratt. *deciſ. 432. num. 8.*

Ex quibus, &c. Saluo, &c.

Iacobus Tolomeus.

ADSIT DEVS, ET B. VIRGO.

PERILLVSTR. ET ECCELLENTISS. DOMINI.

OPus magnum aggredi ſcio ſuper celebri, ac difficillima quęſtione ſcribere; Vtrum appellatione immobilium bonorum, ſeu ſtabilium contineantur Cenſus, iuxta tenorem Bullæ Pij V. Sanctæ, & æternæ memoriæ creatos; Et forte temeritatis notam minime euadam, dum calamũ meum in hac quæſtione, & cauſa adhibeo, poſtquam ab vtraq; parte eximij, & maximi noſtræ tempeſtatis nominis Iuris Conſulti reſponſa dedere, editis ſingulis, quibuſq; ſolidis fundamentis, ne dum ex eorum refertiſſimo promptuario aſſertionum, & traditionum Doctorum omniũ, qui de hac re ſcripſerunt excerptis, verum etiam in contingenti caſu ex verbis teſtamenti, de quo agitur, & ex facti circumſtantijs vi præcellentis, eorum ingenij ſubtiliter, de more excogitatis.

Sed nihilominus inſtantis enixè cliẽtis repetitis poſtulationibus ſatisfacere decreui, & hac ſola pacatus animus quieſcit cogitatione, vt cum ex dictis hucuſq; quicquam repetere in ſcribendo nolim, ſi noua addendo leuia quidẽ alicui videbuntur, ſcit quiſque, quod poſt diligentiſſimam oculatiſſimorum meſſorum peragrationem, non niſi vanas ariſtulas, ille qui poſt eorum terga venit, co..gere valet.

Dum igitur Teſtator noſter fratre, fratriſq; filijs exhæredibus factis, & tribus hæredibus, ſocru, vxore, & vxoris ſorore inſtitutis, voluit, & diſpoſuit, ut poſt earundem omnium mulierum inſtitutarum mortem; *dell'entrate de' beni ſtabili, quali di preſente detto Teſtatore ſi troua auere, e poſſedere, ſe ne denino maritare tante fanciulle oneſte, nate di buen padre, e madre, e di legittimo matrimonio, le quali ſtano di Pietra Santa, e ſue Capitanato, con dargli di dote à ciaſcuna ſcudi 50.*

Cenſeo nullatenus intra limites memoratæ diſpoſitionis contineri, nec cõprehendi introitus, ſeu reditus Cenſuum in hęreditate teſtatoris remanſorum.

Pono in primis cuiuslibet diſpoſitionis intellectum, ſeu interpetrationem ſumi minime debere, conſiderata vna tantum parte eiuſdem diſpoſitionis, acceptiſq; ſolummodo aliquibus verbis, diſiunctim, & ſeparatim ab alijs ea expendendo, ſed toto ſimul diſpoſitionis tenore perpenſo, omnibuſq; illius verbis, & clauſulis ſimul ponderatis. *Ad* 68
text. in l. in ciuile ff. de leg. cum vulg. & alijs apud Surd. *deciſ. 202. num. 16. poſt* Mantic. *de interpr. vltim volunt. lib. 6. tit. 14. num. 1. cum ſeqq.* qui in terminis noſtris de interpetrandis ſupremis hominum diſpoſitionibus loquitur, prout & loquitur idem Surd. *conſ. 565. num. 5. & conſ. 574. numer. 41.*

Et hoc poſito deduco non eſſe pręſentis inſpectionis in caſu, & ad effectum, de quo agitur diſputare, an appellatione ſtabilium comprehendantur, & veniant Cenſus; ita ſimpliciter, & in abſtracto ſtabilium denominatione ſumpta, quia teſtator non ſimpliciter legat, ſeu à mulieribus inſtitutis hæredibus tempore earum mortis bona ſtabilia reſtitui mandat ad fauorem puellarum, ſed immò magis verba diſpoſitionis ſuę dirigit ad introitus, ſeu reditus bonorum ſtabilium implicandos poſt mortem earundem hęredum in dotatione puellarum honeſtarum; vnde in caſu

 noſtro,

noſtro, verius eſt, vt inſpici debeat, & expendi, an ſub introitum, vel redituũ bonorum ſtabilium denominatione, comprehendantur introitus, ſeu reditus Cenſuum.

Pono ſecundò, verba, & tenorem cuiuſcunque diſpoſitionis teſtamentariæ, vel ex cauſa vltimæ voluntatis factæ, maxime ab imperito teſtatore conditæ, & vulgari ſermone pronunciatæ intelligi debere, & accipi, iuxta vulgarem, & communem loquendi modum, &
69 vſum, vt latè per Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 18. num. 1. cum ſeq.* & poſt eum Surd. *conſ. 319. num. 7.* poſthabita quacunque alia legali, & etiam propria ſignificatione verborũ.

Pono tertiò communem, & vulgarẽ vſum loquendi, qui publicus, & notorius eſt nullam egere probatione, ad effectum eiuſmodi, vt iuxta illum diſpoſitionum quarumlibet interpetrationes
70 ſint ſumendæ. Seraph. *deciſ. 730. numer. 6.* Dec. *conſ. 283. nu. 10. & conſ. 540. numer. 12.* Curt. Sen. *conſ. 73. nu. 24. verſ. vltra premiſſa, &c. paulo poſt princip. ibi. Tamen en quo iſte, &c.* quod & in caſu ſuo, tanquam indubitatum ſupponit Surd. *d. conſ. 319. num. 7.*

Pono quartò, quod ad eundem effectum publicus, & notorius dicitur communis, & vulgaris loquendi vſus, quãdo verba aliqua vulgariter prolata eodem in ſenſu, & ſignificatu, abſq; controuerſia ab omnibus accipiũtur, prout hoc pacto, quod vulgaris et communis vſus loquendi publicus, et notorius ſit ad effectum, vt abſq; alia eiuſdem vſus probatione attendi debeat in interpetrandis diſpoſitionibus, et in iudicando, intelligunt, et firmant ſupracitati Doctores omnes, ſicuti apud eos videre eſt.

Pono quintò, omnibus indifferenter perſpicuum, et notum eſſe, quod vbicumque ſermo incidit de aliqua perſona, vel de alicuius perſonæ patrimonio, in quo adſint, vel quę habeat, et poſſideat plures introitus, ſeu reditus plurium rerum, et bonorum, vulgaris, et communis loquendi vſus eſt dicere, et intelligere per ſpecies diſtinctas, et ſeparatas introituum, ſeu redditicuum, Tot de introitu puta locorum montium, tot de introitu ſtabilium, tot de introitu Cenſuum, et ſimilium; ita vt vbicũque reſpectù alicuius perſonæ, ſeu alicuius perſonæ patrimonij, in quo ſint, vel à qua habeantur, et poſſideantur plures introitus, ſeu reditus plurium rerum, bonorum, ſeu effectum, proferuntur vulgaria illa verba. *Entrate de beni ſtabili*, procul dubio nemo intelligit, niſi de introitibus, ſeu reditibus, qui ex rebus corporalibus ſoli, prædijs, et fundis percipiuntur, non etiam de alijs introitibus, ſeu reditibus aliarum rerum, nempè his, qui ex Cenſibus, locis montium, aut alijs bonis, vel effectibus capiuntur; ſolum enim, et duntaxat quorumcumque bonorum introitus, ſeu reditus comprehendimus, iuxta vulgarem, et communem loquendi vſum, quandò de aliqua perſona, vel de alicuius perſonæ patrimonio, uerba facientes, quod comprehendit, uel quæ habet, et poſſidet uarios, ac diuerſos introitus, ſeu reditus plurium rerum, ſimpliciter, et indefinitè dicimus *Entrate*, abſque alia adiectione rerum, ſeu bonorum, uel ſtabilium, uel Cenſuum, uel locorum montium, aut ſingulorum aliorum, nam tali adiectione facta, uulgaris, et communis loquendi uſus, ut dictum fuit, et cuique notum eſt, ſeparat ſpeciem à ſpecie introituũ, ſeu redditum, et in ſpecie introituum, ſeu redditcuum bonorum ſtabilium cõprehendit tantum, et intelligit res ſoli, prædia, et fundos; Introitus uero, ſeu reditus Cenſuum ad aliam ſpeciem refert, prout et locorum montium, et ſic de ſingulis.

Ex poſtremis autẽ hiſce quatuor poſitis fundamentis, tanquam ab indubitatis, et firmis antecedentibus neceſſariam infero argumentationis cõcluſionem, quod dum teſtator noſter diſpoſuit. *Che doppo la morte di tutte loro*, ſcilicet hæredum inſtitutarum; *Dell'entrate de'beni ſtabili, quali di preſente detto teſtatore ſi troua hauere, e poſſedere, ſe*

ne deuino

ne deuino maritare tante fanciulle, &c. nequaquam intellexerit, neque illuc verba prædicta trhai poſſint, vt comprehendantur ſub appellatione, *Delle Entrate de' beni ſtabili*, introitus, ſeu reditus Cenſuum, quia vulgaris, & cõmunis loquendi vſus eiuſmodi intellectui, & interpretationi repugnat, vt ſatis omnibus perſpicuum eſt.

Confirmo primò, quia ſi teſtator, aliàs intelligere voluiſſet legare puellis maritandis introitus, ſeu reditus Cenſuũ, & locorum montium, vt modò intenditur ex aduerſo, vel ad earum fauorẽ grauare hæredes inſtitutos ſuper introitibus, aut redditibus prædictis, fruſtra teſtator adieciſſet illud verbũ, *ſtabili*, ſatis enim fuiſſet dicere, *Dell'En-*
71 *trate de' beni*, non eſt tamen dicendum Teſtatorem verba vana, & fruſtratoria adiecisse, vt poſt Crauett. Mantic. & Simon de Pretis allegatos bene ad rẽ argumentatur Surd. *d. concl.* 319. *num.* 8. Vnde ex huiuſmodi adiectione, neceſſariò intelligere, & dicere debemus teſtatorẽ diſtinguere voluiſſe inter ſpeciem, & ſpeciem ſuorum introituum, ſeu redituum, iuxta id, quod communiter intelligitur pro vna ſpecie introitus, vel reditus, ille qui ex bonis ſtabilibus, rebus nempe ſoli, prædijs, & fundis capitur, & pro alia ſpecie, ille, qui ex Cenſibus percipitur, & pro alia ille, qui à locis montium obuenit.

Nec dicatur illud verbum *ſtabili*, minimè ſuperabundare, quamuis ex mẽte teſtatoris illum trahere quiſpiã velit, vt vltra introitus, ſeu reditus bonorum ſtabilium, hoc eſt rerum ſoli, prædiorum, & fundorũ, comprehendat quoque introitus, ſeu reditus Cenſuum, & locorum montium, nam fuerit illud addere neceſſarium ad excludendas alias introituum ſpecies, quæ ex alijs teſtatoris rebus, & effectibus, præter bonis ſtabilibus, Cenſibus, & locis montium, percipiebantur.

Etenim qui dicit Teſtatorem noſtrũ plures, ac diuerſas ſpecies introituum, ſeu redituum vltra introitus, ſeu reditus bonorum ſtabilium, Cenſuum, vel locorum montium habuiſſe, probare debet, quia conſiſtit hoc in facto, & quæ facti ſunt non præſumuntur, ſed concludenti probatione oſtendi debẽt, in proceſſu autem pars aduerſa minimè probauit teſtatorẽ alias ſpecies introituum, ſeu redituum habuiſſe, & poſſediſſe, vltra introitus, ſeu reditus ſtabilium bonorum, Cenſuum, & locorum montium.

Secundò confirmo, quia ſi non apparet teſtatorem habuiſſe, & poſſediſſe alias ſpecies introituum, ſeu redituum, præter, & vltra introitus, vel reditus ſtabilium, Cenſuum, & locorum mõtium, iam conſtat, non ſolum quod verba illa, *De' beni ſtabili*, addita à teſtatore ſuperabundarent, & fruſtra ſtarent, ſi teſtator, & ex aduerſo modò contenditur intelligere voluiſſet legare puellis ſtabilium introitus, & reditus, rerum, nempe ſoli prædiorum, & fundorum, ſimul cum introitibus, ſeu reditibus Cenſuum, & locorum montium, ſed etiam apparet eadem verba, *De' beni ſtabili*, conſultò à teſtatore noſtro appoſita fuiſſe gratia reſtringendi antecedens verbum, *Entrate*, ad ſpeciem illam introituum, ſeu redituum, qui ex rebus ſoli, prædijs, & fundis capiuntur. Quare nulla eſt ratio, cur interpretatione dictorum verborũ, quod appellatione bonorum ſtabilium intelligantur quoque, & comprehendantur Cenſus, & loca montium, trahere velimus diſpoſitionem teſtatoris, vt ſub appellatione, & ſpecie, *Dell'Entrate de' beni ſtabili*, intelligere quoque voluerit, & comprehendere ſpeciem introituum, ſeu redituum Cenſuum, & locorum montium, quas ſolas præter, & ultra ſpeciem introituum, ſeu redituum, *De' beni ſtabli*, hoc eſt rerum ſoli, prædiorum, & fundorum habebat, & poſſidebat, tali enim pacto interpetrando diſpoſitionẽ teſtatoris, ea uerba, quæ teſtator appoſuit ad inducendam reſtrictionem, & limitationem, efficeremus, quod augumentum, & ampliationem inducerent, & quod appoſita ad vnum finem, omninò diuerſum,

ſum, & contrarium effectum operarētur aduerſus Iuris principia.

Ex quibus, & alijs per Excellentiſſ. Dom. Coaduocatos deductis ita indubitanter in hoc caſu Iuris eſſe credo, & ſi Iudex eſſem intrepidè iudicarem, ſub cenſura tamen, &c. Et ad laudem Dei, & B. Virginis.

Addictiſſ. & Obſequent.ſſ.

Iacobus Federighus Aduoc.
ex Colleg.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XVI.

Mercator debitor ſocietatis, quando poſſit ſoluere ſolidum debitum, vni ex socijs, & quid ſtante obitu, alterius ex ſocijs, & credito cantante in facie ſocij mortui, an recte ſoluant ſolidum creditum eius hæredi.

SVMAMRIVM.

1 *INterpretatio facti, fallit etiam prudentiſſimos Iudices.*

2 *Sententia lata ex falſa cauſa, eſt nulla. num.31.*

3 *Motiuum eſt pars ſententia.*

4 *Confeſſio de Communione, facta in Teſtamento, vel in Codicillis probat Communionem. num. 5.*

6 *Societas inter fratres facile preſumitur.*

7 *Sola etiā confeſſio extraiudicialis vnius ex fratribus ſufficit ad probandam Communionem.*

8 *Sententia diuiſoria inter partes ex neceſſitate includit precedentem Communionem.*

9 *Quilibet ſocius in quacunq; parte, habet partem.*

10 *Socius diſtrahens rem communem, non transfert dominium, niſi pro rata ipſius.*

11 *Creditor vnius ex ſocijs non compenſat ſuum creditum erga ſocietatem, niſi pro rata ſocij debitoris.*

12 *Solutio, quando poſſit fieri pro ſolido vni ex ſocijs, itaut ſoluens liberetur, num.20. & ſequen.*

13 *Per mortem ſocij ſoluitur ſocietas.*

14 *Soluta ſocietate ſocius non poteſt exigere, niſi ratam.*

17 *Socius agit contra debitores ſociales, & conuenitur.*

18 *Legatarius recipit legatum de manu heredis.*

19 *Vbi Statutum diſponit legatum deberi adita vel non adita hereditate, legatum poteſt accipi propria auctoritate, vt contingit Florentię.*

22 *Soluens non verò Domino, non liberatur, num.35.*

24 *Mentio Teſtamenti probat ſcientiam ipſius.*

26 *Relatum eſt in referente.*

29 *Referens nihil probat relato non exhibito, & ab eo interpretatur; oppones generalia contra tollit fidem ſcripturis informibus.*

32 *Sententia lata partim ex falſa cauſa, eſt nihilominus nulla in totum.*

37 *Soluens legitimo Procuratori liberatur, niſi Procurator exceſſerit fines mandati.*

39 *Vnus quando ſubſtineat vices plurium.*

41 *Confeſſio, & contractus, & alię diſpoſitiones, quando preſumantur geminatę quantitatis, dum concurrit identitas tituli, ſumma, ſed non temporis, num.42. & ſequen. & num.47.*

44 *Diuerſitas perſonę reputatur, dum contrahitur hereditario nomine, & ſequen.*

50 *Diuiſio ſeparat, portionem vnius cuiuſq. perindè acſi interceſſiſſet contractus alienationis.*

51 *Verbum noſtrum, non refertur, niſi ad portionem aſſignatam in diuiſione, & ſequen.*

54 *Mandatum etiam per Epiſtolam fieri poteſt. Vide infra num.61.*

57 *Veriſimilitudo attenditur ad interpre-*

tandam

Digitized by Google

tandam quancunq. diſpoſitionem.

58 *Mandatum attenditur in verbis diſpoſitiuis num.63.*

60 *Verba ad procurandam exactionem non ſufficiunt pro mandato ad exigendum.*

62 *Mandatum ad exigendum, non probatur per Teſtes.*

65 *Termini ſuppoſiti, declarant diſpoſitionem, & ab ipſis legem accipiunt.*

66 *Verba in contractibus non interpratantur, vt ſint ſuperflua.*

65 *Mentio mandati, quando ſit facienda, vt Procuratorio nomine, contractum dicatur, & ſequen.*

69 *Interpretari non poteſt, actum fuiſſe Procuratorio nomine, niſi probetur ſcientia mandati, ex parte verſuſq. contrahentis.*

70 *Procurator conuertens exactas pecunias in proprium vſum, frutum committit.*

73 *Verba indiſinita in compromiſſis, non equipollent vniuerſalibus, & ſequen.*

57 *Laſio, quando dolo equiparetur, numer.90.*

77 *Leſia enormiſſima, intrat etiam intranſactionibus.*

77 *Creditum liquidum, & clarum non admittit compromiſſum.*

78 *Mercator accipiens, ſeù acceptans litteras, quando reddatur obnoxius, num.79. & ſequen.*

82 *Poſt acceptationem literarum, etiam ſi decoxerit mercator, non poteſt renuere ſolutionem, & multo minus creditum de eius ordine ſcriptum ad fauorem alterius, licet poſteà decoxerit mandator debitor ipſius.*

85 *Ratificatio qua ex facto deducitur, non concludit vltra id, quod ex neceſſitate infertur.*

86 *Scientia, qua requiratur, ad concludendam ratificationem.*

8; *Impugnans non ratificat.*

8, *Notoria iniuſtitia reddit ſententiam nullam, num.90.*

Raguſina ſeu Florentina nullitatis Sententiæ, & reſolutionis Motiuarum rationum.

G R A D I

Franceſco

Gondola — Steſano — Biagio — Giorgio

Girolamo Maria — Biagio — Fräceſco — Marino

Biagio — Steſano

C A P P O N I

Luigi

Franceſco — Nicolò

Pietro — Filippo — S. Cardinale Filippo — Luigi

Scipione — Franceſco

P R O

D. BLASIO GONDOLA

C O N T R A

D. MARCHION. SCIPIONEM CAPPPNIVM.

Per Illuſt. ac Excellentiſſ. Domine.

14. Iunij 1588. EX literis ab Vrbe Veneta ſcriptis per hętedes olim D. Aloyſi de Capponis conſtat dictos hæredes habere pęnes ſe ſummã ſcut.10642.14. ad cambium D. Blaſij Franciſci de Gradis Raguſij, vt in proceſſu à 39.

1589 Prædictus D. Blaſius vnà cum Stephano eius fratre, nec non Franciſco, & Mari-

& Marino ex Georgio altero fratre nepotibus per priuatam ſcripturā declarauerunt totum mobile vbique exiſtens, & penes qualcunque perſonas eſſe pro æquali portione inter ipſos cōmunem, & quemlibet eorum pro tertia parte de eo participare, vt in proceſſu à 26. f.2.

1590 Idem D. Blaſius, in ſuo teſtamento dixit, *che tutto l'hauere di loro fratelli, e nipoti* eſſe inter ipſos commune, & pro indiuiſo iuxta ſcripturam ſupradictam, quam ad maiorem cautelā regiſtrauit penes ipsū teſtamentū, ut à 23. *verſ. mi è parſo*. Et à 26.f.2.& in eodē teſtamēto ſibi hęredes inſtituit dictos Frāciſcū, & Marinū eius nepotes, vt à 24.

1592 Qui Franciſcus, & Marinus mortuo iam dicto Blaſio teſtatore vocauerunt penes conſilium Rogatorum Raguſij D.Stephanum eorum patruum, & ibi fuit lata ſententia, per quam fuit declaratum de omnibus bonis eorum tā ſtabilibus, quam mobilibus ſub quouis nomine, vbi cunque, & penes quaſcūque perſonas exiſtentibus participare pro duabus tertijs partibus dictos actores, & pro alia tertia parte dictum Stephanum, vt ex dicta ſententia in proc. à 72.

Ex omnibus his actis clare igitur conſtat dictum D. Stephanum participare pro tertia parte de ſupradicta pecunia D. Blaſij eius fratris, quam vt ſupra habent ad cambiū hæredes dicti D.Aloyſi de Capponis; ſucceſſiue ijdem de Capponis remanſerunt.

Quibus ſic ſtantibus D. Blaſius Gondola Actor hæres, & ſucceſſor mediatus Blaſii filii dicti Stephani egit pro conſecutione dicti crediti ad duodecimam partem dictæ tertię partis vna cū cambiis ab anno 1588. decurſis contra dictum D. Marchionem Scipionem Capponium hæredē mediatum pro ſua parte olim D. Aloyſi de Capponis debitoris dictarum pecuniarum, & duas ſententias ſibi contrarias reportauit, quarum vtraque notoria iniuſtitia laborat, vt ex infraſcriptis oſtendetur.

Et quia de credito dicti D. Actoris nō controuertitur, ſed tantum ſolutio, & ſatisfactio eiuſdem crediti per partem aduerſam allegatur, vt ex motiuis dictarum ſententiarum colligitur; rationes, & fundamenta pro dicta ſolutione, & ſatisfactione ab aduerſario adducta non ſubſiſtere demonſtrabitur.

Solutio namque allegata per dictam partem aduerſam fundatur in ſequentibus actis videlicet.

1612 De anno 1612, DD. Franciſcus, & Marinus fecerunt apocam priuatam cum Blaſio Stephani, in qua declarant, & confitentur dictum Blaſium participare de tertia parte eorū credit. exiſt. in manibus hęredum D.Aloyſi de Capponibus, & poſtea ſequitur, *& all'incontro ſi contenta il detto Sig. Biagio, che detto Sig. Marino ſi trasferiſca in Italia à procurare di conſeguire la ſua terza parte del ſopradetto credito, e non ſolo per via di lite, ma anco per via di compromeſſo, e accordarſi per quella ſomma, che potrà, e à lui parerà come ſarebbe per la portione ſua, e di ſuo fratello; In oltre detto Sig. Biagio promette per le ſpeſe al predetto Marino ſcudi* 100 *e ſe queſti non baſtano, altri ſcudi* 100. vt latius in dicta apoca, cum proteſtatione expreſſa de non ſibi præiudicando quoad ſententias, & alias ſcripturas.

1613 Prędictus Marinus in Ciuitate Florentiæ fecit compromiſſum vnà cum D. Petro Capponio patre dicti rei cōuenti in D. Antonium de Tempis de omnibus eorum differentiis cauſa, & occaſione dumtaxat vnius partitæ ſcut. decem millium ſeptingētorum triginta octo duc. monetæ Venetiarū, eiuſq; cambiorum, & intereſſium, vt latius in eodem compromiſſo à 68.

1613 Eadem die quo factum fuit ſupradictum compromiſſum fuit etiam latū laudum à d. de Tempis Arbitro electo, cuius rigore dictus Marinus cauſa, & occaſione prædicta fuit declaratus creditor de sūma ſcut. pro toto credita prædicto, & dictam ſummam recepit à d.D.Petro Capponio prout, etc.

Sed non obſtat dicta allegata ſolutio illi tertiæ partis, quam petit dictus D. Actor

Actor, quia illam non comprehendit, & quia etiam non eſſet facta legitimæ perſonæ, nec ſoluentem liberaret.

Et primo quia apoca conuentionis, vt ſupra facta de anno 1612. inter DD. Marinum, & Franciſcum, & inter D. Blaſium Stephani declarat dictum D. Blaſium creditorẽ pro tertia parte credito ſpectante dd. Franciſco, e Marino ibi *del noſtro credito*, & ſic non comprehendit illam tertiam partem, quam per prius, & ante apocam prædictam declaratum fuit ſpectare, & pertinere ad Stephanum patrem dicti Blaſii per ſcripturam factam de anno 1589. à dicto Blaſio ſeniori principali creditore, cũ dicto Stephano eius fratre, & cũ Marino, & Franciſco eius nepotibus, nec non per teſtamentum eiuſdem Blaſij, in quo fuit inſerta ſcriptura prædicta, ac etiam per dictam ſententiam latam Raguſii de anno 1592. inter dictos Franciſcum, & Marinum, & dictum Stephanum eorum patruũ, ideoque apoca del 1612. diſponit de duabus tertiis partibus ſpectantibus dd. Franciſco, & Marino, & nec aliter declarat de tertia parte totius crediti, quia ex iuribus ſupradictis iam clarum erat illam pertinere ad dictum Stephanum, & tunc ad Blaſium eius filium, nec maiori egebat declaratione, & ſic prætenſum mãdatum procuræ eidem Marino factum in dicta apoca per dictum Blaſium non comprehendit niſi tertiam partem del credito ſpectante dd. Franciſco, & Marino.

Et tanto magis huiuſmodi veritas apparet ex predicto compromiſſo in quo dictus Marinus compromittit nomine proprio, & tanquam procurator d. Franciſci ſui fratris pro medietate hæredis Blaſii ſenioris, & non tanquã procurator dicti Blaſii iunioris de quo nunquam mentionem facit, nec compromiſit ſuper toto credito, ſed ſolum, & dumtaxat occaſione vnius partitæ, &c. & ſic ſolum de illa parte, ſeu partibus ad dictum compromittentem ſpectantibus, vt in dicto compromiſſo à 68. 69.

Imò apparet etiam quod dictum mãdatum non fuit adhibitum, nec adhiberi poterat poſitum non ſolum ex parte dicti Marini; ſed etiam ex parte dicti D. Petri Capponi ſoluentis, vt patet ex quadam eius epiſtola ſcripta D. Hyeronimo Gondolæ patri dicti Actoris, in qua fatetur huiuſmodi negociũ tractatũ cum Marino, totum ad dictum Marinum pertinere, & ſic patet etiam dictum D. Petum egiſſe, cũ dicto Marino nomine proprio, & non tanquam procurator dicti Blaſii iunioris, vt modo pars aduerſa prætendit, quæ epiſtola eſt in proc. à 98.

Idcirco laudum inde ſecutum, & ſolutio, quæ eius vigore dicitur facta per D. Petrum Capponum dicto Marino, vel non comprehendit tertiam partem propriam dicti Stephani, vel quatenus comprehenderet (quod negatur) eſſet male facta, quia de ea non fuit factum compromiſſum, nec dictus Marinus fecit dictum compromiſſum tamquam procurator dicti Blaſii filii dicti Stephani, ſed ſolum nomine proprio, & tanquam hæres Blaſii ſenioris, & tanquam procurator Franciſci ſui fratris pro dimidia hæredis eiuſdem Blaſii.

Nec obſtat actus poſitiui, & quibus pars aduerſa vult inferre quod totum huiuſmodi creditũ ſpectaret ad dictos Marinum, & Franciſcum, & quod dictus Actor, & eius pater ratificauerint geſta per dictum Marinum.

Et primo non obſtat quod ſupremus Magiſtratus de anno 1616. eius ſentẽtia pronuntiauerit ſupradicti crediti ratham debitam à filiis D. Nicolai Capponi totaliter, Marino ſoluendam, & ſic adeſſe rem iudicatam ſuper eodem credito.

Quia prædicta ſententia lata fuit inter prædictos non interuenientibus, nec vocatis dicti D. Actore, nec eius authoribus, & tamquam res inter alios acta ipſi non nocet, nec præiudicat.

Minus obſtat, quod dictus D. Gondola Actor huiuſmodi ſententiam Supremi Magiſtratus approbauerit, dum

eam

eam produxit coram Monte Pietatis contra hæredes dicti D. Nicolai de Capponis, quia ipſe non egit coram dicto Monte, à quo obtinuit ſententiam fauorabilem non in vim dictæ ſententiæ ſupremi Magiſtratus, ſed in vim teſtamenti D. Blaſii ſenioris, in quo, vt ſupra dictum eſt declarauit dictus Blaſius, *che tutto il ſuo hauere, e de gl'altri ſuoi fratelli* eſſe inter ipſos commune, vt videre eſt in dicta ſententia Montis Pietatis à 9. *e ſi vederà dalla ſua domanda, e dall'eccezione della parte auuerſa.*

Vltra quamquod productiones factæ à dicto D. Gondola Actore coram d. Monte Pietatis tam dictæ ſententię ſupremi Magiſtratus, quam aliorum iurium factæ fuerunt in parte, & partibus fauorabilibus tantum, & non alias, etc.

Minus obſtat prætenſa ratificatio hæredis dicti Blaſii iunioris nempè Hieronymi Gondulæ patris dicti Actoris, qui de anno 1617. à Marino petiit in Curia Raguſii, quod partem crediti exacti à D. Petro de Capponis ſibi ſolueret, & de dicto credito exacto rationem redderet, ex quo videatur ratificaſſe factum d. Marini, cum D. Petro Capponio, & ſic approbaſſe ſolutionem ab eo factam d. Marino.

Quia hoc iudicium reſpicit redditionem computorum circa expenſas factas à d. Marino ſuper exactione crediti ad ſe, & Franciſcum eius fratrem pro duabus tertiis partibus ſpectantis, de quo dictus Marinus, et Franciſcus in d. apoca de anno 1612. conſtituerũt creditorem pro tertia parte dicti Blaſium, et nihil commune habet cum illa tertia parte in proprium ſpectante Stephano patri dicti Blaſii virtute teſtamenti dicti Blaſii ſenioris, et aliorũ iurium ſupra narratorum, quam modo petit dictus D. Actor aduerſus dictum D. Aduerſarium adhuc pro ſua ratha debitorem.

Minus obſtat dicere quod cum creditum, de quo agitur totum ſpectet principaliter ad Blaſium ſeniorem, ſicut ſoluendo ipſi Blaſio, ſoluens conſequutus fuiſſet plenam liberationem, ita ſoluendo dicto Marino heredi dicti Blaſii fuit rectè facta ſolutio, et dictus D. Petrus pater d. D. Aduerſarii liberatus fuit, nec poteſt amplius ab aliis quamuis intereſſe habentibus moleſtari.

Quia animaduertendum eſt, quod in teſtamento dicti Blaſij prius declaratur, quod dictum creditum eſt cõmune inter ſe, & Stephanum eius fratrẽ, & dictos Franciſcum, & Marinũ eius nepotes, & poſtea in alijs bonis ſuos hæredes inſtituit dictos eius nepotes, adeo vt ipſi ſint inſtituti in illa tertia parte, quæ ad ipſum teſtatorem pertinet, & non in alijs, quas dictus teſtator prius declarauerat ad Stephanum fratrem, & dictos nepotes pertinere, ac etiam cõſtabat ex apoca prius inter dictas partes confecta, et à d. Blaſio ad maiorem veritatem in eodẽ teſtamento inſerta, et ſic non poteſt dictus D. Petrus Capponius excuſare quod ſoluerit d. Marino tamquam hæredi d. Blaſij, quaſi vidit dictum Marinum, et eius fratrem eſſe heredes eiuſdem Blaſij, vidit etiam in eodem teſtamento eundem Blaſium inſeruiſſe dictã apocam conuentionis de pertinentia dicti crediti etiam ad dictum Stephanum, et declarationem in eodem teſtamento ab eo factam, et ſic dici non poteſt quod dictus D. Petrus nec vero, nec minus putatiuo creditori ſoluerit.

Et hæc pro nunc ſaluis alijs in proceſſu cauſæ deducendis ad maiorem bonorum iurium d. D. Gondulæ Actoris demonſtrationem ad hoc, vt DD. VV. Excellentiſs. in huiuſmodi cauſa ſe intromittant, et notoriam iniuſtitiam ſententiarum contra ipſum latarum manifeſtè cognoſcant, etc.

Reſeruando ſibi facultatem demonſtrandi, etc. earum nullitatem palpabilem iuſurgentem ex productioue iurium factam per partem aduerſam non ſoluta gabella, nec alijs ſolemnitatibus adimpletis, quæ ad validitatem erant neceſſariæ, et ita etc.

1 SEntentia Excellentiſs. D. meo Auditoris Canoſſæ fuit lata ex falſa cauſa ex quo interpretatio facti plerumq;

rumq; prudentiſſimos fallit, vt inquit, *tex. in l. 2. ff. de iur. & fact. ignor.* Lot. *in appar. de re benef. num.* 92. ergo de eius nullitate dubitandum non eſt. Fe-
2 lin. *in cap. inter caetera num. 5. de re iud.* Aym. *conſ.* 134. *in fin. Rot. deciſ.* 27. *de re iud. in antiquis Greg. deciſ. 2. num. 4. fol. 2. Rot. in Rom. Spolij apud Marcheſ. de Commiſ. p. 1. fol.* 1248. *in recent. p. 3. deciſ.* 30. *num.* 1. *& apud* Saluſt. Tiber. *in prax. lib. 2. cap. 17. deciſ. 6.*

Fuiſſe latam ex falſa cauſa ſatis apertè conſtat quia motiuum editum, quod dicitur cauſa ſententiæ iuxta celebre
3 *conſ.* Socc. Iun. 181. *num. 79. in fin. lib. 2. verſ. ab illis ſententia* Mag. Flor. *deciſ.* 138. *num. 16. fol.* 311. quamuis magna eruditione fuerit compilatum, patitur tamen ſupradictum defectum, cū in effectu concludat fuiſſe abſolutum D. Marchionem Aduerſarium ex quo ipſius auctores ſoluēdo heredibus Blaſij ſenioris conſequti fuerunt liberationem, etiam pro ea parte debiti, quæ non erat hæreditaria d. D. Blaſij, ſed ſpectabat ad D. Stephanum eius fratrem vigore communionis, de qua liquido cōſtat non ſolum ex eodem Teſtamento Blaſij. *Mi è parſo bene per ogni buon riſpetto d'includere qui dentro la copia d'una ſcrittura, nella quale ſi contengano alcune dichiarationi, e conuentioni, ſeguite fra me, e Stefano mio fratello, ſottoſcritta di mano di ciaſchedun di noi, per la quale conſta ancora, che tutto l'hauere de noi fratelli, e delli nipoti ſudetti, ſia ſempre ſtato, e tuttauia ſi mantenghi tra di noi in communione, & indoniſo, &c.* ſed etiam ex tenore d. Apocæ communionis regiſtratæ per extenſum in d. teſtamento.

4 Vnde dubitari non poteſt de dicta communione cum cōfeſſio huiuſmodi plenam faciat probationem: *gloſ. in l. 1. C. de dot. caut. non num.* Mant. *de coniec. lib. 3. tit. 1. num.* 28. Surd. *conſ.* 151. *n.* 39. *Rota in Florentina Dotis 15. Iunij 1637. coram Pirouano, & in recent. p. 1. deciſ. 387. num. 3. in fine verſ. nec etiam. Rota coram And. deciſ. 73. numer. 1. & ſeq. p. 7. recen. deciſ. 239. num. 2. & p. 5. in append. deciſ. 434. num. 1. fol.* 41. &
5 in puncto confeſſionis Teſtatoris factæ in Codicillis, *vt Tex. in l. cum quis decedens 37. §. Codicillis ff. de leg. 3. & ibi omnes ſcribentes* Bart. *numer.* 1. & magis in puncto, ſic retulit in huiuſmodi credito b. m. D. Sebaſtianus Celleſius in fortioribus terminis DD. Officialibus Montium.

Præſertim cum agatur de fratribus ad inſtar quorum quæcunq; ſocietates inſtitutæ introductæq; cum ſint facile
6 inter eos præſumitur *l. verum 63. ff. pro ſoc.* Ancar. *conſ. 149. num.* 3. Felic. *de Societ. cap. 11. num. 43. cum alijs per Ex-*
7 *cellentiſs. D. meum in ſæpe laud. tract. de fratribus cap. 14. num. 16. fol. 129. p. 2.* Vbi ſub num. 17. ad iſtum effectum ſufficere ſolam cōfeſſionem extraiudicialem vnius ex fratribus, & tamen hic habemus, tam confeſſionem teſtamentariam, quam apocam ſocialem, quam ſolam ſufficere ad probandam commu-
8 nionem, & ſocietatem dicunt Pariſ. *conſ. 83. num. p. lib. p. cum alijs in trat. de fratribus d. cap. 14. num. 22. p. 2.* Accedente prɇterea diuiſoria ſententia de anno 1590. inter eaſdem partes, quæ ex neceſſitate includit precedentē Communionem ad tradita *in d. tract. de frat. p. 3. c. 41. num.* 14.

Si igitur pecuniæ iſtæ erant comunes inter dictos fratres, & reſpectiue nepotes; ergo tertia pars dictarum pecuniarum erat propria d. D. Stephani Auc-
9 toris mei principalis *l. qui iure l. communi. ſeruus ff. de acq. poſſ.* Fellic. *de ſociet. cap. 12. num. 15. Rota apud Poſt. de manutenen. deciſ. 459. num. p. & deciſ. 475. num. 3. & p. 4. tom. 2. in recent. deciſ. 6. num. 5. fol.* 97. Si quidem quilibet ſocius in quocunque ſcuto, eſt Dominus ſuæ
10 ratæ iuſta *Tex. in l. 2. C. quando, & quibus 4. parſ. debeat. lib. 10. cum alijs, per* Gratian. *diſq. 948. num.* 43. Felic. *de ſoc. c. 28. num.* 31. quapropter per alterum ex Socijs re communi in totum diſtracta, non trasfertur Dominiū pro rata alterius iuſta *Tex. l. p. & 4. C. de communi rerum alien.* Gratian. *diſc.* 752.
11 *num. 63. 64. & ſeq.* vnde ſi DD. Capponij fuiſ-

nij fuiſſent creditores eiuſdẽ Blaſij, aut
eorum hæredum, nihilominus non
potuiſſent compenſare illorum creditũ
niſi pro rata ſpectante ad ipſoſmet hæ-
redes Blaſij, ſecus quoad portionem
ſpectantem ad Stephanum. Soccin. ſen.
conſ. 73. num. 10. lib. p. Magon. *deciſ.
lucen. p. ... numer. 31. Rota Iannen deciſ.
14. num. 112. & deciſ. 26. num. 2. Rota
in Recent p. 2. deciſ. 205. num. 2. & 3. &
in dicto Tract. de duobus fratribus p. 2.
cap. 48. num. p.*

Neq; iuuat concluſio in motiuo exor-
nata, quod ſolutio potuit fieri pro in-
12 tegra ſumma vni ex ſocijs, & ſoluens
liberatur, quoniam vltra quod obſtat
conuentio de qua in apoca regiſtrata in
dicto teſtamento Blaſij Senioris, cum
per mortem Blaſij Teſtatoris, ſocietas
13 eſſet finita *l. actione §. morte ff. pro ſoc.*
Fellic. *de ſociet. cap. 32. in p.* Gratian.
*diſcept. 547. num. 36. & 852. num. p. &
ſeq. cum plur. alijs in prælaudato tract. de
14 fratribus, part. 2. cap. 40. fol. 174.* exinde
quilibet ſocius non potuit niſi portionẽ
ſuam exigere, non autem ſolidum, vt in
puncto Magon. *deciſ. Florent. 106. num.
5. cum alijs, quos refert, & ſequitur Io-
annes Baptiſta Coſta de rata queſt. 20. n.
3. & 4.*

Eo magis cum expreſſe de hoc con-
uenerint dd. fratres, & reſpectiue ne-
potes in apoca regiſtrata in dicto teſt.
15 Blaſij ſenioris, vbi non ſolum inhibetur
cuilibet ex ſocijs, niſi preuio communi
conſenſu, pecunias expoſitas negotia-
tioni exigere, ſed etiam declaratur cõ-
mune quod libet creditum, quamuis in
facie alterius ex ipſis cantaret.

Quod propterea elidit quicquid dic-
tum fuit in eodem motiuo, ſcilicet fra-
16 tres in communione habẽtes pecunias
caruiſſe actione agendi, contra eoſdem
DD. Capponios, ſed neceſſe habuiſſe
eas recipere de manu hæredum Blaſij
ſenioris ſub cuius nomine cantabat d.
creditum.

Quia allegata *deciſ. Iannen. 30. ſub n.
9.* expreſſe dicit, quod ſocius agit con-
17 tra ſociales debitores, & à ſocialibus
debitoribus conuenitur, cum ſub eius
nomine expreſſo, vel tacito ſit contra-
ctum, egregie *Rota in recent. p. p. dec.
640. num. 10. & p. 2. deciſ. 771. in fine*
Gratian. *diſcep. 547. numer. 23. 18. per
18 Tex. in l. ſi vnus in p. ff. de pact. & ibi
ſcribentes*, & quam ſit deuia aſſertio
huiuſmodi à iuris principijs, & regu-
lis indubitatis manifeſtum ſit, reflectẽ-
do, legatarium non poſſe de iure pro-
pria auctoritate conſequi legatum, ſed
illud debere recipere de manu heredis
l. ſi nemo ff. de teſt. Gratian. *diſc. 922. n.
27. de* Amat. *deciſ. Marc. 45. Rota in recẽ.
19 p. 3. deciſ. 315.* Cãcer. *var. reſolut. cap. 20.
de leg. n. 212.* Et nihilominus ad effectũ
eximendi legatariũ ab huiuſmodi one-
re, ita vt propria auctoritate illud cõſe-
qui poſſit, ſatis fuit, noſtrũ ſtatutũ *lib. 2.
Rubr.* 31. diſpoſuiſſe legatum deberi
adhuc adita, vel nõ adita hæreditate, vt
paſſim declarauit Eccellentiſs. Rota, *vt
20 in lib. 18. pag 163. lib. 45. pag. 25. lib. 9. pa.
307. verſ. tertium.* Quomodo igitur ve-
rus Dominus cogendus eſt aliena ma-
nu, maxima pernicie, & periculo, ſuum
proprium creditũ exigere, ſi adhuc cõ-
munione durante vigore mutui mãda-
ti, reſultantis ex communione inter ſo-
cios, poterat totum creditum exigere?
Gratian. *diſcept. 401. n. 45.* cũ alijs addu-
ctis in eodem motiuo in §. ſi autem ac-
tor? imò ſi legatarius abſq; aliqua ceſſio-
ne fit dominus crediti legati, *l. ex lega-
tõ C. leg.* Crot. *conſ. 14. num. 29.*

Ex quibus manifeſtũ omnino fit pre-
tenſam ſolutionem, factam Marino, nõ
21 potuiſſe parere liberationem DD. Ad-
uerſariorum pro rata ſpectante ad Ste-
phanum. Becc. *conſ. 19. n. p. ſud. deciſ.
60. n. p. & 10. & deciſ. 229. num. p. & 2.*
Gratian. *diſcept. 485. n. 5.* Afflict. *deciſ.
150. n. 18. Rota in recent. deciſ. 345. n.
4. p. p. & p. 4. tom. 3. deciſ. 624. n. 7. & ſeq.*
Mau. *de ſolut. cap. 6. n. 2. & 6. fol. 39.*

Etiãſi allegare poſſent, ſe ſoluiſſe cre-
ditori putatiuo, ſub velamine iuſtæ
22 ignorantię. Ruin. *conſ. 171. n. 11. et cõſ.
177. n. p. et 8. lib. 4.* Aret. *conſ. 35. n. p.*
Ger. Spin. *conſ. 5. n. 6. fol. 22.* Magon.
deciſ. Flor. 78. n. 16. Maur. *d. cap. 6. n. 50.*
Alba *conſ. 3. n. 3.* Antonell. *conſ. 5. nu. 4.*

egregie

egregie Mareſcott. *lib. 2. cap. 93. num. 15. et ſeq.*

Ergo tanto magis cum nullam habue-
rint iuſtam cauſam DD. Capponij, cre-
23 dendi D. Marinū, & fratrem, fuiſſe DD.
totius crediti, dum ex eodem teſtamen-
to Blaſij fuerunt certiorati de commu-
nione Stephani eius fratris; facta enim
teſtamenti mentio in cōpromiſſo cele-
brato ante d. ſolutionem, excludit pror-
ſus ignorantiam tenoris teſtamēti pro-
baturq; ſcientia contentorum in eo iu-
24 ſta Theoricam Bart. *in l. qui Romę §. duo fratres ff. de verbo oblig.* *vbi* Angel. *in 2. queſt.* Surd. *conſ. 4. n. 46. et conſ. 22. n. 22. et conſ. 82. n. 33. et ſeq. rota in recen. p. 2. deciſ. 342. n. 24. in fin.* Cauall. *deciſ. 151. n. 8.* preſertim cū paria ſint ſcire, vel ſcire debere, aut facile ſcire poſſe *rota diu. deciſ. 310. n. 7. p. 4.* Gail. *obſer. 48. n. 16.* Viuic. *cō-opin. 385. n. 17.* Aym. *conſ. 225. n. 5.* Farinac. *in frag. crim. p. 2. in verbo ignorantia n. 107. et 163. et ſeq.* & vtrūq; militat in caſu noſtro vnde de mala fide dubitandum non eſt. Iaſ. *in l. ſi vrbana ff. de cond. indeb. n. 3.* Gig. *conſ. 27. n. 3. p. p. fol. 29.*

Quamobrem inane eſt (quod longa
ſerie exageratur ad euitandam ſcientiā
25 DD. Cappon. de d. teſtamento) aſſer-
rere Marinum, & fratrem, legittimaſ-
ſe ſuas perſonas vigore atteſtationis
Reipublicæ Raguſij, quia bene liquet
ex laudo, & ex compromiſſo de ſolo
teſtamento fuiſſe factam mentionem,
26 vnde ſi relatum eſt in referente cum
omnibus ſuis qualitatibus, *Rota in rec. deciſ. 194. num. 29. p. 5.* vtique à teſtamento, & in eo contentis deducta fuit legitimatio predicta, eo magis, quia dicta atteſtatio, refert ſe ad teſtamentū, certū eſt autē, quod referens non pro-
27 bat relato non exibito, Burat. *deciſ. p. n. 10. et deciſ. 754. n. 3. et deciſ. 139. n. 3. p. 2.* & non aliter interpretari poteſt quam importet relatum teſtamentum *Rota diuerſ. deciſ. 121. numer. 17. p. p. in recent. deciſ. 160. numer. 12. et ſeq. p. 7.* Buratt. *deciſ. 284. num. 4.* Greg. *deciſ. 522. num. 17.*

Preſertim cū d. Atteſtatio non fuerit
producta in publica forma, ſed in ſim-
39 plici copia, quæ non probat, ſtante op-
poſitione partis, etiam generaliter ex-
cipiendo, & in caſu noſtro fuit magis
ſpecifice de ea oppoſitum, vnde eſt fo-
31 lium album, quo ad eius fidem Greg. *deciſ. 292. num. 3. & 6. fol. 311.* ac proinde cum ex motiuo appareat, Excellentiſſimum D. Iudicem eidē fidei detuliſſe, ob non factam oppoſitionem, magis vrget pro nullitate ſententiæ, facta re vera oppoſitio, cum hinc etiam
31 reſultet falſitas cauſæ, quæ reddit ſentē-
tiā nullā, vt præter adductos in principio late cōprobauit Gonzalez. *ad reg. cancel. de mēſ. gloſ. 67. n. 60. vbi plurimos infirmana Rota Altaris 24. Febr. 1646. corā Vbaldo, & in Bracaren. Monaſterij de anno 1597. coram Cardinali Panfilio*, & procedit ſiue cauſa ſit partim vera, ſiue in totum falſa Cęſal. *conſ. 198. n. 1. vol. 2. late* Pacif. *de Saluian. inſpect. 4. cap. 1. n. 67. mihi fol. 156. Rota in d. Rom. ſpolij apud* Marcheſ. *de com. tom. 3. fol. 45.*

Quin nimo, ſiue attendantur verba d.
atteſtationis Reip. ſiue teſtamētū hinc
33 inde DD. Capponij redarguntur, eſto
enim, qued ſi ipſi ſoluiſſēt Blaſio ſeniori, dum viueret, recte ſoluiſſent, ſed eo defuncto, vtique onus fuit ipſorū, tanqnam debitorū, explorare, quoniā legittime repreſentarent eius perſonā in huiuſmodi credito, ex ſupra deductis quare cum, ex teſtamento, vt ſupra diximus plene eiſdē innotuerit, D. Marinū, & fratrē non repreſentare poſſe d. Blaſium, niſi in tertia parte d. crediti, & ex eadē atteſtatione Reipublicę cōpertum habuerint, eoſdem non fuiſſe inſtitutos, niſi in bonis proprijs, ſpectantibus ad ipsū Blaſiū, ergo omnino inexcuſabiles ſunt DD. Capponii, ſi ſoluiſſent integaam ſummam heredibus D. Blaſii ſenioris iuſta tradita per Cyriac. *contract. 284. num. 19. fol. 326.* cum aliis ſupra allegatis.

Augetur nullitās ex falſitate cauſę dū idem motiuū fundat ſe in mandato ad exigendū dictum creditū, deducto, ex apoca priuata quarundā conuentionū initarum inter D. Marinum, & Fran-

ciſcum eius fratrem ex vna, & D. Blaſium iuniorem heredem Stephani auctores mei principalis ex altera; licet
36 enim verum ſit quod ſoluens legitimo Procuratori ita liberatur perinde acſi ſoluiſſet conſtituenti. *l. vero procuratori*
37 *ff. de ſolut. cum concordan.* non tamen minus verum eſt, quod mandati fines ſunt cuſtodiendi diligenter, quodque quilibet exceſſus vitiat actum *l. diligenter ff. mandat.* Caual. *deciſ.* 612. *numer.* 19. *Rota in recent. deciſ.* 246. *n.* 6. & verba mandati eſſe ſtricte intelligenda cũ ſit ſtricti iuris, conſtat *ex l. ſi procurator C. de procur.* Excobar. *de ratioc. cap.* 19. *n.* 30. Coccin. *deciſ.* 319. *n.* 2. Seraph. *deciſ.* 419. *n. p.* Penia *deciſ.* 528. *n.* 2. *fol.* 376.

Cum igitur dd. conuentiones, & facultas exigendi tertiam partem d. cre-
38 diti, ſit reſtricta ad portionem, ſpectantem ad d. Blaſium iuniorem, vigore nouæ participationis ſibi conceſſæ per Marinum, & fratrem non poteſt trahi, vt ſit in motiuo ad facultatem exigendi, etiam tertiam partem ad eundem
39 Blaſium ſpectantem, tanquam hæredẽ Stephani, quoniam licet iſta duo Iura concurrant in eodem Blaſio non tamẽ dubitari poteſt, quin diuerſo iure, vtramque perſonam ſeparatim repreſentet, perinde ac ſi duo perſonę diſtinctæ cõtraxiſſent. Caſtr. *conſ.* 250. *in princ. verſ. quia vbi duo. volum.* 1. Greg. *deciſ.* 531. *n.* 7. *Rota in recen. p.* 4. *Tom.* 2. *deciſ.* 273. *n.* 8. & in terminis mandati ad exigendum Gratian. *diſcep.* 737. *nu.* 1.
40 Quod autẽ in dicto Blaſio Iuniore concurrat vtraque tertia pars dicti crediti, clarum ſit, quia de prima vigore Teſtamenti Blaſij ſenioris dubitari non poteſt ex ſupradictis.

De ſecunda conſtat ex apoca dd. Cõuentionum ex aduerſo producta, quæ
41 fruſtra prætenditur, vt non ſit diuerſa à primo dicta participatione cũ habemus clarã diſpoſitionem *Tex. in l. ſi quis ducenta in princ. ff. de reb dubijs, & in l. cum Centũ ff. de Adim leg. & in l. quinquaginta alias quingenta* 14. *ff. de probationibus, & ibi ſcribentes, & in l. ne caſu C. de diſc. lib.* 10. vbi firmant, quod Confeſſiones, contractus, & etiam aliç quæcunq; diſpoſitiones tam inter viuos, quam in vltimis voluntatibus præſumũtur geminatæ quantitatis, dummodo diuerſis temporibus emanauerint, etiam ſi diſformes non ſint reſpectu cauſæ, & quãtitatis iuxta celebrem doctrinam Flo-
42 rian. *de S. Petro in d. l.* 12. *de pub. quam ſequuntur Alex. in conſ.* 4. *ſub n.* 4. *verſ. vlt. innatur vol.* 1. Crauet. *conſ.* 282. *ſub n.* 1. *verſ.* 2. *amplius conſidero* Roman. *ſingul.* 513. *incipit debitor* Ruin. *conſ.* 170. *n.* 2. *& ſeq. vol.* 1. Purpurat. *conſ.* 438. *nu.* 2. *vol.* 2. *fol. mihi* 60. Surd. *conſ.* 80. *n.* 31. *& ſeq.*

In caſu noſtro confeſsio vna ab altera longiſsimo temporis medio diuiditur,
43 quod ponderauit Menoch. ad ipſum propoſitum *de Arbitr. caſ.* 213. *num.* 4. *verſ. nam tam.*
44 Perſonę quoque non ſunt prorſus ipſæmet, nec etiam repreſentatiuè ſub nomine hæreditario quod ponderauit
45 Purpurat. *in d. conſ.* 438. *num.* 2. *verſ. in quibus.* Quapropter inanẽ profectò eſſet non minus pręſumere, quod vigore huiuſmodi mandati DD. Capponi ſoluiſſent, quam mandantem fretum in illo ſperauiſſe exactionem, cum nec appoſuerit nomen hæreditarium omninò neceſſarium iuſta per *Rotam in Romana Vinea, ſeu ſpolij* 15. *Decembris* 1607. *coram Penia.*
46 Pariter nec cauſa eſt eadem, cum diuerſa admodum ſint, participem eſſe de tertia parte Crediti Marini, Franciſci, à iure communionis, & ſocietatis pro tertia parte, vt diſtinxit *Rota Ianuen. deciſ.* 39. *num.* 9. *verſ. ſi vero ſocius.*
47 Et in omnem euentum coniecturæ, & & veriſimilitudines tollunt omnẽ difficultatem Neuiz. *conſ.* 96. *num.* 1. *&* 13. Menoch. *de arbitr. caſ.* 313. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 4. *num.* 4. *tib.* 1. Crauet. *d. conſ.* 282. *in* 1. *Rota in recent. deciſ.* 425. *part.* 2. *& p.* 4. *deciſ.* 579. *num.* 2. Burat. *deciſ.* 157. *& deciſ.* 298.
48 Quę in caſu noſtro plurimæ, & vrgentiſsimæ vndi que fluunt.

Etenim illa verba eiuſdẽ apocę *dichiamo, e*

mo, e

Digitized by Google

mo, e cõfeſſiamo, che il S. Biagio Gradi par-
49 *tecipa per la terza parte del noſtro credito*
in mano dell'heredi di Luigi Capponi nõ
poſſunt referri ad tertiam partem ſpe-
ctantem ad Blaſium tanquam hæredẽ
50 Stephani, quoniam ſequta iam diu erat
diuiſio vigore ſententiæ, quæ ſperaue-
rat vnicuique partionem perinde ac ſi
interceſſiſſet contractus Alienationis,
& traslationis iuſta tradita per Rimi-
51 nal. *ſen. conſ.* 175. *num.* 10. *lib. 1. cum*
alijs per Fellic. *in d. tractat. de ſociet. cap.*
39. *num.* 112. vnde non conueniũt ver-
ba illa *del noſtro credito*, ſed ratio recti
ſermonis expoſcebat; vt illis omiſſis
ſuffiteeret dixiſſe del credito eſiſtente
in mano delli heredi di Luigi Capponi
fatendo igitur d. participationem tunc
52 temporis, vtique de neceſſitate ad nouã
cauſam referenda eſt, cum vetus ex-
tincta fuerit; Gratian. *diſcep.* 555. *nu-*
mer. 2.

Vlterius demonſtratur hanc eſſe no-
uam participationẽ à prima diuerſam
animaduertendo quod ſi d. Blaſius Iu-
nior mandare voluiſſet Marino, ut exi-
geret per eo illam tertiam partem ad
ſe ſpectantem, tanquam hæredem Ste-
phani, vtiq; mandatum ad exigendum,
& ad compromittendum in forma pu-
blica dediſſet, quemadmodum fecit
ipſemet Franciſcus fratrer d. Marini,
quia licet mandatum etiam per epiſto-
lam fieri poſſit *l. epiſtola C. de procur. Ro-*
ta in recent. p. 4. *Tom.* 2. *deciſ.* 197. *nu-*
mer. 2.

Nihilominus, etiam ad proximas Ci-
uitates, & pro paruis ſummis exigen-
dis, vbi etiam non contingit dubitari
55 de voluntate, & debitorum in ſolutio-
ne facienda, mandatum ad exigendum
fieri ſolet per publicum inſtrumentum
ad euitandam maximam difficultatem
recognitionis manus conſtituentium
ad effectum quietandi, & faciendi ceſ-
ſionem iurium, & ob alias Clauſulas
opportunas, ergo multo magis vbi pro-
56 curator mittitur ad prouincias remo-
tas diuiſas, ac ſeparatas à Mare, & à
montibus; vt abeſt Ciuitas Raguſij à
noſtra Ciuitate, & dum debitor poteſt
controuerſiam facere, prout timuiſſe
eundem Blaſium plane liquet ex eadẽ
57 apoca, verum eſt autem veriſimilitu-
dinem attendi ad interpretandam quã-
cunque diſpoſitionem. Gratian. *diſcep.*
527. *numer.* 21. *diſceptat.* 520. *numer.* 8.
diſceptat. 795. *num.* 26. *diſcept.* 878. *num.*
16. *diſcep.* 873. *numer.* 13. vt in puncto
animaduertunt Alex. *d. conſ.* 4. *num.* 4.
verſ. certe nulla vol. p. Crauett. *d. conſ.*
282. *circa principium, verſ. concurrit*
etiam, vbi in propoſito quid valet ar-
gumentum à communiter accidenti-
bus.
58 Augetur Motiuum ex verbis eiuſdẽ
apocæ, ex quibus apparet facultatẽ exi-
gendi nõ legi in verbis diſpoſitiuis, quę
attenduntur ad metiendas vires man-
dati. Dec. *conſ.* 500. *nu.* 12. *verſ. ſolum*
exprimi Caualler. *deciſ.* 612. *numer.* 21.
Gregor. *deciſ.* 584. *num.* 9. *fol.* 624. cum
veeba diſpoſitiua ſint huiuſmodi *All'in-*
contro il detto Sig. Biagio ſi contenta, che
d. Sig. Marino ſi trasferiſca in Italia, e
che poſſa in qualſiuoglia loco d'Italia pro-
curare di conſeguire la ſua terza parte
60 *del ſopradetto credito*. Dicta enim ver-
ba non excedere facultatẽ agendi con-
ſtat ex formulario in forma mandati
ad lites, quæ propterea non concludunt
mandatum ad exigendum *Thomat de-*
ciſ. Marca. 3. *num.* 34. Greg. *deciſ.* 13.
numer. 3. *Rota in recent. p.* 1. *deciſ.* 492.
num. 3. & in terminis, quod verba ad
procurandam exactionem, ſeu ſolutio-
nem non ſufficiant pro mandato ad
exigendum *gloſ. in l. non ſolum.* 3. *in*
verb. exigenda, quam ponderauit Bart.
ibid. numer. 19. *in fine, ff. ſol. matr.*
61 Quæ magis attendenda ſunt ex diſpo-
ſitione noſtri Statuti ſub Rub. 1. re-
ſtringentis formam mandati ad In-
ſtrumentum publicum, prout ex leg.
regia, hoc ipſum cautum dixit in par-
tibus Hiſpaniarum, vir doctiſſius Pe-
trus de Onat. *tract. de Contract. dub.* 3.
num. 66. *fol.* 650. *vol.* 2.
61 Et in omnem euentum ſufficit ad iſtũ
effectum quod verba non ſint omnino
clara. Bald. *in d. l. falſus num.* 32. *verſ.*
ſuas C. de furt. Crem. *ſing.* 139. Gratian.
diſc.

Digitized by Google

deciſ.677. num.41. vbi quod propterea
non probatur per teſtes.

Non obſtant verba *quali Marino, e*
Franceſco obligano à d. Sig. Biagio di dar
buon conto del riſcoſſo, & accordato, e di
quello rimborſarlo, &c. quia illa ſunt ſup-
poſitiua facultatis exigendi, & ideo nõ
ſufficiunt, niſi aliunde concurrat pote-
ſtas faciendi exactionem, ſiquidẽ ver-
ba ſuppoſitiua non diſponunt in eo,
63 quod ſupponunt. Magon. *deciſ. Flor.*
57. nu. 55. Rota in recent. deciſ. 55. nu. 4.
p. 1. & p. 4. deciſ. 21. num. 5. & in termi-
nis mandati *Rota deciſ. 23. de proc. in an-*
tiq. quã ſequuntur Surd. *deciſ. 195. nu. 8.*
Alex. *conſ. 17. num. 8. lib. 2. Rota diuerſ.*
deciſ. 507. num. 1. p. 1. Grat. *diſcep. 201.*
num. 6.

65 Quapropter neceſſe eſt, vt dicta ver-
ba applicentur ad nouam participatio-
nẽ conceſſam Blaſio iuniori per ipſum-
met Marinum, & Franciſcum eius fra-
trem, in qua verificatur ſuppoſitum fa-
cultatis exigendi reſidentis in D. Mari-
no reſpectu propriæ perſonæ, tanquam
hæredis Giorgij eius Patris, & Blaſij
Senioris, quia termini ſuppoſiti decla-
rant diſpoſitionem, & ab ipſis legem
ſumunt *ad l. 4. §. iotus ff. de dam. infect.*
C. controu. 21. 21. n. 15. & ſeq. Gratian.
deciſ. 838. num. 13. Rot. in recent. deciſ.
64. num. 2. & deciſ. 611. p. 3.

66 Alias d. verba eſſent ſuperflua, & ni-
hil operari poſſent, & quod nõ admit-
titur præſertim in contractibus. *Rota*
in recent. deciſ. 456. num. 5. deciſ. 358.
num. 4. deciſ. 16. num. 5. deciſ. 345. nu. 3.
p. 4. Gratian. *diſcep. 201. nu. 1. & diſcep.*
417. numer. 6. & recent. p. 4. tom. 3. deciſ.
737. num. 19. & p. 5. deciſ. 194. num. 25.
& deciſ. 197. num. 15.

67 Adminiculantur præterea omnia ſu-
pradicta, ponderando, quod nec D.
Marinus, nec DD. Capponii, tam in
Cõpromiſſo, quam in Laudo, & in
ſolutione vnquam meminerint dicti
mandati, atqui vbi procuratorio no-
mine aliquid geritur neceſſe eſt, vt de
mandato fiat mentio ad tradita per
DD. ſtipulatio, §. conuentionale ff. de
verb. oblig. Tiraq. *de recent. conuent. p. 5.*
deciſ. 140. num. 6. fol. 277. Burat. *deciſ.*
696. numer. 5. & 6. fol. 29. tom. 3. Man-
tic. *de tac. lib. 7. tit. 18. num. 17.* Ludouic.
concl. 44. verſ. declarant. fol. 12.

68 Et quamuis vera ſit concluſio in mo-
tiuo eruditiſſime firmata, quod ad eui-
tandum delictum præſumendum ſit
exactum fuiſſe procuratorio nomine;
quamuis expreſſum non fuerit, tamen
applicari nequit ad fauorem DD. Cap-
69 poni, cum ipſi non doceant habuiſſe
notitiam d. Mandati, prout probare te-
nerentur ad iſtum effectum, vt firmãt
ipſemet auctoritates in motiuis allega-
tæ præcipue Surd. *conſ. 19. numer. 34.*
Buratt. *deciſ. 696. num. 7. fol. 29. tom. 3.*
Mantic. *de tac. lib. 7. tit. 18. numer. 17.*

70 Quinimo tantum abeſt, vt conſtet de
ſcientia ipſorum quo ad dictum man-
datum, vt potius contrarium appareat,
dum in eodem inſtrumentuo ſolutio-
nis voluere, vt D. Marinus declararet
dd. pecũias nulli eſſe affectas, neque ob-
noxias, atque pecuniæ, quę procura-
torio nomine exiguntur adeò ſunt affe-
ctæ domino; vt procurator illas con-
uertens in propriũ vſum fiat furto ob-
noxius ad *l. furt. §. pen. ff. de is, qui no-*
tan. infam. Rota in recent. deciſ. 149. nu.
5. & ſeq. p. 1.

72 Et vlterius DD. Capponij requrſiti per
epiſtolam, vt certum redderent ſuc-
ceſſorem D. Blaſij iunioris de geſtis
per D. Marinum occaſione d. exactio-
nis, abnuerunt hoc facere, tanquam ſi
ab extraneo, & nullum intereſſe habẽ-
te, rogati fuerint, quæ implicant hu-
iuſmodi executioni mandati, *tot. tit. ff.*
& C. mandati.

73 Imò retorquetur dictum argumentũ,
ſiquidem ad excludendam culpam D.
Marini præſumendum eſt, vſum non
fuiſſe mandato, niſi iuxta eius fines, qui
ſunt limitati ad propriam ratam, quam
nec excedunt verba compromiſſi, quæ
ſunt indefinita, ac proinde non æqui-
pollent vniuerſali. Mant. *de coniect. lib.*
3. cap. 4. num. 15. Barboſ. *clauſ. 123. nu.*
12. & ſeq. & in terminis Cyriac. *controu.*
284. numer. 19. & ſeq. Crauet. *conſ. 144.*
74 *ſub num. 8. verſ. & pro hoc conſidero.*

Prę́ſer-

Præſertim cum ſumma pecuniarum
Marino ſoluta ſit potiùs adequata cui-
75 dam portiunculæ dicti crediti, etiam
reſpectu ratæ D. Marini, vnde tali in-
terpretatione exculditur dolus Mari-
ni, & leſio quæ dolo equi paratur DD.
Cappon, *l. 1. ſuperſtita C. de dol. l. omnes
§. Lucius, ff. quę in fraud. cred.* Farinac.
queſt. 88. *num.* 35. *& queſt.* 89. *num.* 14.
Mantic. *de tacit, lib.* 29. *tit.* 9. Decian.
deciſ. 125. Cancer. *var. reſolut. cap.* 13.
num. 2. *par.* 1. *Rota in recent. deciſ.* 25. *num.*
38. *par.* 5.

Quinque enim millia ſcuta ſoluta D.
Marino pro credito decem millium in
ſorte principali, quod iunctis cambijs,
& recambijs aſcendit ad 100. m. & vl-
77 tra, concludunt leſionen enormiſſimã,
quæ intrat etiam in tranſactionibus ha-
bito reſpectu ad dubium litis euentũ,
Rota in recent. deciſ. 539. *num.* 2. *par.* 1.
& apud Cenc. *de cenſ. deciſ.* 275. *& in
recent. par.* 5. *deciſ.* 125. *num.* 21. Mant.
d. tract. lib. 26. *tit.* 9. *num.* 33. & tamen
huiuſmodi creditum, adeò clarũ erat,
vt non admitteret compromiſſum, ne-
que tranſactionem, quæ non fiunt niſi
de rebus dubijs *l.* 2. *de tranſact.* Mant.
de tacit. lib. 26. *tit.* 9. *num.* 19. *Rota in re-
cent. par.* 6. *deciſ.* 181. *num.* 18. Greg. *de-
ciſ.* 311. *num.* 1. *fol.* 334.

78 Clarum enim erat d. debitũ DD. Cap-
pon. quia receptis literis Martoli, de
retinendis dd. ſcutis decem mille ad ef-
fectum cambiandi, ad commodũ Bla-
ſij de Gradibus ſenioribus cum non re-
clamauerint, tacitè acceptauerunt mã-
datum *Rota Ianuen. deciſ.* 136. quæ lo-
quitur in litteris ad creditũ tertij, Mer-
catori directis. Paril. *conſ.* 5. *num.* 206.
lib. 4. pleniſſimè *Rota diuerſ. deciſ.* 811. *à
num.* 9. *p.* 1. Alexan. *conſ.* 78. *vol.* 1. *nu.* 1.
*& ſeq. cum plurimis per Rotam in Roma-
na pecuniaria* 2. *Iulij* 1643. *coram Meltio
impreſſ.* apud Zach. *de oblig. cam. deciſ.*
174. *num.* 11. *fol.* 153. *in vltima impreſſ.*
79 quia litteræ huiuſmodi obligant reci-
pientem ad inſtar acceptantis manda-
tum, vt reſpondit *Rota noſtra lib.* 97. *fol.*
157. *verſ. recipientes*, præſertim poſt
quam fuerunt per DD. Capponios ex-
preſsè acceptatæ, vigore litterarũ per
ipſos poſt triennium ſcriptarum à quo
tempore ſaltem, eidem Domino Blaſio,
80 & ſocijs plenum ius quæſitũ fuit perin-
de, ac ſi ad eorum fauorem per publi-
cum inſtrumentum DD. Capponij, &
alij obligaſſent, vt bene per *Rotam Ia-
nuen. deciſ.* 93. *& deciſ.* 168. *nu.* 2. *& ſep.*
Scac. *de cambijs.* §. 2. *gloſ.* 7. *Rota in Ro-
mana litterarum cambijs* 19. *Iunij* 1647.
*coram Reuerendiſs. D. meo Card. Ottobo-
no impreſſa apud Excellentiſs. D. meum
Auditorẽ* Merlinum *de pign. deciſ.* 149.
num. 5. *fol.* 208. *egregie. in d. tract. lib.* 3.
tit. 2. *queſt.* 16. *num.* 1. *fol.* 245.

Nec iuuat DD. Capponios aſſertum
debitum, contractum longè poſt ex-
preſſam d. acceptationem cum eodem
81 Martolo, cuius ratione prætendunt
ſibi licuiſſe conuertere in vſum pro-
prium dictas pecunias.

82 Quia poſt acceptationẽ quamuis de-
coxiſſet, qui ordinauit ſolutionem fie-
ri D. Blaſio, non potuerunt DD. Cap-
ponij, quamuis creditores mandantis
ſub hoc prætextu excuſare ſe à d. ſolu-
tione facienda, ergo multo minus vi-
gore prætenſi crediti, longè poſtea
contractis, cum mandante, poſſunt re-
uocare Dominium, pecuniarum iam-
diù quæſitum D. Blaſio, & eius ſocijs
iuxta doctrinam Salicet. *in l. filius fami-
lias num.* 1. *ff. de conſ. pic. quem ſeq. Rota
diuerſ. par.* 1. *d. deciſ.* 811. *num.* 12. *cum
ſexcentis, quos refert, & ſeq. Rota in Ro-
mana litterarum cambij* 1. *Februarij*
1630. *& coram Mottman, impreſſa in par.*
5. *recent. deciſ.* 345. *numer.* 4. *& ſeq.
fol.* 663.

Ex quibus deficit tanquam inuixum
falſæ cauſæ alterum fundamentum de-
ductum ex ratificatione, facta per Au-
ctores mei principalis, dum conuene-
runt iudicialiter in Ciuitate Raguſii
eundem D. Matinum pro ratione red-
denda ſuæ exactionis.

Siquidem ratificatio, quæ ex facto de-
ducitur, non concluditur, niſi quate-
nus neceſſario ex facto inferatur Greg.
deciſ. 311. *num.* 17. *fol.* 335. Cum igitur
D. Marinus in dicta apocha conuen-
tionum,

tionum, falſus fuerit autores mei prin-
cipalis eſſe participes in tertia parte eo-
rum crediti, videlicet portionis ad ipsũ
Marinum, & fratrem ſpectantis, &
promiſerit reddere rationem, vt quo
hinc inferri non poteſt, quod proba-
uerint Marinum exegiſſe vltra limi-
tes mandati prædicti ex latiſſime con-
geſtis per Merlin. *contron.* 79. *numer.* 8.
fol. 195.

Præſertim vbi non conſtat de ſciẽtia
omnium, & quarumcumque qualita-
86 tum iuris, & facti actus ratificati. *Rot. in
recent. decif.* 109. *&* 132. *num.* 4. *p.* 4. *&
par.* 1. *decif.* 515. *num.* 20. *decif.* 95. *nu.* 4.
decif. 462. *num.* 10. Burat. *decif.* 14. *nu-
mer.* 35.

Quinimo dum conſtat ſtatim, vt Ma-
rinus reddidit rationem ſupradictam,
tantum abſuiſſe, vt eam ratificauerit,
87 quod potius illam reprobauerit, quod
excludit omnem vmbram ratificatio-
nis, vt in puncto Caualer. *decif.* 622.
numer. 26. Surd. *decif.* 267. *num.* 3.

Tandem loco Coronidis ad euiden-
tiam falſæ cauſæ d. ſententiæ anima-
duertendum eſt, adeò procul fuiſſe
88 mentem Excellentiſs. Iudicis à pronũ-
cia abſolutoria, in caſu quo fuiſſet lo-
cus condemnationi (prout fuiſſe con-
ſtat, ex ſupra adductis) vt in dubio ma-
tuiſſet pronunciare, ab obſeruatione,
vt expreſſe dicit in motiuo, ſed quia
euidens, & clara ſibi viſa eſt iuſtitia ad
fauorem D. Marchionis hinc auertit
animum ad confirmatoriam.

Sed ſic eſt, quod ex præmiſſis, apertè
conſtat etiam de notoria iniuſtitia, quę
89 reddit ſententiam nullam. Scacc. *de re
iud. gloſ.* 14. *queſt.* 11. *num.* 59. Gratian.
diſcept. 266. *num.* 14.

Præſertim ex leſione enormiſſima re-
90 ſultante, vt dixi, quia loco ſcutorum
vltra quadraginta millia recepit vix
ſcuta quinque millia, quod citra læſio-
nem enormiſſimam fieri non potuit
Bartol. *conſ.* 90. *num.* 12. Crauet. *conſ.*
192. *num.* 1. *Rota diuerſ. decif.* 102. *nu-
mer.* 7. *par.* 2, *&* *decif.* 125. *num.* 26. *par.*
5. *in recent.*

Quæque operantur, vt etiam ad fauo-
rem eiuſdem Marini Dominus Mar-
91 chio eſſet condemnandus ad ſupple-
mentum. Maſtril *decif.* 242. *numer.* 27.
Manent. 143. Gramat. *decif.* 94. *num.* 4.
Cancer. *variar. tit. de ent. numer.* 43.
Scacc. *de re iud. gloſ.* 14. *queſt.* 11. *nu-
mer.* 59.

Ergo dubitandum non eſt Excellen-
tiſs. D. meum deceptum fuiſſe inter-
pretatione facti, quæ vt dixi pruden-
tiſſimos plerumque fallit, & conſequen-
92 ter eius ſententiam coruere ex falſitate
cauſæ, vt ſupra firmauimus, & ex no-
toria iniuſtitia.

Ex quibus ſaluo, &c.

L A V S D E O.

Ioannes Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XVII.

Exceptionem rei iudicatæ impedire litis ingreſſum, & nocere ſubſtitutis fideicommiſſarijs, quamuis non citatis, præſertim ſtante ſcientia ipſorum de litis pendentia, & Procuratorem abſque ſpeciali mandato non poſſe præiudicare rei iudicatæ.

S V M A M R I V M.

1 *RES indicata impedit litis in-
greſſum, & non patitur, vt ſu-
per contentis in ea nulla am-
plius moueri poſſit controuerſia.*

2 *Amplia quod ex inſtrumentis noniter
repertis neceſſaria ſit reſtitutio in integrũ
aduerſus rem iudicatam.*

3 *Res indicata excedens triginta annos
pro veritate habetur, etiam ſi deficiant
acta, ex quibus iuſtificari poſſit.*

4 *Amplia, vt etiamſi ex actis non appa-
reat fuiſſe citatos de iure citandos, ni-
hilomi-*

hilominus citatio præſumatur.

5 *Vbi Citationes ſolent fieri orelenus non probatur negatiua Citationis, longè lata Sententia per inſpectionem actorum.*

6 *Sententia lata Contra hæredem grauatum, ſinè ſubſtitutum, nocet etiam alijs ſubſtitutis.*

7 *Scientia litis fideicommiſſarij equipollet citationi per proclama.*

8 *Scientia quomodo probetur.*

9 *Receſſus fideicommiſſarij poſt ſcientiam litis mota ſuper fideicommiſſario coram hæredem grauatum, aut ſubſtitutum, non excuſat, quo minus à ſententia afficiatur.*

10 *Collusio inter hæredem grauatum, aut ſubſtitutum quomodo excludatur.*

11 *Prima alienationes cedunt in partem liberam.*

12 *Omnia, quę deducuntur per fideicommiſſarium poſt rem iudicatam ad eius impugnationem cenſentur iam deducta antè probationem ſententię.*

13 *Melioramenta excludunt fideicommiſſarium niſi reficiantur.*

14 *Procurator non poteſt praiudicare rei iudicatæ, niſi preuio mandato ſpeciali.*

Ioannoctus
Bernardus
Angelus Teſtator

Leonard.ᵒ Bernard.ᵒ Vincẽtius Aloyſius Petrus Bernard.ᵒ
Angelus Petrus
Pirrus Piero

FLORENTINA
Prædij
S. MARIAE A SOFFIANO.

Perilluſt. & Excellentiſs. Domino.

Reſpondendum videtur Magiſtratui Illuſtriſs. D. Petrum, alterius D Petri de Strozzis, reiciendum eſſe a limine Iudicij, quia ei obſtat res iudicata, impediẽs litis ingreſſum, quaque ſicuti non permittit

1 reſtaurari litem iam terminatam, *l. 1. ff. de re iud. l. res iud. ff. regul. Iuris. cap. cum inter de re iudicata, cum pluribus conſonantibus*. Argel. *de legit. contrad. q. 3. art. 5. num. 168. fol. 67.*

Ità operatur, vt ſuper contentis in ea nulla amplius; moueri poſſit controuerſia *l. 2. & 3. C. vt lit. pend.* vt in terminis Curt. Iunior. *conſ. 23. in fine.* Alex. *conſ. 156. ſtantibus num. 6. verſ. ſi ergo d. ſententia lib. 2.* Natta *conſ. 524. num. 3. & 28.* Surd. *conſ. 61. numer. 2. cum ſeq.* Quia facit de albo nigrum, & pro veritate habetur Surd. *deciſ. 170. num. 15. Rota in recent. p. 2. deciſ. 572. num. 2. & p. 6. deciſ. 60. num. 3. & p. 7. deciſ. 258. num. 2. et deciſ. 233. num. 16. in fine.* Tomat. *deciſ. 96. num. 55.*

2 Adeout ſi ex Inſtrumẽtis nouiter repertis, bonum Ius aduerſus rem iudicatam, deducere quiſque vellet, hoc niſi præuio iudicio reſtitutionis in integrum nullo pacto conſequi Iure poſſet. Od. *de reſt. in integrum q. 73. art. 3. verſ. ad primum.* Surd. *conſ. 268. num. 32. Rota in recen. p. 4. deciſ. 633. num. 5.* Tomat. *deciſ. 42.*

3 Ergo tanto magis, dum agitur de re iudicata firmata temporis antiquitate, excedentis triginta annos, & lata per Magiſtratum ſupremum præuio Voto *Excell. Rotę*, Ripa *reſponſ. p. de Iure patron.* Mantic. *deciſ. 296. num. 6. & 7.* Put. *deciſ. 328. lib. 2. in correct.* Caſſad. *deciſ. 3. de procurat. num. 3. & in recen. p. 1. deciſ. 406. num. 3. & p. 4. Tom. 2. deciſ. 302. num. 24. fol. 374. & p. 7. deciſ. p. numer. 2. & in puncto* Theſaur. *q. 23. lib. 4. per totam.* Surd. *conſ. 359. n. 19. 20. & ſeq.* vbi quod eſſet reuangare mundum, niſi res iudicatę antiquæ ſupponendæ eſſent, pluries reſpondit *Excellentiſs. Rota 13. Iulij 1622. lib. Mot. 103. à 48. & 9. Decemb. 1623. lib. 104 à 229.*

Quæ temporis antiquitas adeò fouet rem iudicatam, vt etiamſi ex actis non appareret fuiſſe citatos, de iure citandos, nihilominus citatio pręſumeretur

4 interueniſſe *cap. bona 23. de electione, & ibi omnes Canoniſtæ* Put. *deciſ. 327. lib. 2. in correct. num. 2. incipit Dic &c. verſ. tamen iſtis non obſtantibus fol. 322.* Alex. *conſ. 105. ponderatis num. 5. verſ. tamē poſito pro vero lib. 5.* vbi quod præſumitur, citationem interueniſſe ad ſententiam, non obſtante, quod ex actis appareret, de ſola monitione Iudicis ad audiendum eius voluntatem, quæ non cenſetur ſufficiens ad ferendam ſententiam: Gratioſ. Vbert. *de citation. cap. 7. num. 18. fol. 311. Tomo 1. Rota in recen. deciſ. 711. nu. 4. par. 4. Tom. 3.* & quod præſumatur citatio, licet ex actis non appareat, ſtante temporis antiquitate docuit Vant. *de nullit. tit. quib. mod. ſent. null. repar. num. 117. fol. 503.* vbi alios, &c.

5 Eo magis, quia perſæpe, in Magiſtratu Illuſtriſs. contingit, citationes fieri oretenus per Apparitores eiuſdē Magiſtratus, Quapropter negatiua citationis, non poteſt (vt eſſet oneris partis aduerſæ) coarctari. *Rota diuerſ. deciſ. 636. num. 3. et 4. p. 1.* & ſignanter *verſ. ad hac, et coram* Gregor. *deciſ. 59. num. 3. verſ. quia non conſtat fol. 52.*

Neque dicatur, quod huiuſmodi præſumptio citationis, reſtringi debeat tātum modo, quoad D. Pirrum Strozza, de cuius præiudicio principali agebatur, attento quoad ipſe tunc temporis Prædium poſſidebat.

6 Quia ſi præſumitur citatus ille, de cuius intereſſe principaliter agitur, multo magis intrat præſumptio quo ad cæteros, quatenus eſſent citandi, ſed re vera, vt ſententia lata contra fideicommiſſarium, ſeu hæredem grauatum noceat ſubſtitutis, cæteriſque vocatis, non eſt neceſſe, vt interueniat citatio, niſi eius, de cuius præiudicio principaliter agitur, ſiue ſit hæres grauatus, ſiue ſubſtitutus, vt per plura iura expreſſa, receptiorem, veriorem opinionem, fauorabilioremque tanquam finem litibus imponentem probant Molina *de primog. lib. 4. cap. 8. à num. 3. et ibi addens, pleniſſimè* Fuſar. *q. 622. num. 1. cū ſequen. toto calamo.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 3. q. 73. num. 121. mihi fol. 188. cū ſequen.* Peregr. *de fideicom. art. vl. à n. 37. et à n. 50. ad 60. et ibi plene* Cenſal. ex quibus Cathaloghis confunduntur illi, qui affirmant, neceſſariam eſſe citationem per proclama, receptiorem eſſe ſententiam. Addo *Rotam in recens. p. 4. Tomo 3. deciſ. 533. num 44. fol. 37.* S. Felic. *deciſ. 88. et 89.*

7 Quanquam quatenus etiam fuiſſet neceſſaria citatio per proclama, ſatisfactum fuiſset, dum D. Petrus, pater D. Aduerſarij, ſciuit litem agi in Magiſtratu Illuſtriſs. vſque de Anno 1591. & antea. Achil. *deciſ. 5. de Dolo, et contum.* Coccin. *deciſ. 449. num. 5.* Gratian. *diſceptat. 456. num. 85.* Ridolfin. *in praxi recen. p. 3. cap. 2. num. 78.* & in puncto, quod deneganda ſit audientia quibuſuis alijs ſubſtitutis latè reſpondit Ger. Spin. *conſ. 94. fol. 455.* vbi ad ſaturitatem reſpondet omnibus obiectis.

Scientia verò D. Petri deducitur, ne dum, quia facile ſciri præſumuntur, quæ in patria aguntur, præſertim vbi interuenere tot banimenta, & publica edicta, ad effectū ſubhaſtationis eorū-

8 dem bonorum. *Rota diu. deciſ. 159. n. 11. p. 2. Excellentiſs. DD. Tres lib. 104. fol. 229. verſ. nec dubitari poteſt.*

Sed etiam quia D. Petrus, tanquam Curator D. Pirri, ſicuti citari debebat in cauſa minoris. *l. Creditor ff. de diſtract. pig.* Penia *deciſ. 979. num. 1.* Ità, & interueniſſe conſtat, tam nomine minoris, quam nomine proprio, vt de Curatoris nomine liquet ex Decreto, Magiſtr. Illuſtriſs. ſub die 31. Maij 1591. ibi *Volendo le SS. loro Clariſſime dar fine in quanto ſia poſſibile alla cauſa de fideicommiſſo, che pretende Pirro d'Agnolo Strozzi tanto indotto dal q. Piero di Cianozzo Strozzi, quale è fideicommiſſo trāſverſale, quanto d'Agnolo vecchio Biſauo di eſſo Pirro, et inſieme, quali ſieno li Beni liberi da detti fideicommiſſi, ſopra quali ſi poſſano, e debbano pagare li Creditori di eſſo Agnolo giouine, e perche queſta è cauſa, che in vna ſola volta non ſi può cōcommodamente ſpedire*, ſendo hormai circa due anni, *che è ſtata trattata innanzi*

nanzi all'Eccellente M. Domenico Toſchi Auditore di S.A.S. d'ordine di eſſi Clariſs. SS. dinanzi il quale per le dette parti, cioè di M. Piero di Vincenzio Strozzi Curatore *di eſſo Pirro da vna banda, e M. Zenobio Paccalli Procuratore dell'Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Sig. D. Giouanni Medici creditore ai eſſa heredità d'accordo ſi ſono fatte cinq; claſſe de beni la prima, &c.*

De nomine proprio, ſatis conſtat ex Decreto eiuſdem Magiſtratus tenoris infraſcripti. Videlicet.

Adi 28. di Maggio 1651.

Per parte delli Clariſſimi Signori Logotenente, e Conſiglieri per S.A.S. nella Republica Fiorentina ſi comanda à Ser Zanobi Paccalli, come Procuratore dell'Illuſtriſsimo, & Eccellentiſsimo Signor D. Giouanni Medici, che venerdì proſsimo da mattina compariſca dauanti al Magiſtrato di loro Signorie Clariſsime per la ſpeditione, che pendo infra S. Eccell. Illuſtriſs. da vna, e gli figliuoli d'Agnolo Strozzi dall'altra, &c. alias mandan. &c. & ſi comanda à

Piero di Vincentio Strozzi, che Venerdì proſsimo da mattina compariſca dauanti al Magiſtrato de loro Signorie Clariſsime per la ſpeditione della Cauſa che pende infra d. Piero da vna, e l'Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Sig. il Sig. D. Giouanni Medici dall'altra, &c. alias, &c. mandan, &c.

Si igitur ex tenore dd. Decretorum, conſtat non ſolum de pendentia Cauſæ cum eodem D. Petro proprio, & Curatorio nomine, ſed etiam de inſtructione eiuſdem, dum affirmatur eam fuiſſe in expeditione, ergo dictus Petrus non ſolum habuit ſcientiam litis pendentiæ, ſed etiam fui citatus, monitus, & cauſam plene defendit.

Qua propter parum iuuat ad euitandam vim rei iudicatæ, allegata abſentatio ad Vrbem, quia ſibi imputet, ſi diſceſſit, nullo conſtituto Procuratore, qui citari poſſet, nam tali caſu citatio nulla requiritur ex neceſſitate, ſed ex vrbanitate, vbi eſt conſuetudo, citari
9 ſolet per contradictas: *Rota deciſ.* 10 *de re iud. in nou. prope fin.* Put. *deciſ.* 371. *num.* 2. *in correct.* Beltram. *ad* Greg. *dec.* 430, *n.* 6. & 8. vbi quod procedit licet etiã Procurator ſe abſentauerit à loco Iuditij nulla facta ſubſtitutione alterius Procuratoris. Veſtr. *in prax. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 4. Gratioſ. Vbert. *de Citat. cap.* 9. *numer.* 407. *fol.* 611. *Tom.* 2.

Quibus ſtantibus calumnioſè deteguntur exceptiones colluſionis, & eo magis, tum quia actũ fuit inter Magnates, à quibus procul eſſe ſolet huiuſmodi notæ ſuſpicio, tum etiam quia non poteſt in dubium reuocari pecunias ex retractu bonorum diſtractorum, ceſſiſſe in extinctionem crediti, claræ mem. Don Io. creditoris d. D. Pirri tãquam hæredis patris ſui, non autem fuiſſe confictum creditum ex dolo D. Pirri, tunc Pupilli, prout requiritur, ad arguendam alienationem de vitio colluſionis, ex cumulatis per Ricium *colle-*
10 *ctanea* 2869 *& ad* Franc. *dec.* 679. Giurba *obſeruat.* 17. *p.* 1. *n.* 8. *pleniſsime* Intrigliol. *de ſubſtitut. d. Cent.* 3. *q.* 73. *n.* 123. *mihi fol.* 188.

Accedunt non ſolum melioramenta facta per Angelum Patrem d. Pirri, & per Bernardum eius Auum, aſcenden. ad ſummam ſcutorũ 5418. prout liquet ex ſententia lata de Voto totius Excellentiſſimæ Rotæ per eundem Illuſtriſſ. Magiſtratum Anno 1606.

Sed etiam, & aliæ detractiones prout in Decreto infraſcripto videlicet

Adi 31. di Marzo 1608.

Il Sereniſsimo Gran Duca di Toſcana, e per S. A. S. li Molti Magnifici Logotenente, e Conſiglieri nella Republica Fiorentina, &c.

Veduto, e ben conſiderato per mezo dell'Eccellentiſs. loro Auditore Spanocchi le ſentenze Decreti di loro Supremo Magiſtrato vno ſotto 19. d'Agoſto dell'Anno 1605. à relatione di tutta la Magnifica Rota, e l'altro ſotto il dì 12. di Settembre dell'anno 1606. parimente à relatione di tutta la magnifica Rota infra l'Illuſtriſs. & Eccellentiſs. Signore D. Gio. Medici da vna, e Mad. Coſtãza Strozzi già moglie d'Agnolo

de medeſimi Strozzi, e Pirro ſuo, e del d. Agnolo figliuolo dall'altra con tutte le coſe in dd. Decreti, e relationi, contenute alli quali, &c.

Vdito per detto Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore D. Gionanni Meſſer Bartolomeo Landi Cauſidico, e ſuo Procuratore, e Pirro d'Agnolo Strozzi predetto, e ben conſiderato, quanto per l'vno, e l'altro, e ſtato detto, e parſo da cōſiderare ſer. &c. *& ottenuto il partito.*

Deliberorno, & deliberando, dichiarorno per la legittima ſpettante al detto Pirro per le ragioni de' ſuoi Autori, e per li miglioramenti, di che in dette Sentenze, ò Decreti, non oſtante il fideicommiſſo nelle dette Sentenze, ò Decreti menzonati, poterſi vendere, & alienare, come liberi, tanto de' beni a detti fideicomiſſi ſottopoſti, che in tutto per le ſudette detrattioni à ragione di legittima, e di miglioramenti aſcendino alla ſtima, e valore di ſcudi tremila, e quattrocento, e quattordici di lire ſette per ſcudo, e li detti miglioramēti douere in luogo di dd. Beni ſoggiacere alli fideicōmiſſi di che ſopra, e tutto in ogni milior modo, &c. man. &c.

Quod Decretum eo acrius vrget, quia emanauit poſt quam fuerat diſtractum Prædium, de quo agitur, quapropter ſi adhuc remanebant libera ſcuta 3414. eo magis certa remanet validitas alienationis huius Predij, cum certiſſi-
11 mum ſit, quod primæ alienationes cedunt in partem liberam. Fuſar. *de fideicom. queſt.* 543. *num.* 21. *latiſſime in lib. Motiu.* 119. *à fol.* 312.

Non obſtant ea, quæ ex aduerſo deducuntur ſub prætextu laudi, ad abſorbenda huiuſmodi melioramenta, & detractiones, quia credendum non eſt, quod tunc tēporis fuerit ommiſſa hæc inquiſitio, & dilata poſt longiſſimum tempus, quo agitur cum pupillis, prorſus ignaris factorum domeſticorum DD. Aduerſariorum, & propterea cum præſumatur pro ſententiis, releuare nullo pacto poſſunt, vt egregiè reſpondit; Surdus *plurimis allatis auctoritatibus conſ.* 359. *numer.* 21. *& ſequen.*

Tandem pro coronide adſunt, etiam melioramenta, & expenſæ pro ſumma ſcutorum duorum millium ſaluo, &c. facta per claræ memoriæ equitem Camillum Guidium Auctorem iſtorum pupillorum, præuio Decreto Magiſtratus Illuſtriſſimi, citato, & conſen-
13 tiente D. Petro Patre D. Aduerſarii, ad impediendam magnam ruuinam Palatii eiuſdem Prædii tunc imminentem, quę de perſe adequant prætium totius Prædii, & ideo multo magis redarguunt moleſtias, & vexationes ex aduerſos factas. Fuſar. *de ſubſt. queſt.* 66. *numer.* 1. *Rota coram* Merlin. *deciſ.* 522.

Neque dicatur quod ex iuribus productis, ſeu ex inſtantiis, & comparitionibus hucuſque factis, fuerit lis cōteſtata ſuper meritis, ac proinde factū præiudicium rei iudicatæ, quia cum Magiſtratus Illuſtriſſimus, commiſerit, vt in hac Cauſa, primo loco reſpondeatur, an obſtet res iudicata, quādo etiam Procurator horum pupillorum ſuis comparitionibus productionibus, & inſtantiis, voluiſſet prorogare Iuriſdictionem, & præiudicare rei iudicatæ (quod longè fuit ab eius mente) hoc tamen in præiudicium pupillorum nullo pacto facere potuiſſet, etiam
14 quia ad prorogandam Iuriſdictionem requiritur ſpeciale mandatum. Vant. *de nullit. ex defectu mandat. numer.* 210. Pariſ. *conſ.* 15. *numer.* 3. *lib.* 4. Moedan. *deciſ.* 43. *numer.* 1, 2. *de appell.* Roman. *conſ.* 48. *num.* 1. *in fine* Guidopap. *deciſ.* 462. *num.* 2. Penia *deciſ.* 181. *numer.* 6. Greg. *deciſ.* 75. *numer.* 1. *& deciſ.* 434. *num.* 4. Franc. *deciſ.* 579. *& ibi addens mihi fol.* 111. *& in puncto fideicom. Rota in recent. p.* 2. *deciſ.* 84. *num.* 3. *duplicata coram* Greg. *deciſ.* 556. *num.* 4. *verſ. nec obſtat reſpondit Rota in Romana prætenſi fideicōm. de Strozzis* 17. *Febr.* 1645. *coram Illuſtriſs. D. meo Cerro in* §. *Nec qui quidam releuat, &c.*

Quare ſaluo, &c.

Deditiſſimus, & obſequentiſſ.

Io. Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XVIII.

Fatalia appellationis, nullitatis, & reſtitutionis in integrum, quandiù durent, itàut Cauſa, non dicatur deſerta, nec ſit locus executioni, & quando dicatur firmata iuriſdictio Iudicis appellationis, itaut deſerta Cauſa, Iudex, à quo, non poſſit exequi, & quando requiratur ſententia, ſuper deſertione Cauſæ. deuolutio quando non admittat appellationem ſuſpenſiuam.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probatur, ad fauorem rei conuenti, contra actorem, ex natura iudicij moti.*

2 *Index priuat poſſeſſione, itàut, non competat amplius manutentio.*

3 *Declara procedere, vbi Index ritè, & rectè proceſſit, ſecus ſi nulliter, vel attentatè.*

4 *Deſertio appellationis in dubio non præſumitur, num. 37.*

5 *Fatalia reſtitutionis in integrum à die deſerta appellationis durant ſpatio quadriennij, nullitatis verò per Triginta Annos.*

6 *Requiritur tamen, vt conſtet de aliqua nullitate, vt lapſis fatalibus appellationis ſubintrent fatalia nullitatis.*

7 *Index pronuncians deſerta inſtantia, nulliter procedit.*

8 *Pronunciatio prout in cedula, non poteſt reiterari, citrà nullitatem.*

9 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, appoſita in conſtitutione, tollunt conſuetudinem contrariam.*

10 *Stylus probandus eſt in indiniduo, quia non extenditur.*

11 *Ad prorogandam iuriſdictionem requiritur ſpeciale mandatum.*

12 *Voluntas, quæ ex actu deducitur, non extenditur vltrà id, quod ex neceſſitate infertur.*

13 *Nullitates ex defectu iuriſdictionis, & citationis, tollit ſolus Princeps.*

14 *Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis, nō cenſetur habere mandatum, niſi in cauſis criminalibus.*

15 *Ad declarandam caducitatem requiritur ſpeciale mandatum.*

16 *Intrat preocupatio vnius, etiam in mādato, cum clauſula in ſolidum, niſi adſit clauſula, ita quod per prauentionem, &c.*

17 *Deſertio appellationis requirit præfixionem termini ad docendum de proſequtione. Vide numer. 41. & ſequen. Declara, vt ſub num. 18.*

19 *Appellatio admiſſa, cum clauſula ſi, & in quantum, quando cenſeatur admiſſa, num. 35.*

20 *Cautela agendi ad deuolutionem bonorū emphitheuticorum itàut non intret appellatio, numer. 34.*

23 *Requirit, vt deuolutio ſit omnino clara.*

21 *Conſtitutio prohibens appellationem ſuſpenſiuam, procedit in ſententia valida, & iuſta.*

22 *In feudalibus, vt intret deuolutio, requiritur interpellatio ad ſoluendum, cum mandato ſpeciali interpellantis.*

24 *Vbi inſtrumentum canet, vt intret appellatio, ea ſemper intrat, etiam in caſu alias inappellabili.*

26 *Iuriſdictio, quando dicatur firmata abſque Decreto mandari procedi, nu. 28. & 36. & 43. 44. & ſequen.*

27 *Per ſolam commiſſionem de citando, cenſetur perpetuata iuriſdictio delegati, ità vt per mortem delegantis non expiret.*

29 *Ad euitandam deſertionem, quādo Cauſa ſit expedienda infrà Annum.*

38 *Sententia ſuper deſertione, quando requiratur, num. 38.*

31 *Fatalia appellationis, quandiù durent.*

32 *In Curia Romana fatalia appellationis, quandiù durent, numer. 33. Vide num. 48. cum ſeq.*

39 *Inhibitio quando ſit timenda.*

40 *Facultas inhibendi pendet à cōmiſſione.*

Reſtitutio

Reſtitutio in integrum, dicitur commiſſa à Die impetrati reſcripti, non autem à Die vſus cõmiſſionis, ità vt dicatur præuentum, quoad exequtionem, dum commiſſio fuerit ſuper reſtitutione, ſignata antè tempus petitę exequtionis.

FLORENTINA
prætenſæ deuolut.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domine,

TAntum abeſt, vt manutenentio ſit danda ad fauorem Illuſtriſſimæ Menſę Archiepiſcopalis, vt potius ſit concedenda Illuſtriſſimis DD. de Pazzis, cum de eorum poſſeſſione anteriori liquido conſtet, dum fuit ex aduerſo contra eoſdem, actum pro dimiſſione corundẽ bono-
1 rum, quod ſupponit eos poſſidere. Rolan. *conſ.* 32. *num.* 57. *lib.*4. *Rota coram S.M.* Greg. XV. *deciſ.* 402. *num.*1. *& deciſ.*458. *num.*2. *latè* Beltram. *ad deciſ.* 200. *numer.* 5. *& in Romana Domus* 16. *Februarij* 1632. *Coram Pirouano apud* Poſt. *de manut. deciſ.* 336. *num.* 1. *&* 2. *mihi ſol.* 310. *& in Neapolitana ſequeſtri, ſeù donationis* 18. *Martij* 1643. *coram Rotas, & in Ariminen. bonorum* 26. *Iunij* 1645. *coram Veroſpio, & in Montis Politiani bonorum* 1. *Iulij* 1648. *coram D.Meltio infra impraſſa.*
2 Non obſtat prætenſa poſſeſſio, capta de mandato Reuerendiſs. D. Iudicis, à quo, quæ tanquam capto vigore rei iudicatæ, priuauit DD. de Pazzis, ità vt amplius nou poſſint manuteneri *leg. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſſ.* & ibi ſcribentes.
3 Quia obiectum procederet, ſi ritè, ac rectè fuiſſet proceſſum ad priuandum DD. de Pazzis, eorum poſſeſſione, ſed cum nulliter, & attentatę hoc factum fuerit, hinc ſequitur manutentionem eis deberè *l. pręcia, ff. de acq. poſſ.* Oldrad. *conſ.*206. *numer.*4. Seraph. *deciſ.* 1176. *num.*6. Coccin. *deciſ.*380. *num.*3. Cancer. *var. reſol. cap.*14. *num.* 74. *p.*3. *cum alijs relatis per* Poſt. *de manut. obſer.* 10. *num.*82. *& ſeq. mihi ſol.*24. *Rota deciſ.*6. *num.*1. *& ſeq. p.*2. *dicit fuit dictum in Iannuen. attentatorum* 23. *Ianuarij* 1638. *coram Donozetto Decano in d. Montis Politibni bonorum.*
4 Quod autem nulliter, & attentate fuerit copta dicta poſſeſſio, in dubium reuocari nequit, quia deſertio, ſuper qua fundatur, licet ſufficeret, vt turbida reddi poſſet ad iſtum effectum, vt liquet ex dicta *deciſ.*6. *num.*10. *p.*2. *diu* Decius *conſ.*83. *numer.*7. potius apertiſſimè excluditur, cum vigore delegationis Apoſtolicæ, commiſſa eſſet cauſa, reſtitutionis in integrum, (cuius
5 fatalia, vſquæ ad quadriennium progrediuntur), & nullitatis (quæ ſolo ſpatio triginta Annorum circumſcribitur) *vt per* Fran. *in cap. dilecto num.*78. *de appell.* Caſtren. *in conſ.*288. *ad primum reſpondetur ſub numer.* 2. *verſ. circa ſecundum, lib.*1. Put. *deciſ.* 168. *lib.*2. *ſol.* 259. *in cor.* quæ loquitur iuxta terminos commiſſionis, de qua agitur, vt benè obſeruat Loter. *de re beneſ. lib.* 2. *queſt.*20. *num.*154. Achil. *deciſ.*15. *de reſcrip.* Seraph. *deciſ.*1485. *num.*1. *& in recent. deciſ.*151. *nu.*2. *p.*1. *& p.*2. *deciſ.* 564. *numer.*1. *& p.*3. *deciſ.* 715. *num.*4. *late coram* Greg. *deciſ.* 306. *& ibi* Bel-
6 tram. *num.*3. *&* 4. *pag.*328. Vbi quod requiritur, quod conſtet de aliqua nullitate, &c.

Et in caſu noſtro nullitates aduerſus ſententiam D. Iudicis, à quo, ſunt omnes, ex tribus, mandati iuriſditionis, & citationis, vndè procul eſt omnis duditatio deſertionis *Rota apud* Fenzõ. *ad ſtatuta Vrbis deciſ.*175. *& apud* Poſt. *de manuten. deciſ.*134. *& in Valentina Parochialis* 7. *Maij* 1618. *&* 21. *Februarij* 1620. *coram Card. Veroſpio* Loter. *de re beneſ. lib.*2. *queſt.*20. *num.*154. *pag.*462.
7 Defectus iuriſdictionis reſultat, quia Iudex pronunciauit, prout in Cedula, & eam non exhibuit infrà terminum conſtitutionis ſynodalis, vnde ei iure obiectum fuit, inſtantiam fuiſſe deſertam, ex conſtitutione Prouinciali Florent. *tit. de Iud. cap.*5. *mihi ſol.*100.

vt in

*vt in proceſſ. primę inſtātię fol.*132. quod ſufficit ad huiuſmodi nullitatem ob deſertionem reſultantem. Cabal. *conſ.*152. *nu.*149. *lib.*1. *fol.*186. *Rota apud* Zach. *de oblig. Cam. deciſ.* 184. *num.* 1. Antonell. *conſ* 45. *num.*24. *fol.*117.

Neque dicatur, quod ſaltem hoc facere ſibi licuit vigore ſententiæ, ſeù Decreti Reuerendiſs. DD. meorum, quia retorquetur argumentum, ponderando, quod ex ſententia prædicta cauſa remiſſa fuit ad D. Iudicem, à quo pro aperitione, ſeù publicatione cedulæ per ipſum alias vltimo loco ſuperhinc indè petitis habitæ, igitur contra formam d. ſententiæ d. Iudex vice publicandi cedulā, ſub die 23. Iulij 1649. mandauit ſibi acta exhiberi, *vt in proc. fol.*142. *& ſub die* 29. *Maij* 1650. *vt ibidem fol.*159. & ſic tertio loco pronunciauit, prout in cedula, quod citrà nul-
8 litatem ex deffectu etiam iuriſdictionis, & citationis fieri non potuit per *tex. expreſſ. in l.*2. *&* 3. *C. de ſent. ex periculo recitan. Rota in recen. p.* 2. *deciſ.* 474. *num.*7. *& deciſ.* 51. *num.* 2. *& p.*1. *deciſ.*46. *numer.*1. Ricc. *in collect.*3146. Gratian. *diſcep.*950. *numer.* 22. Tomat. *deciſ.*108. *Maceraten.*

Licet enim Rota huiuſmodi ſententias latas in Ciuitate Florentiæ contra expreſſam diſpoſitionem iuris, dum cedula exhibita fuit extra diem pronunciæ, ſuſtinuerit vigore ſtyli, *vt in Florentina fideicom.*28. *Iunij* 1638. *in §. ſexta nullitas, coram Carrillo impreſſa poſt cap.*7. *deciſ.*1. *num.*19. *& ſeq.* tamen iſte ſtylus non iuuat in hoc caſu ad ſuſtinendum pronunciam, prout in cedula, vſque ad tertiam vicem, tum quia eſt contra formā remiſſionis RR. DD. Auditorum Illuſtriſs. D. Nuncij Apoſtolici, tum etiam contra conſtitutionem Prouincialem authoritate Apoſtolica roboratam, cum Decreto irri-
9 tāte, & clauſula ſublata, &c. Quæ clauſulæ ſi habent vim tollendi conſuetudinem in contrarium, vt latè per Barboſ. *clauſ.*40. *nu.*35. *& ſeq. pag.*394. *& clauſ.* 526. *nu.*23. *& ſeq. fol.*525. Theod. Rub. *clauſ.*258. *numer.*70. qui alios, multo magis vrgent, ad effectum, ne ſtylus
10 exorbitans à Iure extendatur ità exorbitanter. *Rota coram* Merlin. *deciſ.*458. *numer.*27. *& deciſ.*552. *numer.*12. *&* 13. *&* 755. *numer.*17. probandus enim fuiſſet in indiuiduo tertiæ pronunciç, alioquin non ſuffragatur, *Rota in recent. p.*4. *tom.*2. *deciſ.*488. *num.* 9. *fol.* 78. *p.*1. *deciſ.*486. *num.*9. *in recent.*

Neque dicatur quod ſaltem vigore prorogationum adhibitarum, cum D. Alexandro Lerio Procuratore DD. de Pazzis ad publicandam cedulam, ceſſet obiectum, quia vltrà quod ad prorogandam iuriſdictionem requiritur ſpeciale mandatum. Vant. *de nullit. ex deffect. mand. num.* 210. Pariſ. *conſ.* 15. *num.*3. *lib.*4. Moedan. *deciſ.*43. *num.*1. *& ſeq. de appell.* Roman. *conſ.* 48. *nu.*1. *in fin.* Guidop. *deciſ.*462. *numer.*2. Penia *deciſ.*462. *num.*2. *& deciſ.*652. *num.*4. & propterea non potuiſſet præiudicare DD. de Pazzis, vt reſpondit Rota *in Roman. prætenſi fideicomm. de Strozzis* 17. *Februarij* 1645. *coram Cerro in §. nec quicquam releuat ſupra impreſſa poſt cap.*8. *deciſ.*1. *numer.*7. Surd. *deciſ.* 181. *num.*16. Greg. *deciſ.*75. *numer.*1. *& deciſ.*243. *num.*4. *pag.*248.

Ceſſat hæc diſputatio, quia D. Lerius prætendebat ſententiam, ſaltem ſuper deſertione, aut ab obſeruatione iuxta eius inſtantiam ad formam ſynodalē, & ideo eius conſenſus tacitus, non eſt trahendus, vt voluerit prorogare iuriſdictionem ad pronūciam ſuper meritis, dum eius iuriſdictio, ſtante deſertione per eum eidem obiecta, erat limitata ad iſtam ſententiā ſuper deſertione, vt præter ſuper allatas authoritates reſpondit Io. Fran. à Ponte *conſ.*
12 62. *num.*6. *lib.*2. *mihi pag.*384. voluntas enim, quæ ex actu deducitur, non extenditur, vltrà id, quod ex neceſſitate ex actu infertur. Bart. *in l.*1. *§. ſi quis hoc infine dectinere, actuq. prin. & ibi alij* Gratian. *diſp.*697. *numer.* 7. *Rota coram Andrea deciſ.*92. *num.*4. *& in Feſulana Oratorij* 26. *Iunij* 1648. *coram D. Bichia impreſſa in fin. cap. deciſ.* 2. & ſic nullitas defectu iuriſdictionis, & citationis, &

Digitized by Google

13 nis, & citationis eſt patens, quæ nec
etiam per ſignaturam Iuſtitiæ eſt ſana-
bilis, vt reſpondit Rota coram Bu-
ratto *deciſ.871. ſub nnmer.6. in fine fol.
233. tom.3.*

Defectus mãdati reſultat, quia D. Ra-
phael Tozzius vti Camerarius, & Pro-
curator Generalis Archiepiſcopalis, li-
tem ſuper deuolutione cõteſtatus fuit,
ſententiam verò obtinuit D. Vineen-
tius Aſſirellus, tanquam Procurator
14 Fiſcalis, qui non cenſetur habere man-
datum, niſi in criminalibus, vt liquet
ex adductis per Diaz. *in prax.crim.cap.
4 ibi adcns.*

Sed quando etiam, tam ipſe, quam D.
Tozzius mandatum ſufficientiſſimum
habuiſſent, vterque inſolidum, quod
ſpeciale requiritur ad declarandam ca-
15 ducitatem, & ad acceptandam deuo-
lut. vt latè per Fulgin. *de var. caduc.
queſt.12. num.23. fol.*593. nihilominus,
cum ſolus D. Tozzius litem fuerit con-
teſtatus, vtique præocupato, per illum
exercitio mandati, expiraſſet, quoad
D. Aſſirellum, ità vt nõ ſe potuerit in-
gerere, neq; litem proſequi, vt eſt tex
16 apeatus, *& ibi* Gloſ. *in cap. ſi duo in ver-
bo inſolidũ de procur. in 6.* Gratian. *diſp.*
201. *num.*50. *& ſeq. Mantica de* Tacit.
& ambig. lib.7. tit.17. num. 1. vbi quod
propterea rẹquiritur clauſula præſer-
uatiua huiuſmodi facultatis, &c.

Item nulliter fu it proceſſum, ad præ-
tenſam exequtionem rei iudicatæ, non
ſolum quia non potuit D. Tozzius, poſt
qtam D. Aſſirellus, vt Fiſcalis reporta-
uit ſententiam pro caducitate, & deuo-
lutione, regredi, tanquam Procurator
eiuſdem Menſæ, cum eius mandatum
ceſſauerit iuxta, *tex. in d. cap. ſi duo.
§. cęternm de proc. in 6.* ſed etiam, quia
17 ſi prętendebatur deſertio requirebatur
præfixio termini ad docendum ad ap-
pellatione eiuſque legitima proſequ-
tione. Bart. *in l.1. unm.9. in fine, ff. nil.
innon. appell. pend.* de praxi communi
Ridolphin. *in prax. recent. p.1. cap.13.
nnm.590. cum ſeq. fol.*219. *Rota in Roma-
na Vinea 3. Marty 1600. coram Card.
Lancellotto.* Marcheſ. *p.2. fol.*139. *num.
75. de commiſ. plene in Peruſina bonorum
coram Cuccino* impreſſa apud Poſt. *de
18 manuten. deciſ.*22. vbi quod quando ex
actis plenè conſtaret, nullam fuiſſe in-
terpoſitam appellationẽ, vel non fuiſ-
ſe legitimè proſequtam, tunc non eſſet
neceſſaria præfixio d. termini, & in ca-
ſu noſtro de appellatione conſtat ex
actis eiuſdem D. Iudicis à quo, quæ li-
cet fuerit admiſſa, cum clauſula, ſi &
in quantum, &c. cum eſſet adinciſſib i-
19 bilis, negari nequit, illam admiſſam
cenſeri ex late cumulatis per Barboſ.
*clauſ.*149. *num.*1. *cum ſeq. pag.*500. *Rota
apud* Poſt. *de manut. deciſ.* 219. *num.* 8.
*et obſer.*106. *num.* 26. *et ſeq.* ſubſequta
maximè commiſſione Apoſtolica, quæ
tollit omnem diſputationem, vt in f or-
tioribus terminis Duran. *deciſ.* 96. 191.
160. 240. *& apud* Poſt. *de manut. deciſ.*
246. *& late addens ad* Buratt. *deciſ.*902.
*nnm.*6. *in Piſtorien. Theſaurariæ 31. Ia-
nuarij.1648. coram D. Terracinen.*

Non obſtat, quod tam de iure com-
20 muni, quam ex ſynodali Florentina,
vbi actum fuit poſſeſſorio cẽſetur ſub-
lata appellatio ſuſpenſiua, ac proindè
quod non eſſet admiſſibilis d. appel-
latio.

Nam vltrà quod huinſmodi conſtitu-
21 tiones prohibentes appellationem ſu-
ſpenſiuam reſtringuntur quatenus ſen-
tentię iuſtæ, & validæ fuerint, vt vi-
demus in Egidiana Buratt. *deciſ.*63. *nu.*
11. 457. *num.*11. 630. *num.*5. *deciſ.*749.
780. 785. 850. & alias paſſim.

Et in caſu noſtro exprædictis conſtat
de nullitatibus, & vlterius de iniuſti-
tia, cum ex bene deductts per D. in fa-
ctum ſcribentem, ceſſet defectus ſolu-
tionis, vndè eo minus intrare poteſt
prętenſa deuolutio, dum in feudalibus
22 (prout nos verſamur) requiritur non
ſolum interpellatio ad ſoluendum Ca-
nones, Mantic. de Tacit. *lib.* 22. *tit.*4.
*nnm.*16. Fulgin. *de emph. in prelud. queſt.
9. verſ. altera differentia fol.*34. ſed etiã
mandati exhibitio, etiam parte non
petente, alioquin non conſtituitur in
mora, vt latè per Brogn. *deciſ.*19. *num.*
52. *p.*3. atqui ad effectum appellationis
ſuſpen-

23 ſuſpenſiuę, ſatis eſt, quod caducitas nō ſit adeò clara, & euidens, vt non poſſit in controuerſiam reuocari, *vt in Ariminen. deuolutionis apud* Marcheſ. *de commiſſ. tom.* 1. *fol.* 595. *in Romana deuolutionis* 18. *Aprilis* 1616. *coram* Andrea *deciſ.* 61. *num.* 7. *& deciſ.* 36. *numer.* 7. *& in Romana deuolutionis Domus* 16. *Februarij* 1632. *coram Pirouano* impreſſa apud Poſt. *de manut. deciſ.* 336. *numer.* 7. *canonizata in d. montis* Politiani *bonorum, & in rec. deciſ.* 359. *num.* 4. *p.* 5. *& in Auximana Pradij* 15. *Maij* 1645. *corā Reuerendiſs. D. Dunozetto Decano propè finem, &c.*

Ratio eſt palpabilis, quia vbi deuolutio eſt turbida, & poteſt probabiliter controuerti, poſſeſſorium pendet à petitorio, & vnico contextu, vtrumque eſt abſoluendum, vel illud tanquam præiudiciale eſt prius terminandum, vt bene reſpondit Rota *in Romana bonorum* 14. *Ianuarij* 1628. *coram Pirouano* impreſſa apud Poſt. *de manut. deciſ.* 227. *ſub num.* 6. *latiſſ. obſeruat id* Poſt. *obſer.* 56. *numer.* 38.

24 Sed in caſu noſtro hæc abundāt, quoniam Inſtrumentum, cauet expreſsè, vt primus Iudex ſit Illuſtriſs. D. Archiepiſcopus, ſiue eius Vicarius, ſed non per hoc careant DD. de Pazzis beneficio appellandi, vndè ſaltem ex pacto, intrat appellatio. Rota coram Card. Caualer. *deciſ.* 467. *fol.* 418.

Sed alibi ſeruatur Ius commune, vt ſcilicet intra annum fiant diligentiæ, & conſtet de legitima cauſa impedimenti, *iuxta l. finali* §. *illud C. de temporal. appellat. Rota in Toletana primitiarum* 10. *Decemb.* 1579. *coram Bubalo*.

Quibus ceſſantibus ad inducendam deſertionem ſufficit lapſus primi anni extra Curiam iuxta magis communem opinionem, quam diſtinguendo, probat Alex. *conſ.*19 *num.*5. *ibi*, *& ſi nullus inſtiterit lib.* 1. Marant. *in ſuo Specul. par.*6. *artic.*2. *in princ. in verbo*, *& quandoque appellat. num.*231. *verſ. vlterius ſuper iſta*, *ibi*, *& licet iſta opinio nu.*232. *&* 233. *& poſt eum* Oſaſch. *d. deciſ.* 28. *à num.* 2. *vſq; ad* 4. *Rot. diuerſ. in deciſ.*181. *num.*2. *lib.* 2. *part.* 3. *cum alĳs relatis per* Scacc. *de appellat. q.* 15. *artic.*8. *num.*179. *verſ. Secunda opinio*, *& num.* 180. *latiſſimè* Ciarlin. *cap.*133. *num.* 26. *&* 27.

Impedimentum vero debet eſſe legitimum, & ab appellante plene, & concludenter probari *l. final.* §. *illud*, ibi, niſi appellator euidẽtiſsimis probationibus *C. de temporal. appellat.* Alexand. *conſ.* 29. *num.*2. *lib.*7. Scacc. *de appell. quæſt.*15. *artic.*5. *num.*146. *&* 156. Oſaſch. *d. deciſ.* 28. *num.*14. *&* 15. Maſcard. *& innumeri relati per eum de probat. concluſ.*885. *nu.* 9. Surd. *deciſ.*4. *num.*3. *et deciſ.*203. *num.* 17. Caputaquen. *deciſ.* 72. *num.* 1. *et* 6. *par.* 2. Sperell. *deciſ.* 85. *num.* 26. *et* 27. Ciarl. *d. contron.*133. *num.*27.49.50. *et* 51. *Rota in d. Toletana primitiar.* 18. *Decẽb.* 1579. *coram Bubalo*, *in Placentina parrochialis coram eodem*, *et in alia coram* Lancelotto *adductis in deciſ.*501. *num.* 1. *et ſeq. coram S. M. Gregorio*, *et in recent. deciſ.* 399. *num.* 6. *tom.* 2. *par.* 4.

Nec dicatur aliquid actum intra annũ ex petitione facta per DD. de Pazzis procedendi ad vlteriora, & concordandi de Aſſeſſoribus cum proteſtatione lapſus fatalium.

Nam non ſuffragatur, cum amplius prædd. DD. Appellantes tenerentur probare tale impedimentum, ex quo deinde, tamquam ex cauſa immediata ad vlteriora non fuit proceſſum, *l. qui commeatus ff. de re militat. DD. in l.* 2. §. *quod diximus ff. ſi quis cautionib. vbi* Alex. *num.*6. Iaſ. *num.*5. *cum alĳs*, Dec. *conſ.*454. *num.*6. *conſ.*552. *num.*7. *& conſ.* 677. *num.*2. *verſ. Sed breuiter his*, *& ſimilib. non obſtantib.* Ant. *de Butr. in cap.*8. *q.*5. *num.* 6. *in fin. de appellationib.* Alex. *conſ.*72. *num.*12. ibi, *& hoc videtur in ſpecie*, *& ſub num.*17. *lib.*3. Scacc. *de appell. q.* 15. *art.* 6. *num.* 156. *verſ. Reſpondetur quod non ſufficit*, Menoch. *de arbitr. caſ.* 118. *num.*7. *centur.*2. *Rot. in Aſſien. Canonicatus* 26. *Iunij* 1595. *coram b. m. Iuſto*, vbi quod nec pro obtinenda reſtitutione in integrum ſufficit impedimentum, niſi amplius oſtendatur fuiſſe cauſam immediatam nõ proſecutionis, *in Tullen. coadiutoria* 27. *Febr.* 1614. *& in Romana de Marcſcottis*, 20. *Martij* 1615. *coram b. m. Card. Sacrato cum plurib. adductis per* Sperell. *deciſ.*85 *num.*26. Ciarlin. *d. contron.* 133. *num.* 27.

Et inſuper iuſtificare debuiſſent, vltra reale impedimentum, propriam diligentiam in illo remouendo, & quod preſtare hoc minime potuerunt, *l. ſed & ſi Prætor ff. ex quibus cauſis maior. vbi* Bartol. *& in l. quibus diebus*, *vbi* Soccin.

in tertio

Digitized by Google

in tertio notabili de cōdition. & demonſtr. Decian. *in l. prima in fin. C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. & conſ.* 677. *num.* 4. Gozzadin. *conſ.* 38. *num.* 11. Soccin. iun. *conſ.* 76. *num.* 79. *lib.* 1. Crauett. *conſ.* 270. *num.* 3. *pleniſſimè.* Scacc. *d. qeſt.* 15. *art.* 6. *num.* 156. Sperell. *d. deciſ.* 85. *n.* 26. & 27. Ciarlin. *d. controu.* 133. *n.* 27.

Alias nihil releuat, vt indulgeatur ſecundus annus, inſtantia coram Iudice facta expediendi cauſam, niſi appellans oſtendat alia via ſibi prouidere nō potuiſſe, vt probat Marc. Ant. Bauer. *tract. de mora. part.* 1. *num.* 14. ibi, *fortius eſt dicendum* Marcheſ. *de commiſ.* 7. *prorogat. fatal. par.* 1. *num.* 16. *quos refert, & ſequit. idem* Scacc. *q.* 15. *art.* 6. *num.* 156. *verſ. Et quod ad hoc, Rot. in Peruſina de Vbaldis* 17. *Iunij* 1588. *coram clar. me. Card. Pamphilio, & in recent. d. deciſ.* 399. *num.* 7. *tit.* 2. *p.* 4.

Immo quod citatio ad videndū prorogari fatalia, & ipſamet prorogatio non operetur, vt aliquid actum dicatur in cauſa, nec impediat deſertionem poſt lapſum termini prorogationis firmat Put. *deciſ.* 154. *et deciſ.* 320. *lib.* 2. *Rot. diuerſ. deciſ.* 100. *et deciſ.* 108. *et deciſ.* 181. *numer.* 2. *lib.* 2. *par.* 3. Guid. Pap. *conſ.* 73. vbi quod annus datur ad inchoandum, proſequendum, & terminandum proceſſum, Rugginell. *de appellat.* §. 9. *gloſ.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *et* §. 10. *gloſ.* 2. *num.* 36.

Non enim eſt ſumma ope niti inſtare pro expeditione cauſæ, niſi ſaltem pluries appellans hoc faciat, vt per Bald. *in auth. ſi appellatio in fin. vbi etiam* Salicet. *C. de temporal. appellat. in l. final.* §. *illud C. eodem*, Bertr. *conſ.* 111. *num.* 1. *lib.* 6. Alex. *conſ.* 164. *num.* 6. *lib.* 2. Bald. *conſ.* 452. *num.* 2. *lib.* 4. Lancell. *de attentat. p.* 2. *cap.* 12. *nu.* 53 Olaſch. *deciſ.* Pedem. 12. *num.* 6. 7. *et* 8, *vſque ad finem*, Odd. *de reſtitut. in integr. par.* 2 *q.* 70. *artic.* 10. *num* 6. Ciarlin. *d. controu.* 133. *num.* 35. & 36.

Et quod non ſatis ſit petere expeditionem, niſi ſæpius hoc fiat cum proteſtatione, & recurſu ad Superiorem, tenet Olaſch. *d. deciſ.* 12. *num.* 9. Surd. *conſ.* 8. *num.* 23. & 24. Scacc. *quaſt.* 15. *num.* 34. 35. 151. *et* 158. Borell. *in ſumma deciſionum p.* 1. *tit.* 33. *num.* 1096. Odd. *d. queſt.* 70. *art.* 10. *num.* 67. Sperell. *dec.* 85. *num.* 21. Ciarl. *d. controu.* 133. *numer.* 92.

Cæterum extra terminos verſamur, in quibus loquuntur præallegati Doctores ſemper ſupponentes cauſam eſſe in gradu expeditionis, & tunc concludentes appellantis inſtantiam niſi repetitam cum proteſtatione, & alijs circumſtantijs ſupra ponderatis non prodeſſe, vt detur ſecundus annus. Sed in caſu noſtro cauſa tam longè abfuit ab expeditione, vt nunquam coram Iudice ad quem fuerit introducta, nec firmata iuriſdictio.

Cum enim ex parte Menſæ prætenderetur cauſam non eſſe appellabilem, tam attenta diſpoſitione iuris comunis, quia fuit actum per viam præcepti dimiſſionis bonorum, & caducitas non principaliter, ſed incidenter deducta iuxta cautelam, quam ad euitandam appellationem, docet Contard. *in l. vnica C. ſi de momentan. poſſeſſ. queſt.* 15. *n.* 27. *et latè proſequitur* Fulgin. *de iure emphiteot. tit. de diuerſ. quaſt. emphiteot. quaſt.* 2. *per totam*.

34 Quam Synodalis Conſtitutionis expreſſe cauentis in his cauſis deuolutionis bonorum appellationem ad effectū ſuſpenſiuum non admitti, vt in *Reformatione Curiæ Archiepiſcopalis Florentinæ habita in Synodo Diœceſana anni* 1589. *et auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmata, de cuius validitate dubitari non poſſe, eamque propterea ſeruandam eſſe firmauit Rot. in Pampilonen. parrochialis* 16. *Iunij* 1597. *coram b. m. Litta, et in ſpecie plures referendo probat* Sperell. *d. deciſ.* 85. *num.* 3.

35 Et proinde cum peteretur cauſam remitti Iudici à quo, qui ſolum admiſit appellationem ſi, & in quantum, & quatenus de iure, & ſic reiecit quatenus eſſet reicienda, Rom. *conſ.* 501. Felin. *in capit. cum contingat num.* 13. *de offic. delegat. Rot. in Florentina parrochialis, ſiue iuris patron.* 28. *Maij* 1589.

§. *Sacra*

§. Sacra Congregatio in fin. coram b. m. Iuſto.

Inſtantibus DD de Pazzis procedi ad vlteriora, Iudex nunquam decreuit, nõ
36 inhibuit, nec vlterius in cauſa proceſſit, prout ad firmandam iuriſdictionem omnino opportebat, *ex notatis per DD. in Clement. prima, vt lit. pendent. & probat Rot. cum allegatis in deciſ. 57. num. 38. & 39. par. 7. recent.*

Non obſtat, quod ad introducendam cauſam videatur ſufficere ſimplex commiſſio appellationis Iudici præſentata, cum citatione, vt per Ruginell. *de appel. §. 10. gloſ. .. numer. 34.*

Nam quo ad commiſsionem certum eſt eam ſemper intelligi, quatenus appellatio deuoluat, & de iure ſit admittenda, de quo ante omnia Iudex ad quem debet cognoſcere, vt multis probat Surd. *deciſ. 175.* Ruginell. *in præfat. num. 76. verſ. Quia commiſſio*, Scacc. *de appellat. quæſt. 11. art. 2. num. 13. verſ. Secundus caſus.*

Operatur autem commiſsio ſolum, quando Iudex à quo pure detulit appellationi, quod non accidit in caſu noſtro, vt ipſe non poſsit amplius ſe intromittere *cap. Cum appellationib. de appellat.* ſed non cauſam inappellabilem reddit appellbilem in prejudicium Partis, Gabriel. *conſ. 33. num. 4. & 5. lib. 1. Rota coram* Penia *deciſ. 179. num. 4. verſ. Sed Dominus, & in Eugubina prædij 14. Iulij 1649. §. quia præter quod, coram R. P. D. Cerro*, vbi quod appellatio quatenus non ſit admittenda cenſetur etiam refutata.

Et ideo antequam ad inhibitionem per Iudicem ad quem deueniri poſſit, debet ipſi conſtare cauſam ad ſe deuolutam, & de ſua iuriſdictione, vel de conſenſu partium in eam liquere, *cap. Super literis de reſcript. vbi gloſ. in verbo non præſumat, & cap. Non ſolum de appellat. in 6. & vtrobiq; Doctores*, Ruginell. *de appell. §. 6. gloſ. 2 cap. 9. num. 4. & 7.* vbi quod opponente appellato cauſam eſſe inappellabilem, & iuriſdictionem non deuolutam, Iudex antequam inhibeat debet firmare iuriſdictionem, ſaltem ad vlteriora procedendo.

Quo ad citationẽ explorati iuris eſt, eam pro cauſæ introductione non ſufficere, niſi cum inhibitione fuerit contra reum executa, Clemen. *final. & ibi DD. vt lit. pendent.* Dec. *conſ. 460. num. 28.* Guid. Pap. *conſ. 66. num. 9. & conſ. 69. numer. 10.* Socc. *ſen. conſ. 45. num. 7. verſ. Et hoc forte lib. 1.* Lancelot. *de attent. par. 2. cap. 4. in præf. numer. 104. cap. 20. limitat. 24. num. 5. & latius declarat. 1. num. 1. & ſeq. Rota coram* Caualer. *deciſ. 469. num. 1. apud* Poſt. *de manutenendo deciſ. 289. num. 7. et 8. et pleniſſimè in Ianuen. pecuniar ſeu prætẽſorum attentatorum 10. April. 1640. §. non obſtat quod pred. coram R. P. D. Dunozeto Decano.*

Nec vim Proceſſus ad vlteriora dicatur habere decretum à Iudice factum, dum in ipſa literarum aperitione, antequam procurator Menſæ fuiſſet citatus ad firmandam iuriſdictionẽ, dixit velle in hac cauſa procedere, ac iudicare cum voto duorum, vel trium Aſſeſſorum, & non alias, nec aliter.

Siquidem omiſſis cęteris reſponſionibus, & præſertim quod emanauit, abſq; vlla partis citatione requiſita antequã firmetur iuriſdictio ad dicendum contra commiſſionem, Caſſad. *deciſ. 7. in fin. de appell. Rot. coram* Seraphin. *deciſ. 85. ſub num. 1. et deciſ. 599. num. 2. par. 4. recent.* Et vt commiſſio efficiatur communis, *Rot. in Meleuit. comm. de Mazzara 9. Decembr. 1639. §. nec dicatur coram b. m. Pirouano, et in Ariminen. fideicommiſſi 7. April. 1642. §. non enim ſubſiſtit coram Reuerendiſs. Decano.*

Remouetur omne dubium, quia procedere, & velle procedere idem non eſt, & verbum volo iunctum alteri verbo infinitiui temporis non importat diſpoſitionem de præſenti, ſed voluntatem id agendi in futurum, *gloſ. in l. ſerui electiones. in verbo poſſumus, ff. de leg. 1. Lexicon. Iur. in verbo volo*, Barb. *dict. 436. num. 14. Rota coram* Burat. *deciſ. 199. num. 5. verſ. Prout ſi dixiſſet, & in Vltiſpponen. nullitatis profeſſionis 29. Ian.*

Ian.1646. §. octauo conſiderabant coram b.m. Arguell.

Quod verò cauſa non fuerit introducta, ne dum Iudex agnouit qui tamquã iuriſdictione non firmata ab inhibendo ſemper abſtinuit, ſed procurator ipſe DD. de Pazzis confeſſus eſt, dum poſtea petijt procedi ad vlteriora cum proteſtatione lapſus fatalium, quouſq; iuriſdictio firmata non fuerit, qua cõfeſſione ad excluſionem introductionis cauſę nulla maior probatio dari poteſt, *ad tex. in cap. per tuas extr. de probat. cap. Si cautio de fide inſtrum. cum plurib. per Rot. in Bonon. fideic. de Rubeis 5. April.1647. §. nam verba illa, verſ. Et proinde, coram Corrad.*

Neq; diligentiores in ſecundo anno fuerunt appellantes in firmanda iuriſdictione ad effectum, ſi non expediendi cauſam, ſaltem introducendi.

Facta enim in ſecunda fatali inſtantia procedendi ad vlteriora cum proteſtatione, & reſpondente procuratore Fiſcali, nihil innouari debere propter vacantiam Sedis, ſtatim appellantes acquieuerunt, non curantes quidquam à Iudice ſuper ſuſpenſione fatalium ex hac cauſa decerni: Et an verũ eſſet, quod Menſa tali tempore agere, & conueniri non potuerit, facultateq; opponendi de hoc habuerit procurator Fiſcali, cum contrarium potius, quod poſſit agi Sede vacante, quando dilatio commodum Eccleſiæ non reſpicit, quo caſu eiuſdem defenſio incũbit Capitulo, vel cui bonorum adminiſtratio ſpectat, videatur ſentire Felin. *conſ.40. num.8. verſ. Secundus caſus, & & Faciunt tradita per* Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccl. lib.1. cap.32. num.17.*

Et tamen, vt appellantes excuſarentur propter impedimenta, non ſolum introducere cauſam debuiſſent, verum amplius inſtruere, vſq; ad finem perducere, vt nihil ſupereſſet, niſi ſententiam proferre, & adhuc inſtare coram Iudice, iterum, atq; iterum proteſtantes pro expeditione, Bald. *in auth. item ſi appellat. in fin. C. de tempor. appell.* Frãc. *in cap. Ex ratione. numer. 47. de appell.* Fellin. *in cap. licet cauſam numer. 23. verſ. Quia, de probat.* Olaſch. *deciſ. Pedemont. 12. num.*10. Odd. *de reſtit. in integr. quæſt.70. art. vlt. num. 67.* Ciarl. *d. controu. 133. numer.*84.

Præſertim in ſecundo anno, in quo maior, & exuberantior diligentia, requiritur *ex doctr.* Bald. *in cap. Ex ratione num.*8. *de appell.* Neuizz. *conſ.41. in princ.* Scacc. *de appell. quæſt. 15. art.8. numer.179. verſ. Hinc vera*, Ruginell. *§. 10. gloſ. 2. num. 32.* vbi quod lapſus biennij conſtituit appellantem in notoria negligentia.

Neq; error in iure, ſi adeſſet, excuſaret à deſertione per lapſum fatalium, *ad text. in l. iuris ignorantiam, l. regula, ff. de iuris, & facti ignorant. cum alijs per* Surd. *conſ.274. num. 2. Rot. deciſ. 354. num.9. par.4. recent.* Præcipue vbi conſuli peritiores poſſent, & adiri, pro vt in caſu noſtro, Iudex, qui differentiam in iure contingentem ſuper ſuſpenſione fatalium decideret, *gloſ. & DD. in l. iuris ignorantiam, C. qui admitt.* Pur. *deciſ. 118. num.17. & ſeqq. lib.2. Rot. in alleg. deciſ.354. numer.9.*

37 Nec obſtat quod in dubio pronunciãdum ſit pro non deſertione, quia etiam ſi circa lapſum ſecundi fatalis dubitaretur, quod non credo, lapſus primi ſine probatione alicuius iuſti impedimenti ſufficit, vt dicamur in claris per *text. in d.l. fin. §. illud, C. de tempor. appell. vt pulcre aduert.* Olaſc. *d. deciſ.28. num.13. quem refert, & ſequit.* Ciarl. *d. controu. 133. numer.96. verſ. Nono non obſtat.*

38 Quo caſu Iudex à quo poteſt exequi ſententiam tanquam in iudicatum trãſactam, abſq; alia pronunciatione ſuper deſertione per theoricam Angeli *communiter receptam in l. ſi contra maiorem C. de appellat. & conſ.140. num.2.* Scacc. *de appell. quæſt.11. numer. 154. & ſeqq.* Ruginell. *de appell §. 11. gloſ. 1. cap.2. num.16.* Gratian. *deciſ. March. 223. n.1.* Surd. *conſ.139. num.14. & ſeqq.* Carleual. *de iudic. lib.1. diſp.3. num.47. tom.2.* Ciarl. *d. contr. 133. num.63. & 64. latè* Niegr. *de execut. re. iudicat. numer.12. & ſeqq.*

Adeo

Adeo vt neq; remiſſio iudicis ad quem ſit neceſſaria Mandoſ. *de commiſſ. commiſ. 23. executor in verbo ob non proſecutionem*, Scacc. *de appell. quæſt. 11. art. 7. num. 167.*

Deſerta enim appellatione expirat omnis iuriſdictio Iudicis ad quem, perinde ac ſi appellatum non fuiſſet, vel commiſſio non præſentata; itaut nec quidquam præcipere poſſit, quaſi non amplius Iudex *ad text. in Clement. ſi appellat, & ibi gloſſ. in verbo appellatione de appell.* Coſta *tract. rientegr. diſtinct.* 109. *num.* 1. Franc. *deciſ.* 654. *numer.* 3. Giurba *deciſ.* 116. *numer.* 22. Ciarlin. *d. contr.* 133. *nu.* 63. *Rot. deciſ.* 151. *num.* 1. *p.* 1. *recent.*

Reſolueretur pariter omnis effectus Inhibitionis, ſi à principio fuiſſet emanata. Franc. *in cap. Cum ceſſante, nu.* 16. *verſ. Tertio de appellat.* Lancel. *de attét. par.* 2. *cap.* 20. *declar.* 4. *num.* 2. & 3. Gratian. *diſceptat. foren. cap.* 572. *num.* 32. Mandoſ. *de inhibition. quæſt.* 77. *num.* 1. Seſs. *eod. tract. cap.* 8. §. 4. *nu.* 6. Ciarlin. *contron.* 134. *num.* 25. Et quod res iudicata tollat inhibitionem legalem, & faciat expirare etiam vires Rotalis inhibitionis, dixit *Rot. deciſ.* 79. *nu.* 3. *tom.* 2. *par.* 4. *recent.*

Et propterea Iudex à quo nõ amplius habet manus ligatas, ſed iuriſdictio ad eum ipſo iure deuoluitur, vt optime declarat Ancharan. *in Clement. ſicuti numer.* 6. *de appellat.* Borell. *in ſumma deciſionum part.* 1. *tit.* 33. *numer.* 1103. & 1106. Seſſa *de inhibit. cap.* 8. §. 4. *num.* 71. *& ſeqq.* Mandoſ. *de commiſſ. in commiſs.* 29. *verbo ob non proſecut. & de inhibitionibus quæſt.* 77. *per totam*, Rugginell. *de appell.* §. 9. *gloſ.* 1. *cap.* 1. *num.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 80. *num.* 9. Fontanell. *deciſ.* 502. *numer.* 2. *et ſeqq. late* Giurba *obſeruat.* 88. *numer.* 4. Ciarlin. *d. controu.* 133. *numer.* 64.

Non obſtat Bartoli doctrina *in auth. et qui C. de temporal. appell.* dicentis requiri lapſum biennij, vt ſententia poſſit mandari executioni; quia deſertio redditur dubia, cum toto hoc tempore potuerint interuenire impedimenta, & notoria ad hunc effectum requiritur.

Quando quidem, omiſſo, quod etiam biennium habemus iuxta ſuperius deducta, hæc Bartoli opinio ſolum approbatur in hoc, vt non poſſit deueniri ad executionem ante lapſum bienij abſq; citatione, ſecus citata parte, quæ cum in termino citationis poſſit allegare impedimenta, ſi quæ habuit, ceſſat ratio ob quam debuit expectari biẽnium, Angel. *conſ.* 310. *nu.* 2. Marant. *in prax. part.* 6. *verb. et quandoq. appellatur num.* 231. *vſq. ad* 234. Odd. *de reſtit. in integr. par.* 2. *quæſt.* 70. *art.* 5. *verſ. Sed in contrarium*, vbi Bartoli ſententiam ſimpliciter ſumpta reprobat, & ad contraria reſpondet Oſalc. *d. deciſ.* 28. *num.* 15. Ciarlin. *d. contr.* 133. *num.* 81. 72. *et* 73. *Rot. in Gadicen. decimarum* 4. *Maij* 1643. §. *ſed in præſenti coram R.P.D. Roias.*

Neque requiritur alia notorietas deſertionis, ſed ſufficit, vt Iudex à quo habeat appellationem pro deſerta quã do re vera eſt talis; ita plures congerẽdo firmat Carleual. *de iudic. par.* 2. *d. diſput.* 3. *num.* 47. *in fine.*

Quin tutius videtur in dubio, quod Iudex à quo ſuam ſententiam exequatur, cum ipſe, etiam ſi appellationem admiſerit non careat iuriſdictionis habitu, cuius reliquiæ pro complemento eorum, quæ iudicauit apud eum remanent, ſed ad ſummum ſolo exercitio, Surd. *conſ.* 35. *num.* 13. Gratian. *deciſ.* 2. *numer.* 22. *bene ad propoſitum* Niger. *de execut. re iud. cap.* 27. *numer.* 14. 15. *et* 16.

Quam Iudex ad quem principaliter pronunciet ſuper deſertione, qui ſi cauſa re vera eſt deſerta, omni prorſus careret iuriſdictione, *idem* Ruginell §. 9. *gloſ.* 1. *cap.* 2. *num.* 2. *et* §. 11. *gloſ.* 1. *cap.* 2. *numer.* 13. *verſ. In omnem caſu*, Scacc. *quæſt.* 11. *art.* 7. *nu.* 168. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 40. *et cap.* 562. *num.* 32. *Rot. deciſ.* 151. *num.* 1. *part.* 1. *recent. et in Eugubina hæreditatis* 2. *Iunij* 1652. §. *nullitas coram R.P.D. Bichio.*

Et ſaltem quod præuentioni ſemper ſit lo-

Digitized by Google

ſit locus, qua ſtante Iudex à quo primo loco aditus poſſit exequi ſuam ſententiam, probat Rugginell. §. 11. *gloſ. 1. cap. 2. n. 23. verſ. Nec mirum videtur.*

Non obſtat quod appellantes vſi fuerint cautela à Doctoribus approbata adeundi Iudicem ad quem, & impetrādi eiuſdem inhibitionem aduerſus Mēſæ miniſtros inſtantes coram me pro conſignatione literarum; quo caſu cum videātur declinaſſe iuriſdictionem Iudicis à quo, cognitio deſertionis erat neceſſaria, neque ego poteram ſine vitio attentatorum ſententiam exequi, Franc. *in cap. Ex ratione numer.* 67. Scacc. *de appellat. quæſt.* 11. *numer.* 151. & 152. Gratian. *diſcept. forenſ. in cap.* 40. *num.* 46. vbi quod Iudex ad quem ſuper deſertione eſt Iudex competens, & eius inhibitio ligat manus Iudicis à quo, Ruggin. *de appellat.* §. 11. *gloſ.* 1. *cap.* 2. *numer.* 16. *verſ. Verum hęc opinio, vbi quod Angeli cautela hac via deluditur*, Ciarlin. *d. contr.* 133. *numer.* 93. & 94. *Rot. deciſ.* 266. *par.* 6. *recentior.*

Et licet Doctores prædd. ſupponant Iudicem ad quem, vt ſequatur hic effectus, debere inhibere Iudici à quo; alias poſſit dubitari, an huiuſmodi inhibitio facta parti afficiat Iudicē, adeo vt attentet, ſi exequatur ſententiam. Attamen quod Iudex faciendo actum ad partis inhibitæ inſtantiam non minus nulliter procedat, quam ſi ipſe fuerit inhibitus, tradit Lancellot. *de attentat. poſt. inhibit. ampliat.* 59. *per tot.* Lap. *alleg.* 38. *Rot. coram S. M.* Gregor. *deciſ.* 360. *nu.* 2. *in recent. deciſ.* 311. *num.* 2. *tom.* 2. *par.* 4. & *d. deciſ.* 296. *numer.* 8. *par.* 6.

Etenim, quicquid ſit de veritate huius concluſionis, & an potuerint appellantes adeundo Iudicem ad quem reddere neceſſariam pronūciationem ſuper deſertione, in quo articulo contra appellantes videtur facere cum allegatis, Scacc. *de appellat. d. quęſt.* 11. *num.* 145.

Extra caſum controuerſiæ verſamur, cum coram Iudice ad quem cauſa nunquam fuerit introducta, nec firmata iuriſdictio, & Doctores præpicti non ſolum loquantur cum ſuppoſito introductionis, verum in ea principaliter ſe fundent, & ita Gratian. *d. cap.* 40. *num.* 26. qui retorquetur in caſu contrario. Ciarlin. *d. controu.* 133. *numer* 93. & 94. vbi cauſa non ſolum erat introducta, ſed dati termini ad probandum, & factæ dilationes, *Rot. d. deciſ.* 296. in qua ſupponitur appellationis introductio, & illius vigore ſecuta inhibitio à principio.

Qua introductione ceſſante, cognitio deſertionis, & impedimentorū, ſi quę fuiſſent, non ad Iudicem ad quem ſpectabat, ſed ad Iudicē à quo, qui ſine vitio attentatorū ad executionē, alia non expectata deſertionis declaratione, & nullo attēto obſtaculo, potuit procedere iuxta diſtinctionē cōmuniter receptā, & prout ita intelligendos eſſe textus omnes de hac re loquentes, docet Bero. *in cap Cū ſit Romana n.* 2. *de appell.* Brederod. *de appell. p.* 2. *tit* 9. *verſ. Quis Iudex in cauſa deſert.* Scacc. *eod. tract. q.* 11. *n.* 150. Rugginell. *d.* § 11. *gloſ.* 1. *cap.* 2. *n.* 17. *verſ. Ego autē*, Mandoſ. *de cōmiſſ. commiſſ.* 29. *verſ. Præfato D. Auditori.*

Aduertebatur etiam DD. appellantes forſan non declinaſſe iuriſdictionem Iudicis à quo, prout opus erat, licet coram me comparuerint cum proteſtatione diſſenſus in iuriſdictionē nullitatis, & attentatorum propter pendentiam appellationis; quia cum poſt huiuſmodi proteſtationes moniti fuerint ad docendum de cauſa quare ſententia executioni non debeat mandari, nec monitioni reclamauerint, videntur acquieuiſſe iuriſdictioni recedendo à proteſtationibus non repetitis, *Rot. in Tolet. iuriſdictionis* 11. *Decemb.* 1617. §. *non obſtat quod comparitio coram b. m. Pirou.* Gregor. *deciſ.* 44. *num.* 7. Seraph. *deciſ.* 1196. *num.* 7. & *in Peruſina Suffragiorum* 13. *Iunij* 1650. §. *ita pariter, coram R.P. D. Bichio.*

Et cum monitio habuerit ſuum effectum, remanet ſublata omnis vis præcedentium protoſtationum, vt non

Gg amplius

amplius operentur declinationem Iuriſdictionis, vt in ſimilibus terminis Dec. *in cap. Sollicitudinem, num. 12. de appellat.* Surd. *conſ.35. num. 4.* Scacc. *de appellat. quæſt.17. limitat. 2. num.47. Rot.in d.Tolet. Iuriſdictione 11. Decemb. 1617. vbi ſupra coram Pirouano.*

Non declinata igitur iuriſdictione fruſtra fuiſſet aditus Iudex ad quem, quamuis coram eo cauſa eſſet introducta, quia potuiſſem nihilominus appellantibus opponentibus de pẽdentia appellationis, & replicante Camerario Menſæ cauſam eſſe deſertam, cognoſcere de hoc tamquam de incidenti, & non docentibus illis de aliquo impedimento habili ad excuſandum à deſertione, abſq; alia declaratione ſententiã exequi, Scacc. *de appellat. quæſt.11.art. 5. numer.152. & 157.* appellanti ante omnia datur pro cautela, vt declinet omnino iuriſdictionem Iudicis à quo, Rugginell. *d. §. 11.gloſ.1.cap.2.num.20. verſ. Si vero*, Ciarlin. *d. cap.133. num. 93. 94. & 95.*

Quare his ita firmatis, & maxime attento quod cauſa appellationis nunquam fuit introducta, nec firmata iuriſdictio, inhibitio Iudicis ad quem parum releuat, tamquam emanata à Iudice non habente iuriſdictionem, Lancelott. *de attentat. poſt inhibit. limitat. 1. Rot. in Rom. pecuniaria 14. Febr. 1605. in fin. coram b.m. Coccino.* Et propterea vti iniuſte impetrata ceſſante per deſertionem appellationis effectu, impune potuit ſperni, cum non agatur de inhibitione conceſsa in Rota, vel in alijs ſupremis Curiæ tribunalibus, quæ ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſſet timenda, vt diſtinguit Mandoſ. *de*
39 *inhibit. quæſt. 20. numer. 2.* Scacc. *de appell. quæſt. 17. limitat. 4. numer. 26. verſ. Sub reſtringe, & de iudic. lib.1.cap. 96. nũm.53.* Lancellot. *de attent. cap.20. ampliat. 11. num.5.* vbi de inhibitione delegati extra Curiam, *& limitat. 1.nu. 2. 3. & 7. Rot. in Calagurit. puritatis ſanguinis 28. Nou.1618. §. ſublatis coram b. m. Damaſceno.* Ei in terminis quod inhibitio Iudicis ad quem non impediat executionem Iudicis à quo, quando ſuper meritis cauſæ cognoſci non eſt cœptum, Eugen. *conſ. 75. num.68. & ſeqq. & præſertim numer. 72. verſ.3. quia, lib.1.*

40 Facultas enim inhibendi conceſſa delegato regulatur iuxta commiſſionem cui fuit adiecta, Dec. *conſ.33.numer.6.* Pariſ. *conſ.39. num.8. & ſeqq. lib.1.* Mandoſ. *de inhibit. quæſt. 3. numer. 2. Rot. in Colonien. attentator. 18. Maij. 1650. coram R. P. D. Celſo.*

Et ceſſante cõmiſſione prorſus expirat, nec inhibitio ſi fuerit impetrata amplius arctat, Lancellot. *de attent. poſt inhibit. part.2. cap.20. dub. 3. num.1. & ſeqq. Rot. deciſ. 51. nu.2. coram* Buratt. *Bononien. iuris patr. 28. Martij. 1639. §. non obſtat. coram R. P. D. Cerro, & in Anconit. pecuniaria. 28. Iunij 1652. §. non obſtat quod adſit. coram R. P. D. Bichio.*

Vnde Iudex ad quem, qui pendente curſu fatalium, tãquam de ſua iuriſdictione ambiguus ab inhibendo ſemper abſtinuit, multo minus poterat ad inſtantiam DD. Appellantium concedere inhibitionem, quando propter oppoſitam deſertionem de propria iuriſdictione magis dubitare opportebat, & quando nec reuocando primam ſententiam executionem Iudicis à quo potuiſſet impedire, Alex. *conſ.59. num.7. lib.4.* Scacc. *de appellat. quæſt.15. numer. 118. & numer.202.* Ciarlin. *contr. foren. d. cap.133. num.65.*

Libentius autem ad executionem literas conſignando proceſſi: Tum quia ſumus in cauſa ad effectum ſaltem ſuſpenſiuũ non appellabili iuxta ſuperius deducta.

Tum etiam quia agitur de re iudicata proueniente ex ſententia valida, & iuſta, cuius validitas detegitur ex reuolutione actorum, in quibus apparet cõcurrere omnia, quæ ad hunc effectum conſiderat, *Rot. penes vulgatam deciſ. Caputaquen. 260. part.2.*

Iuſtitia vero reſultat ex quo DD. Appellantes per bienniũ ceſſarunt à ſolutione Canonis, & ita ceciderunt à iure ſuo,

ſuo, cum celeri ſatisfactione moram intra bimeſtre non purgauerint, *Aut. qui rem C. de Sacroſ. Eccleſ. cap. potuit §. emphitenta quoq; de locat. cap. hoc ius §. qui rem. 10. quæſt. 2* Clar. *in §. Emphitenſis, quæſt. 8. in princ. Rot. deciſ. 400. num. 11. par. 1. recent. Romana deuolut. vineæ 14. Maij 1646. coram R. P. D. Veroſpio, & in Romana vineæ 7. Iunij 1647. §. minuſq; fuerunt in fine, coram Eminentiſs. Corrado.*

Et in præciſis noſtris terminis, quod de iuſtitia ſententiæ ſatis dicatur conſtare, vt per deſertionem appellationis tranſeat in iudicatum, ſi Canones per biennium non appareant ſoluti, probat Ciarlin. *in ſæpius allegat. cap. 133. numer. 97.* Et ad excluſionem reſtitutionis in integrum, *cap. 134. per totum.*

Quæ tamen dicuntur ex abbundanti, cum ad effectum euitandi deſertionem, etiam per viam reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum fatalium, tenerentur ipſi appellantes docere de bono iure, & de legitimo impedimento, *Rot. deciſ. 5. de reſtit. in integr. in nou. cum alijs in deciſ. 93. num. 1. & deciſ. 93. num. 1. & deciſ. 571. pariter num. 1. tom. 3. par. 4. recent.*

Et ita, &c.

Philippus Soldanius Vic. Florentinus ſubſt. cauſarum.

FLORENTINA
Deuolutionis bonorum.

R. P. LApſo primo fatali, vt ſupponi-
tur, procedendum eſt ad vlte-
41 riora in executionem ſenten-
tiæ, cum appellatio dicatur deſerta *ad tex. in l. fin. §. illud C. de tempor. appellat. §. hac nos. Authen. de ijs, qui ingrediuntur ad appellat. Clementin. ſicuti. de appellat.* Calderin. *conſ. 9. de appellat. ad fin.* Pedemontan. *deciſ. 28. numer. 1.* Ciarlin. *controu. 133. num. 62. tom. 2.*

Neque ad hunc effectum requiritur
formalis pronuncia ſuper deſertione,
ſed ſatis eſt adire Iudicem, qui ſenten-
tiam tulit, & petere illum mandari exe.
42 qui citata Parte ad dicendum cauſam,
quare ad executionem deueniri non
debeat iuxta cautelam, quam ad euitã-
dam appellationem docuit Angel. *in
l. ſi contra maiorẽ C. de appellat. & conſ.
140. num. 2.* Scacc. *de appellat. quæſt. 11.
n. 154. & ſeqq.* Gratian. *dec. March. 223.
num. 1. & ſeqq.* Carleual. *de iudic. lib 1.
diſput. 3. nu. 47. tom. 2. plenè* Surd. *conſ.
136. num. 14. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod Bart. *in Authen. ei qui, C. de tempor. appellat. quæſt. 15. num. 179.* dicat ad effectum, vt ſententia ob deſertionem trãſeat in rem iudicatam, requiri lapſum vtriuſque fatalis ea ratione, quia cum toto hoc tempore potuerint interuenire impedimenta, deſertio reddatur dubia; ſi quidem hæc Bartoli theorica intelligitur, vt non poſſit deueniri ad executionẽ ante lapſum biennij abſque citatione, ſecus citata Parte, quæ cum in termino citationis poſit allegare impedimenta, ſi quæ habuit, ceſſat ratio, ob quam Bartolus dicit eſſe expectandum biennium. Angel. *conſ. 310. num. 2.* vbi quod hæc opiniu eſt vera ſicut Euangelium. Marant. *in prax. par. 6. verb. & quandoque appellat. num. 231. vſque ad 234.* Pedemont. *d. deciſ. 28. ex num. 13. vbi late hoc probat* Ruginel. *de appellat. §. 10. gloſ. 1. num. 31.* Scacc. *d. quæſt. 15. num. 180. & alios plures congerit* Ciarlin. *d. controuerſ. 133. num. 72. & cenſuit Rot. in Gadicen. Decimarum 4. Decemb. 1643. coram Rotas, & fuit dictum* Innocen. *in cap. 8. ex ratione vbi etiam* Butr. *quæſt. 8. num. 12. de appellat.*

Non obſtat, quod factis diligentijs in primo anno, detur ſecundus ipſo iure. Veſtr. *in prax. lib 7. cap. vlt. num 9. cum alijs qui poſſunt allegari*, quia hoc procedit in Curia, vbi propter multiplicitatem negociorum diligentia ſuccedit loco cauſæ, ſeù impedimenti requiſiti de iure communi, vt detur ſecundum

ſatale, vt declarat Rudolphin. *in prax. part. 1. cap. 13. num.* 148. Ciarlin. *d. controverſ.* 133. *num.* 29. & 35. vbi quod attenta diſpoſitione iuris ad euitandam deſertionem nedum requiritur diligētia in committendo, ſed debet doceri de impedimento habili ad retardandā cauſæ terminationem infra annum, Scacc. *d. tract. quæſt.* 15. *nu.* 34. vbi quod quatuor requiruntur ad hoc, vt appellans dicatur iuſta cauſa impeditus terminare appellationem in primo fatali, quæ apud ipſum videri poſſunt, quæ etiam refert Barboſ. *in cap. cum ſit Romana. num. 3. de appellat.*

Ex quibus, &c.

Franciſcus Cinus Aduoc.

FLORENTINA
Deuolutionis bonorum.

R.P. EXecutio non eſt reuocanda, ſed ad vlteriora procedendum, nā prætenſio, quod executio cępta ſit attentata, ex eo, quod Aduerſarij recurſum habuiſſent ad Iudicē ad quē inhibitiones impetrando, quas Syndico ipſius Menſæ, ante huiuſmodi cæptam executionem præſentari curarunt ceſſat; quia ob deſertionem cauſæ inſtantia perempta remanſit, & omnis iuriſdictio Iudicis ad quem penitus expirauit; ita vt quælibet inhibitio ab eo emanata non potuerit cauſare attentata, ſed imò potuerit impunè ſperni, Rebuff. *de appellat. art. 5. gloſ. vnic. num.* 11. & *ſeq.* Franc. & *alij quos refert, & ſequitur* Scacc. *de appellat. quæſt.* 15. *num.* 201. *cum ſeqq.* Deſerta enim appellatione habetur, ac ſi nunquā fuiſſet appellatum, ſicque iuriſdictio dicitur tota reuerſa ad Iudicem à quo; vnde omnia ſubinde geſta per Iudicem ad quem dicuntur ipſo iure nulla ex defectu iuriſdictionis, Hoſtien. & *alij per eundem* Scacc. *d. quæſt.* 15. *num.* 210. *verſ. Secus ergo.*

Deſertio probatur quoniam Aduerſarij cauſam appellationis non fuerunt proſecuti infra legitima tempora, hoc eſt infra annum, & ex cauſa infra biennium, quæ negatiua probatur ex inſpectione actorum *poſt alios* Intrigliol. *deciſ. Sicil.* 47. *num.* 1. Vnde non poteſt dubitari, quin lapſa ſint omnia fatalia, & cauſa deſerta remanſerit, *Auth. ei qui C. de tempore appellat.* Surd. *conſ.* 139. *num.* 10. Put. *deciſ.* 311. *lib.* 2. *Rot. recent. deciſ.* 233. *num.* 3. *par.* 7. *in Interamnen. fideicomm.* 15. *Ianuarij* 1644. *coram R.P.D. Meltio.* Ac propterea cū ſententia Iudicis à quo fecerit tranſitū in iudicatum, *Rot. penes* Buratt. *deciſ.* 741. *per tot.* & *deciſ.* 592. *num.* 6. *par.* 2. *recent.* & in alijs meritò vertit exequēda *l.* 2. & *l. fin. C. de execut. rei iud. Rot. deciſ.* 168. *num.* 10. *part.* 7. *recent.* & *d. deciſ.* 233. *num.* 5. *cum latè cumulatis in Peruſina bonorum* 29. *Maij* 1648. *corā Eminentiſſimo Domino Corrado*, etiam inſtante ſucceſſore, *l. ſi à te* §. Iulianus *ſcribit*, & *l. ſi Mater*, §. *idem* Iulianus, & *l. exceptio rei indicatæ ff. de except. rei iudic. cum alijs congeſtis in eadem Peruſina.*

Nec obſtat, quod Iudex ad quem declaraſset velle cum voto Aſſeſſorum procedere ſubſecuta etiam citatione Partis pro eorum deputatione, quia nullum inde reſultat impedimentum, quod potuerit tollere curſum fatalium, cum potuiſſet pars proſequi diligētias, & omnia obſtacula remouere ad hoc, vt in cauſa procederetur; impedimentum enim debet eſſe tale, vt non potuerit impeditus alias facere ſuas diligentias in appellatione proſequenda, vt benè per *Rot. deciſ.* 156. *num.* 2. *par.* 2. *in recent.*

Non etiā obſtat inſtantia aſſerti Procuratoris Menſæ habita coram Iudice ad quem de menſe Ianuarij præteriti 1652. dum contradicendo ſe oppoſuit petitioni Aduerſariorum petens remitti cauſam ad Iudicem à quò, ad effectum, vt ſuam ſententiam exequeretur: Nam præter id, quod de mandato prędicti Procuratoris non conſtat, hæc

fuit

fuit inſtantia declinatoria iuriſdictionis ipſius Iudicis ad quem, & Camerarius Menſæ inſtetit re integra coram Iudice à quo pro executione. Reſpõdetur ceſſare omnem difficultatem, quia cum cauſa appellationis eſſet deſerta per lapſum temporis, ita expirata dicitur iuriſdictio Iudicis ad quem, vt non eſſet in arbitrio Partiũ iuriſdictionem illi tribuere, vt in ſpecie per Neuizan. *conſ.* 41. *num.* 30. *verſ. tertio pro iſta parte*, Scacc. *d. quæſt.* 15. *num.* 118. vbi dicit hanc eſſe optimam, & veram rationem; idemq; repetit, & alijs confirmat *ſub num.* 203. habetur enim, vt dixi, ac ſi nunquam fuiſſet appellatum, ita vt ſolæ remaneant partes Iudicis à quò in exequendo, nihil propterea releuantibus prędictis inhibitionibus, quę tamquam notoriæ nullæ ex defectu iuriſdictionis non potuerunt, nec poſsũt ligare manus Iudicis à quo, quin ſuã ſententiam exequatur, vel ad vlteriora in executione procedat; in terminis *Auus meus* Eugen. *conſ.* 75. *num.* 67. *lib.* 1. qui per multos numeros exagerat contra huiuſmodi inhibitiones, vt poſſint indubitanter, ſperni abſque vllo ſcrupolo attentatorum, & quod attentata ſemper excludantur cauſa deſerta, vel ſententia tranſacta in iudicatum, dixit *Rota in Comen. Iuriſpatronatus* 25. *Iunij* 1646. *coram Eminentiſſimo D. Corrado*.

Et quando etiam res dubia remaneret, prout non remanet ex prædictis, adhuc reſpondetur pro non attentatis, plenè Lancelott. *de attent. par.* 1. *in præfat. num.* 102. *& ſeqq. & num.* 121. Valenzuel. *conſ.* 45. *n.* 31. Ludouic. Bell. *conſ.* 11. *num.* 31.

Ex quibus, &c.

Marchus Antonius Eugenius Aduoc.

IESVS MARIA IOSEPH.

Florentina prætenſæ deuolutionis Replicatio.

Illuſtriſſ. & Reuerendiſs. Domine.

NON intrat deſertio prætenſa, quia ſatis firmata fuit Iuriſdictio Reuerẽdiſſ. Domini Delegati Apoſtolici, reſpectu partis appellatæ ex ſolis actibus inferentibus cõſenſum iuriſdictionem ipſius Iudicis, etiam citrà exequtionem citationis ad dicendum contra commiſſionem, & Decretum de procedendo ex deductis
43 in allegata deciſione Hiſpalen. coram Vbaldo, quæ non euitatur, eo quia, in ea concurrant forſan plures actus, includentes inſtructionem cauſæ, ſi quidem, non inſtructio cauſæ plenaria, quemadmodum cõtingit in auocationibus, ſed ſolus conſenſus partis aduerſæ ſufficit, quamuis tacite elicitus ex vnico actu, vt liquet ex eius contextu.

44 Sed in caſu noſtro ceſſat omnis diſputatio, quia habemus etiam citationem, & relationem exequtionis vna cum comparitione partis appellatæ, quæ ſola ſufficeret ad firmandam iurdicionẽ, etiam non intercedente aliquo Decreto de procedendo, vt in puncto reſpẽdit *Rota in recen. deciſ.* 599. *num.* 2. *&* 3. *p.* 4. *tom.* 3. *pag.* 182.

Et hinc eſt quod eſt in ore omnium pragmoticorum, requiri citationem ad dicendum contra commiſsionem ad firmandam iuriſdictionem, quod ſi Decretum de procedendo eſſer neceſſarium, diminuti, & Balbi dicerentur Doctores, dum tantumodo de citatione ad dicendum contra, non autem de Decreto procedendi, mentionem faciunt ad iſtum effectum, vt liquet ex Caſſador. *deciſ.* 7. *de appellation. in fine* Caualer. *deciſ.* 509. *num.* 1. *Rota in recen. p.* 5. *deciſ.* 325. *num.* 1. *fol.* 619. Mantic. *deciſ.* 84. *num.* 4. cum ſextentis alijs.

Sed

Sed hæc ſunt ex abundanti, cum habeamus Decretum etiam de procedendo, dum Reuerendiſſ. Dominus Delegatus explicitè declarauit, ſe velle procedere, cum voto duorum, vel trium aſſeſſorum, quod abſque dubio, concludit Decretum de procedendo non obſtantibus conſultiſsimis ponderationibus adducitis per Reuerendiſſ. Domin. meum in ſuo doctiſsimo motiuo circa medium in §. remouetur omne dubium, vbi quòd verbum volo adiectum infinitiuo tempori, non importat diſpoſitionem de præſenti, ſed voluntatem id agendi in futurum.

45

Quia huiuſmodi animaduerſio eſt veriſſima reſpectu eligendorum aſſeſſorum, qui impoſterũ abſq; dubio erant eligendi, verum quoad proceſſum in cauſa, ad perpetuandam iuriſdictionẽ, Decretum, & acta, ſapiunt executionem, dum actualiter mandauit citari partem vna cum intimatione ſuperſeſſoriæ per ipſum Decretų,quo caſu verbum volo adiectum infinitiuo tempori ſapit diſpoſitionem, vt bene diſtingũt Berorus *queſt.6. numer.* 1. *&* 2. Corn. *conſ.9. per totum* Ferret. *conſ.* 281. *num.* 3. *& plures alios adducit Rota in recen.p.*4. *deciſ.*74. *num.*2. *mihi fol.*42.

46

Sed quando etiam omnia prædicta deficere, non tamen intraret deſertio, & excluderetur benefitium reſtitutionis in integrum, & nullitatis, quoniam ad effectum, vt dicatur introducta cauſa reſtitutionis in integrum, quinimò etiam præuentum in eius imploratione attenditur tempus obtentæ commiſſionis, quam ius non fuerit præſentata, niſi poſtea, vt optimè per Rotam corã Durano. *deciſ.*190. *num.*4. Achil. *deciſ.* 80. *de reſtit. in integrum*, *quam refert*, *& ſequtur* Lancellot. *de attent. lit. penden. cap.* 4. *in præfatione*, *numer.* 25. *mihi fol* 50.

47

Cæterum quod requiratur inhibitio, nullo pacto ſubſiſtit, & repugnat iuris principijs, cum ſufficiat iuris in hibitio, vbi cauſa eſt appellabilis, & præſertim, vbi fuit delatum appellationi, vt latè per Lancellott. *de attent. lit. penden. cap.*4. 296. *& cap.*12. *de attent. appellat. penden. ſimiliter in præfat. num.*75. *& repetit. cap.* 20. *de attent. poſt inhibitionem num.*19. *mihi fol.*396.

Quare, &c. Saluo, &c.

Io. Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XVIII.

Quando accipiendum ſit, quod dicitur in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio inſtantias eſſe perpetuas, &c.

SVMMARIVM.

48 F*Atalia quandiu durent in Rota, cum ſequen.*

49 *Vigore clauſula, quam, & quas procedi poteſt, prout in prima, numer.* 50. *&* 62.

51 *Spatio triginta Annorum omnis actio præſcribitur.*

52 *Princeps ſupremus reſtaurat inſtantiã peremptam, num.*54. *&* 57. *&* 61.

53 *Declara, quod niſi ex cauſa, Princeps reſtaurat peremptam inſtantiam.*

55 *Inſtantia perempta, ſententia lata eſt nulla, & ſequen.*

58 *Nemo debet, cum alterius iactura locupletari.*

59 *Eccleſia vacanti. debet dari economus, vt valide, eius bona diſmembrentur, numer.*63.

60 *Reſtitutio aduerſus lapſum fatalium, an concedatur, Eccleſia contra Eccleſiam.*

*An.*48. QVinimò in Rota etiã fatalia appellationis, cẽſentur perpetua, ſaltem vigore clauſulæ, quam, & quas, &c. in cuius vim procedi poteſt, prout in prima *cap. penult.*

penult. de inditijs. Berous *conſ. 1. num. 17.*
& ſequen. reſpondit Rota in Romana Do-
mus. ſeſta ſebruarij 1640. coram b. m. Car-
dinali Panzirolo, tunc Auditori Rotę in fi-
ne infrà impreſſa. deciſ. 3. & in Volater-
rana Prioratus 16. Martij 1646. coram
R. P. D. Bichio.

50 Tamen huiuſmodi perpetuitas, non
excedit tempus triginta Annorum, Ac-
hil. *deciſ. 7. num. 3. & deciſ. final. num. 2.*
vt lit. penden. cum pluribus alijs in *Va-*
lentina Parochialis de Cāpanar. 7. May
1618. coram b. m. Cardinali Fabritio Ve-
roſpio, confirmata corā eodem 21. Februa-
rij 1620. quę ſunt infrà deciſ. 1. & 2.
Ridolphin. *in prax. recen. p. 1. cap. 13.*
numer. 272. fol. 200.

Ratio eſt manifeſta, quia ſi ſpacio tri-
ginta Annorum, omnis actio cenſetur
51 præſcripta, *l. ſicut, C. de preſcript. trigin-*
ta Annorum. Tiraquel. *de retract. ligna-*
ger. §. 36. gloſ. 2. num. 36. Surd. *deciſ. 3.*
numer. 23. & ſequen. & deciſ. 236. num. 9.
Gratian. *diſcept. 881. nu. 18. & ſequen.*
Rota in recen. p. 5. deciſ. 359. & p. 6. deciſ.
270. num. 1. ità, & deducta in iudicio
per viam actionis, ſpacio triginta An-
norum, Franc. *in cap. cum dilecto quaſt.*
58. de appell. Rota in recen. deciſ. 591.
num. 4. & deciſ. 617. num. 3. p. 2. Buratt.
deciſ. 163. num. 1. vbi addens, *lit. A. &*
deciſ. 823. num. 9. Ridolphin. *d. p. 1. cap.*
13. numer. 13. numer. 274. fol. 201. & in
dictis Valentin. *coram* Veroſpio *deciſ.*
1. & 2.

Adeout, neceſſe ſit, adire Summum
Pontificem, ſeù Principem ſupremum,
52 pro reſtauratione inſtātiæ, vt eius gra-
tia, ſpiraculum vitæ influuat, quod ta-
men, niſi magna cauſa, & æquitate ſua-
53 dente, ſolumodo fieri ſolet, ex bene
deductis in eadem cauſa *Valentina* per
Egregios Aduocatos Hiſpanos ad ob-
tinendam, & reſpectiuè excludendam
huiuſmodi gratiam, quorum allegatio-
nes infrà per extenſum ſubijciuntur;
54 Tedet, non poſſe affirmare, an Santiſ-
ſimus annuerit, vel reiecerit comiſſio-
nem, ad iſtum effectum perrectam, in
ſignatura gratiæ; ſed ex diligentijs ad-
hibitis, cum non inuenerim, de dicta
cauſa, amplius fuiſſe, in Rota quicquā
actum, admodum probabile videtur
prorſus, reiectam fuiſſe ſupplicationē,
& nihil reſcriptum.

Qua propter non potui ſummopere,
55 non mirari, quod in cauſa Tiburtina
Caſtri Sancti Angeli, *in deciſione ema-*
nata coram R. P. D. Melzio. 18. Iunij 1646.
quę infra eſt deciſ. 4. huiuſmodi nullitas
ex lapſu inſtantiæ, Cabal. *conſ. 149. &*
56 *152. lib. 1. Rota apud* Zach. *de oblig. Ca-*
mer. deciſ. 184. Maſtril. *deciſ. 70. num. 8.*
Magon. *deciſ. 55. num. 2.* non fuerit in
ea deducta; neſcio tamen, an accide-
rit, quia informantes pro Sereniſſ. Du-
cè Parmæ, illam non deduxerunt, vel
potius fuerit per Rotam omnino reie-
cta, ſi quidem vt ex eius contextu ap-
paret, cauſa prædicta eſt antiquiſſima,
& pro parte Excelentiſſ. Domini Du-
cis Bracciani Actoris, fuit derelicta, &
nihil in ea actum per plurima tempo-
ris interualla, vndè ſi vnquam ſpatium
triginta Annorum, præſcribere cenſe-
tur quamcunque actionem, & iudiciū
motum, in illa maximè hoc verificari
poſſe videtur, ſaltem propter negligē-
tiam, & intermiſſionem tanti tempo-
ris, vt liquet ex eius contextu, &c.

Io. Tanaglius.

VALENTINA
diſmembrationis.

Beatiſſime Pater.

Signanda videtur commiſſio, quà
petitur (vt non obſtante, quod
inſtantia ſit perempta, & cauſa
deſerta per curſum 30. & plurium an-
norum) Eccleſia Sanctæ Catharinę,
principalis audiatur, quia Princeps, ad
quem ſpectat, ex gratia reſtaurare in-
ſtantiam peremptā, & cauſam deſertā
57 Ang. *in l. temporum. num. 1. C. de temp.*
appell. Roland. *conſ. 4. numer 15. lib. 3.*
Borgnin.

Brognin. Caualcan. *deciſ. Ticcizan.* 14. *num.* 30. ex æquitate debet illam reſtaurare, Gramm. *deciſ.* 103. *num* 17. *ibi fit per reſtitutionem, & mera gratia Principis*, quæ nititur equitati, quia Beatiſſimus eſt ille Princeps, qui ſedet ſuper Cathedram æquitatis, dummodo lex naturæ conſentiat, Bald. *conſ.* 365. *num.* 6. *in fin. lib.* 3. & quod ex cauſa reſtauranda ſit inſtantia, Alex. *conſ.* 42. *num.* 13. *lib.* 3. præſertim verò per ſignaturam gratiæ per viam reſtitutionis. Marcheſ. *p.* 2. *pag.* 131. *num.* 31. & *pag.* 133. *numer.* 37. *verſ. licet in ſignatura, &c. de commiſſ.*

In caſu autem noſtro, maxima adeſt, cum æquitas non patiatur, vt nemo,
58 cum alterius iactura, vel detrimento locupletetur, *l. nam hoc ff. de cond. ind. b. l. iure naturæ* 207. *ff. de reg. iur. cap. locupletari eodem in* 6. nam ſi inſtantia non reſtauretur ex gratia, Parochialis Sanctæ Catherinæ remanet totaliter ſine dote, & decimis deſtituta. Capella verò del Campanar, illis maximè locupletata, quia vt ex deciſionibus R.P.D. Veroſpij apparet, hoc vnicum ſupereſt remedium, d. Eccleſiæ Sanctæ Catherinę, vt ſcilicet ex gratia reſtauretur inſtantia ad effectum, vt dicta Eccleſia poſſit audiri ſuper decimis, quas eſt in confeſſo fuiſſe ſuas.

Quę inſtantiæ reſtauratio, tanto magis eſt concedenda, quia ſolum prętēditur contra pręſcriptionem 30. vel 40. Annorum, contra quam ſemper facit ęquitas, Guido Pap. *deciſ.* 409 *ſub nu.* 2. quia omnis pręſcriptio eſt contra ius naturale, naturalemq; æquitatem, & gentium, *auth. vt Eccleſia Romana*, §. *habeat* Bald. *in l. Ancillę num.* 10. *C. de furt.* Vrſil. *ad Afflict. deciſ.* 13. *num.* 2.

Multo quidem, quia, vt dixi, agitur de pręſcriptione 30. vel 40. Annorum, quę fuit introducta ex ſola negligētia, non petentis res ſuas, vnde Princes cōtra ipsā de facili reſtituit, vt benè, & latè Caſſan. *in conſuet. Burg. rub.* 13 §. 8. *num.* 7. & 8.

Pręterea aut in caſu noſtro conſideramus, negligentiam Rectorum viuētium, in non proſequendo litem, aut illorum frequentem mutationem, & vtroq; caſu, inſtantia debet reſtaurari, & Eccleſia Sanctæ Catherinę audiri, Saltem per viam reſtitutionis, vt de caſu negligentię tradit ſatis bene Gemmin. *in c.* 1. *num.* 10. *& de reſt. in integro in* 6. Odd. *de reſt. in integr. p.* 1. *quæſt.* 19. *art.* 8. *num.* 78. & de caſu mutationis Rectorum *gloſ. fin. in d. cap.* 2. *de reſt. in* 6. & Odd. *d. quæſt.* 19. *num.* 77. *verſ. in contrarium, &c.*

59 Rurſus, quia prætenſa diſmembratio per executores literarum Papę Iulij 2. facta, eſt euidenter nulla, ex eiſdem actis, quia non fuit datus defenſor Eccleſię Sanctę Catherinę, nec illius Rector citatus, prout erat neceſſarium, vt fuit dictum *in Cęſarauguſtana diſmembrationis* 25. *Iunij* 1507. *coram Card. Sacrato*, & 16. *Ianuarij* 1623. *coram R. P. D. Vbaldo*. & 9. *Decembris* 1623. *coram R. P. D. Pirouano*, & 17. *Aprilis* 1605. *coram eodem Vbaldo*, & propterea poteſt de illa dici non ſolum vſque ad triginta Annos, ſed etiam in perpetuum Brognin. *deciſ.* 28. *num.* 33.

Tum etiam, quia agitur de reſtitutione, contra lapſum temporis, quę etiam
60 de iure venit concedenda Eccleſię, *Clem.* 1. *de reſt. in integr. & ibi* Imol. *ſub num.* 13. Rom. *conſ.* 166. *ſub numer.* 13.

Tum denique, quia Eccleſia Sanctę Catherinę enormiter fuit læſa, remanet enim perpetuo pęnitus indotata, & propterea venit reſtituenda, etiam poſt quadriēnium, vt de communi, & infinitos cumulans Odd. *de reſtit. in integr. p.* 1. *quæſt.* 19. *art.* 7. *num.* 66. *verſ. in contrarium eſt communis omnium ſententia, &c. num.* 67. 68. 69. & 70. pręſertim quia, vt dixi Eccleſia Sanctę Catherinę, tractat de damno euitando, illa verò de Campanar, de lucro captando. *Idem* Odd. *d. art.* 7. *numer.* 72.

Nec per ſententiam fuit denegata reſtitutio, alias à ſignatura Iuſtitiæ conceſſa, quia ideò iterum petitur à Sanctiſſimo, & debet concedi, Innoc. *in cap. fin. in final. verbis de integr. reſt.*

Non obſtat, quod Eccleſia contra Eccle-

Eccleſiam, non gaudet priuilegio, ex regula priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non gaudet priuilegio, quia obiectum non procedit in Eccleſia, vt de communi contrariam eſſe falſam, tradit Roman. *conſ. 166. num. 13. & 14.* Odd. *de reſt. in integr. p. 1. quaſt. 18. art. 5. numero 40. & art. 9. numer. 57. & 58.*

Tum etiam, quia regula procedit, quando vtraque Eccleſia, ſeù vtroq. priuelegiatus eſt in ſpetie in caſu controuerſo, ſecus vero, quando alter eorum tractat de damno, euitando, alter de lucro captando, vel alter priuilegiatus in ſpetie, vt tradit Brog. Caual. can. *deciſ. Finizan. 31. ſeù prima de contract. num. 33. ad 38.* nam cum Eccleſia Sanctæ Catherinæ tractet de damno euitando, & ſit Parochialis priuilegiata contra præſcriptionem, vt ſupra dixi, Eccleſia verò del Campanar. præſcribendo tractat de lucro captando, in quo non eſt ſpecialiter priuilegiata, non enim datur priuilegium Eccleſiæ in acquirendis, ſed in acquiſitis conſeruandis, non poteſt obſtare regula, de qua ſupra late, hæc omnia, tradit, Bald. *in auth. quas actiones num. 1. C. de Sacro Eccleſ. & ibi ſalicit numer. 2.*

Quare, &c.

Michael Agoil Aduocatus, &c.

Ex aduerſo in eadem cauſa ſcripſit Odoardus Pinto, vt infrà videlicet.

Valentina diſmembrationis.

Beatiſſime Pater.

Reicienda videtur commiſſio, quia petit reſtitutionem gratioſam, lapſis omnibus fatalibus, vel ab Anno 1507. vel à 1557.
51 & reſcripto Principis, lites iam legitime finitæ ſuſcitari non debent, *l. cauſa, C. de tranſact. l. Imperatores, ff. de Iud.* Put. *deciſ. 456. num. 3. lib. 2.*

44 Nec defectus recognitionis, & inſpectionis tollitur ex aſſerti Inſtrumenti, antiquitate, quæ non probatur ex ſola data, præſertim quando, vt in hoc caſu, veritas ſcripturæ, vel probabilibus rationibus, vel ex facie ipſius ſcripturę, vel aliunde, impugnatur. Put. *deciſ. 186. nu. 2. lib. 3.* Gregor. xv. *deciſ. 393. num. 2. ibique* Adden. *num. 5.* Caualer. *deciſ. 518. num. 2.* Buratt. *deciſ. 290. n. 8. vbi* Adden. *litt. C. et in recent. deciſ. 681. num. 1. verſ. & licet ſola data p. 3. & deciſ. 687. num. 10. p. 5. & 207. num. 2. p. 7. diuerſ. Pacen. Cappellania 10. Nouembris 1635. coram b. m. Merlino, & in Romana fideicom. de Strozzis 17. Februarij 1645. verſ. 1. huiuſmodi, &c.*

45 *Coram R. P. D. meo Cerro*, & antiquitas ſcripturę non ſupplet vitia viſibilia, & dum eadẽ caret, ſubſtantialibus, & fruſtra quæritur de recognitione ſcripturæ, dum dubitatur de ſubſtantia, & veritate illius, de qua tamen debet conſtare aliterquam per temporis diuturnitatem. Bald. *in l. ſi quidem col. fin. C. de except.* Gratian. *diſcep. forenſ. cap. 447. num. 37. & cap. 474. num. 18.* Decius *conſ. 607. num. 17.* Rimin. Iun. *conſ. 52. num. 19. Rot. deciſ. 393. per tot. & ibi* Adden. *num. 5. coram Papa Greg. xv. & deciſ. 187. num. 10. p. 5. diuerſ. d. Rom. fideicom. de Strozzys §. 2. antiquitatem.*

46 Secundo Domini cenſuerunt, dictum inſtrumentum non eſſe in forma probanti, quia nullibi apparet de Notariatu Io. Franciſci Rocchi de Braciano, & Ricci de Piſſia ad effectum enim, vt inſtrumentum dicatur in forma probanti, debet conſtare de Notariatu Notarij rogati, eiuſque manus eſt etiam recognoſcenda, DD. *in cap. 1. vbi* Felin. *numer. 18. de fid. inſtr.* Speculat. *in tit. de edit. inſtrum. §. reſtat. verſ. & ſcias, & verſ. illud autem notandum* Ancar. *conſ. 213. num. 2. & 3.* Soccin. Sen. *conſ. 23. numer. 1. & ſeq. vol. 1.* Aym. *conſ. 72. numer. 1.* Alex. *conſ. 198. num. 1. lib. 7.* Rimin. Iun. *conſ. 446. num. 24. lib. 4.* Oſaſch. *deciſ. 117. num. 3. & 5. & deciſ. 113. num. 12. p. 6. diuerſ.* Eoque magis inſtrumentum, firmari poteſt, non eſſe in forma probanti, quia cum inſpecto tenore deſcripto in regeſto, in eius corpore legitur de eo fuiſſe rogatos,

47 coniunctim, dd. duos Notarios, vt patet ex principio, ibi Ioannes Iordanus de Vrſinis in præſentia noſtrorum Notariorum, & paulo poſt nobis tamen Notarijs ſtipulantibus, & in fine ibi pro quibus omnibus, & ſingulis idem Ioannes Iordanus, nobis eiſdẽ Notarijs infraſcriptis vnum, vel plura, &c. & clarius in aſſerta ſubſcriptione, & quia Ego Franciſcus Riccius de Piſſia de prędd. Annibus rogatus fui, vna cum Franciſco Roccho de Bracciano ſum. Sereniſſ. Ducis *num. 16.* Vtique neceſ-

48 ſario requirebatur, quod ambo illud ſubſcripſiſſent, tam in eorum protocollis, quam in publicatione *§. in his Auth. de inſtr. caut. l. ſi hered. ff. de condit. inſtit. l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. l. ſi is qui ducenta §. vtrum, vbi* Bart. *ff. de reb. dub.* Alex. *in l. quędam §. nihil col. 2. in fin. de eden.* Butr. *in cap. inter dilectos de fid. inſtr. num. 27.* Bald. *in l. ſi quis §. cogentur in 5. notabil. de eden. & conſ. 392. vol. 1.* Io. de Annan. *conſ. 32. num. 7. uerſ. circa quartum.* Rimin. Iun. *conſ. 600. num. 10.* Corn. *conſ. 243. nu. 18. lib. 3.* Alex. *conſ. 124. num. 4. lib. 7.* Gabr. *conſ. 39. num. 2. lib. 1.* Guidopapa *deciſ. 122. num. 1. uerſ. in contrarium*

Boer.

Boer. deciſ. 21. num. 1. & 2. & deciſ. 19.
num. 1. coram Durano, in prætenſo au-
tem inſtrumento, apparet ſola ſubſcrip-
tio Riccij, & Altera Rocchi dignoſci
non poteſt ex verbis vltimi folij caren-
tis ſenſu perfecto, d. ſum. D. Ducis Par-
mæ num. 8. & hoc maximè procedit in
præſenti caſu, in quo dictum inſtru-
mentum, fuit rogatum Bracciani, qui
locus in Vrbis diſtrictu ſitus reperitur,
& in eius ſtatuto antiquô lib. 1. cap. 19.
49 & in nouo cap. 34. eod. lib. 1. cauetur,
quod quando inſtrumentum fuit roga-
tum a duobus Notarijs illud ab vtroque
debet ſubſcribi. Jacob. de Beluis. in §. in
Scuth. de inſtr. caut. & fid. Salicet. in l.
Luſinran. num. 7. verſ. ſin autem ſit cum
alio de Teſtibus, Decius. in cap. quoniam
contra. num. 202. de probat. Bolognin. in
Addit. ad conſ. Ioan. de Annan. 49. in
fin. verſ. vbi etiam parit. Mareſcot. var.
reſolut. cap. 29. in princ. num. 4. verſ. ſed
iſtis non obſtan. & cap. 106. in princ. nu.
13. & ſeq. lib. 2. Fenzon. ad ſtatut. Vrb.
cap. 34 num. 21. lib. Alex. conſ. 124. n.
4. verſ. ſed ita eſt. vol. 2. Gabr. conſ. 39.
numer. 1. verſ. ita cum duo per tot. vol. 1.
Guidopap. d. deciſ. 122. num. 1. verſ. in
contrarium. Put. deciſ. 5. in princ. verſic.
Quandoque duo Notarij lib. 1. in correct.
Romana fideicom. de Vrſinis 15. Ianuarij
1584. coram Orano, & 11. Ianuarij ac
25. Martij 1585. quæ dua poſteriores ha-
bentur poſt Picum ad ſtat. Vrb. in ord. 26.
& 27. Rot. in Rom. nullitatis Donationis 3.
Iunij 1628. corã Reuerẽdiſ. D. meo Decano.
& in ead. 19. Ianuarij 1637. coram R. P. D.
meo Royas, Atque ità cũ non fuerit ſer-
uata forma à ſtatuto præſcripta ad in-
ſtrumentum, nullius roboris eſſe po-
teſt cap. cum dilecta ante fin. & ibi Felin.
numer. 6. verſ. geſta contra formam, de re-
ſcript. Bald. in l. 60. num. 11. C. Quo-
modo, & Ind. & in l. fin. §. ſi verò, ff. de
Iur. delib. Mareſcott. Var. lib. 2. cap. 29.
nu. 4. verſ. ſed iſtis, & infrà per tot. Surd.
deciſ. 144. num. 17. Ariminen. Dotis 11.
Maij 1620. coram b. m. Coccino.
50 Adminicula verò ponderata in d. de-
ciſione 26. Iunij 1641. coram R. P. D.
meo Peutingerio, in qua fuit reſponſũ
eſſe detrahendum tempus litis, non ap-
plicantur, dum hic non agitur de ſim-
plici recognitione inſtrumenti incidẽ-
ter producti, ſed de principali funda-
51 mento, & de illius ſubſtantia. Quo
caſu minimè debet detrahi tempus li-
tis, vt diſtinguit, & firmat dicta deciſio
822. in qua conciliãtur DD. in hac ma-
teria diſcordes ſub numer. 1. verſ. Do-
mini fuerunt huius ſententiæ, & num.
2. verſ. dicit verò, & ſic d. inſtrumentũ
non poteſt dici antiquum, quia ab An-
no, 1504. quo illud prætenditur con-
fectum, vſque ad Annum 1538. quo
fuit mota lis effluxerunt, dumtaxat An-
ni 34. qui nullo modo operantur, vt
ſcriptura nõ egeat formali recognitio-
ne, cum ad hunc effectum requiratur
52 lapſus centum Annorum. Crauett. de
antiq. temp. in princ. num. 1. Menoch.
de arbitr. caſ. 3. num. 6. & 7. Garz. de
benef. p. 2. cap. 2. num. 263. Guttier. conſ.
1. numer. 5. Soccin. Sen. conſ. 187. num.
10. Alex. conſ. 101. num. pariter 10. lib.
3. Rot. deciſ. 681. num. 1. in princ. p. 3.
rec. Adden. coram Papa Greg. xv. deciſ.
389. lit. B. ibi antiquum, vt dicatur, &c.
& deciſ. 389. num. 7. coram eod. Put. de-
ciſ. 146. in princ. lib. 1. Farſen. Teritorii
19. Martii 1607. coram b. m. Penia, & li-
cet admittantur adminicula, dum agi-
tur de inſtrumento ſaltem 60: vel 70.
53 aut 80. Annorum. Caputaq. deciſ. 5. nu.
3. et 5. lib. 3. Seraph. deciſ. 1481. num.
2. ibi pactim 60. deciſ. 683. numer. 1. ibi
quod cum agatur de recognoſcẽdis inſtru-
mentis, &c. p. 3. lib. 3. diuerſ. 693. num.
7. in fin. ibi tamen ubi agitur, etc. p. 2. rec.
et deciſ. 184. num. 6. p. 6. diuerſ.
Tamen nec tali caſu ſuffragarentur
adminicula ponderata in deciſ. R. P. D.
54 mei Peutingerij, quia præter ſupradi-
ctos defectus probationis alicuius anti-
quitatis, ob non inſpectam faciem in-
ſtrumenti, & dubitationis illius ſubſtã-
tiæ adminicula in ſua ſpecie perfecta,
non ſunt, nec probata, vt eſſe debent.
Rot. in d. Romana prætenſi fideicom. de
Strozzis §. ſed vlterius, coram R. P. D.
meo Cerro.
55 Illud enim deſumptum ex nobilitate
DD. de

Digitized by Google

DD. de Viſinis, eliditur ex eadem no-
bilitate Alphonſinæ, quæ in contracti-
bus datis in Sum. Serendiſs. Ducis *nu.*
32. ſe geſſit, vti dominam d. Caſtri, ac
nobilitate pariter Madamæ Marghe-
ritæ, ac Catherinæ Medices Chriſtia-
nis ſinæ Reginæ, quæ in concordia eo-
dem *ſum. num.* 24. conuenerunt, quod
Caſtrum remaneret Madamæ ad eãq.
ſpectaret pleno iure reuerſurum certo
caſu ad ipſam Reginam, eiuſq. Here-
des pariter pleno iure, vt in terminis
firmauit *Rot. in cit. Rom. prætenſi fidei-
com. de Strozzis*, §. *Quod enim*.

Nec releuat pariter adminiculum de-
ſũptũ ex Inſtrumento aſſertæ ratifica-
tionis Alfonſinę, & ex alio prætenſæ
ratificationis Hęredum Lacuentij, &
Petri de Medices, quę ſupponuntur ro-
gata per eoſdem Notarios, & legitimè
compulſata ex Archiuio Florentino,
quia aſſerta ratificatio Alphonſina, nũ-
quam extracta fuit ex aliquo Archiuiò
tantum abeſt, quod fuerit compulſa-
ta ex Florentino, vt apparet ex proceſ-
ſu compulſoriali.

Altera autem, ex eo compulſata, non
56 ſuffragatur, quia cum ex illius ſola da-
ta, non probetur antiqua, & facies non
fuerit oſtenſa Dominis, vt placere di-
xerunt, vſque de Anno 1595. *d.* Sum.
Ducis Parmæ *num.* 9. dici nequit, non 58
egere recognitione, tanquam deduca-
tur pro adminiculo.

57 Ratio autem deſumpta ab Archiuio,
nihil facit, quia fuit erectum poſt mo-
tam litem, videlicet de Anno 1569.
Sum. d. Sereniſs. Ducis *numer.* 27. nec
etiam conſtat de tempore, quo euenit
repoſitio ſcripturæ, cum potuiſſet eſſe
de Anno 1580. quo lis inſtaurata fuit,
corã b. m. Blanchetto, & amplius poſt
quam Rota dixerat iura non eſſe in
forma probanti, Caputaq. *deciſ.* 41. *p.* 1.
cum alijs relatis per Adden. ad Buratt.
deciſ. 667. *num.* 19.

Accedit quod aſſertum protocollum,
non eſt tentum formiter, immo illius
plures defectus adnotarunt compulſo-
res *d. ſum. num.* 26. Archiuium autem,
non ſuplet imperfectionem ſcripturæ

Caputaq. *d. deciſ. num.* 2. *&* 3. *Adden.
ad d. deciſ.* Buratt. 667. *num.* 18.

Neque poteſt firmari d. Inſtrumentũ
eſſe in formà probanti ſub protextu il-
lius obſeruantiæ, quæ tribuit robur,
etiam ſcripturis informibus, *l.* 1. *C. de
fid. inſtr. l. ſi veritas C. eod. tit.* Roman.
conſ. 222. *dubitabatur num.* 2. Bald. *conſ.*
402. *in fin. num.* 9. *lib* 5. Grat. *diſcep. fo-
renſ. cap.* 429. *num.* 17. 468. *numer.* 8. *et*
577. *num.* 34. Seraph. *deciſ.* 928. *num.* 2.
et in rec. 980. *numre.* 5. 482. *numer.*
3. *verſ. maximè p.* 1. 703. *nu.* 8. *verſ. nam
qua ratione p.* 2. Adden. *ad deciſ.* 469. *lit.
B. coram Papa Greg. xv.* Coccin. *deciſ.*
258. *num.* 7. & in præſenti talis obſer-
uantia deſumitur ex quo DD. Viſini
recuperauerint alia bona aſſignata DD.
de Medices.

Quia dato etiam, quod eſſet probata
talis obſeruantia, iſta tamen non poſ-
ſetmut a rei ſubſtantiam, ſeũ qualitatem
ſcripturæ, & facere, quod ſcriptura in-
formis, & minus ſolemnis, haberi de-
beat pro authentica, & in forma pro-
banti, vt bene aduertit, firmat *d. deciſ.*
469. *num.* 5. ibi non tamen poſſunt, &c.
ſed neque etiam conſtat de huiuſmodi
obſeruantia, quia non fuit ex aduerſo
probatum, DD. de Medices poſſediſſe
59 prædicta bona, & quidem per totum
Annum 1593. quo fuiſſet completa ſa-
tisfactio, vt in Sum. D. Ducis Parmæ
num. 32. immo potius contrarium pro-
batur, vnde ſicuti obſeruantia auget fi-
dem ſcripturis informibus ità etiam
inobſeruantia, eodem ratione minue-
re debet, fidem huius Inſtrumenti, vt
contrariorum eadem ſit diſciplina *ad
not. in l. & ſi contra ff. de vulg. & pupill.
l. fin. C. de legat.* 3. Oldrad. *conſ.* 105.
num. 1. *&* 2. *Rot. deciſ.* 472. *num.* 7. *&* 8.
verſ. ideoq. & verſ. quin etiam coram
Buratt. *in recent. deciſ.* 703. *num.* 8. *ibi
eademq. ratione p.* 2. *& deciſ.* 224. *num.*
22. *verſ. ſed quod tolit p.* 6. *diuerſ. d. Rom.
prętenſi fideicom. de Strozzis corã* R. P. D.
meo Cerro §. *& in hanc*.

60 Pro in obſeruantia etiam d. Inſtru-
mẽti viget inueriſimilitudo, cũ non ſit
credẽdũ quod DD. de Medices in de.

ſalcatione eorum crediti liquidi ducat. 63936. voluerunt recipere annuos redditus ducat. 520. ſuper alijs Caſtris eiſdem aſſignatis, Alphonſina verò pro ſuo credito ſcut. 25000. contenta fuerit recipere reducatos 480. particularis, enim, & minutata ſolutio multa affert incómoda, *text. in l. Lutius. ff. de vſur. & l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. pet.* Menoch. *conſ.* 457. *numer.* 7. Affliđ. *deciſ.* 13. *num.* 2. *& deciſ.* 244. *num.* 8. *p.* 6. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 447. *num.* 21. *p.* 4. *tom.* 1. Surd. *deciſ.* 186. *numer.* 2.

61 Non obſtat, quod per Ducem Parmę non poſſint allegari inobſeruantia contractus, cum DD. de Medices, cum hoc ſit dare de iure tertij, vt inquit Altogr. alios allegans *in ſuo conſ.* 1. *numer.* 31.

Quia, cùm D. Dux Parmæ ſit reus, & poſſeſſor ad tuendam ſuam poſſeſſionem, huiuſmodi, ius bene potuit allegare, Caſtr. *in l. fin. numer.* 12. *verſ. intellige C. de adict. Dini Andr. ſoll.* Alex. *ibidem num.* 23. *circa finem* Surd. *conſ.* 415. *numer.* 16. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 155. *numer.* 24. *&* 26. *verſ. Ceſſante igitur*, Theſaur. *deciſ.* 4. *numer.* 1. *Rot. deciſ.* 97. *num.* 3. *coram* Duran. *&* 415. *nu.* 4. *coram Papa Greg. xv. Rom. Saluiani* 12. *Februarij* 1619. *coram b. m. Card. Virile, & in alia ſimili* 4. *Iulij* 1640. *coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

62 Tertia etiã elicitur nullitas d. Inſtrumenti aſſignationes, quæ cũ legatur facta d. Alphonſinæ abſenti, vt apparet ex tenore eiuſdem Inſtrumenti, ibi dedit, ceſſit, &c. ipſis creditoribus, & cuilibet ipſorum reſpectiuè, vt infrà abſentibus, tanquam præſentibus, &c. non ſuſtinentur, cum interuenerit illius conſenſus, vt alterius pro ea recipientis, *l. ab enti, et ibi* Bart. *ff. de donat. l. conſenſu, ff. de action. et obligat. cap. ſi tibi abſenti depraben. in* 6. Tiraq. *in l. ſi vnquam verſ. libertis num.* 80. *C. de reuoc. donat.* Alex. *conſ.* 168. *numer.* 14. *lib* 5. Rimin. Iun. *conſ.* 556. *numer.* 93. Bald. *conſ.* 349. *num.* 3. *lib.* 1. *et conſ.* 176. *poſt med. verſ. item, quia lib.* 1. Boer. *deciſ.* 353. *num.* 3.

Nec aliqua ratificatio d. Alfonſinæ poteſt ſumi ex verbis imperfectis, quæ
63 leguntur in d. folio non integro d. Inſtrumenti ibi Io. Alphonſina, quia nihil certi continent, cum deducantur ex dicto folio in parte ſubſtantiali deficiente. Bart. *in l.* 1. *§. ſi Rotę num.* 3. *et ibidem gloſ. in verb. muneribus in fin. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund.* Tabul. *l.* 1. *ff. de fid. inſtr.* Imol. *in l.* 1. *num.* 7. *circa med. verſ. vnde ſecus. ff. de hiſ. quę delent. in teſtam*, Suarez. *poſt rem indic. indic.* Anton. Gomez. *in l.* 45. *Tauri nu.* 145. Regulariter enim ratificatio nõ poteſt elici ex actu æquiuoco, cum ratificatio requirat perfectam ſcientiam actus, qui ratificationem poſtulat, *l. decem, ff. locat. l. cum duo, ff. de in diem addut. l. quidam relegatus, vbi* Caſtr. *et* Soccin. *ff. de verb. dub.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 768. *num.* 11. Surd. *conſ.* 318. *num.* 28. *in princ.* Menoch. *conſ.* 203. *num.* 37. Aym. *conſ.* 204. *num.* 14. Ruin. *conſ.* 91. *numer.* 9. *et* 10. *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 118. *num.* 819.

Nec ad effectum, vt ſit locus executioni dictæ ſententię vigore conſtitutionis Aegidianę ſuffragatur exhibitio tranſumpti d. Inſtrumenti vltimo loco facta pro parte domini Ducis Bracciani.

64 Quia locus eſſe non poteſt executioni dictæ ſententiæ, præſertim vigore huiuſmodi conſtitutionis niſi illa iuſtificata remaneat ex eiſdem actis, non autem ex iuribus poſteà exhibitis quale eſt tranſumptum, poſt dictam Sententiam exhibitum Monach. *in cap. Venerabili ſub numer.* 2. *de ſent. excom. munic.* Com. *conſ.* 10. *num.* 2. *prope fin. verſ. non autem lib.* 4. Card. Seraph. *deciſ.* 279. *num.* 5. *verſ. nam ſi ad oſſitium, & deciſ.* 377. *numer.* 10. *verſ. quibus ſtantibus.* Buratt. *deciſ.* 630. *num.* 4. Coccin, *deciſ.* 73. *nu. pariter* 2. *& deciſ.* 89. *eodem num.* 2. *poſt* Mangil. *de ſubhaſt. & ità reſolutum in cauſa Ciuitatis Caſtelli Spolij* 23. *Ianuarij* 1593. *coram b. m. Orano in rec. deciſ.* 28. *p.* 1. *in Bononien. fideicom. de Rubeis* 23. *Maij* 1644. *§. nec releuant ceſſiones coram R. P. D. meo Corrado,* quæ conclu-

conclusio, eo magis procedit in præ-
ſenti caſu, dum huiuſmodi tranſum-
ptum, de ſumptum fuit ex dicto Ar-
chiuio Florentino die 8. Aprilis 1583.
litè pendente, & ſine citatione partis,
ſicut tunc fuit leuatum alterum prætẽ-
ſę ratificationis DD. de Medices de
cuius validitate, quia DD. de illo tem-
pore, valdè dubitarunt, ideò ordina-
runt, vt produceretur illius originale,
quatenus poſſet, ſin minus darentur
compulſoriales, cum clauſulis oppor-
tunis d. Sum. Ducis Parmæ *num.* 9. &
per conſequens ſi iſtud etiam, tunc tẽ-
poris fuiſſet exhibitum, vtique parier
ijdem mandaſſent, quod ipſum origi-
nale exhiberetur, ſtantibus manifeſtis
65 erroribus, atque alijs defectibusper no-
tarium commiſſis in Inſtrumento tran-
ſumpto, & exhibito de dicto Anno
1585. *l. iubemus, & ibi gloſ. in verbo ſu-
ſpectus, C. ad l. Cornel. de falſit.* Natt.
conſ. 633. *num.* 12. & 17. Recin. *conſ.* 35.
numer. 10. *tom.* 4. Rimin. Iun. *conſ.* 554.
num. 13. Pariſ. *conſ.* 57. *nu.* 36. *p.* 4. Surd.
conſ. 173. *num.* 21. Oſaſc. *deciſ.* 117. *num.*
66 11. Et eſſet valdè inconueniens, quod
magis eſſet credendum tranſumpto,
quam originali, Felin. *in cap. cum P. Ta-
bell. in fin. de fid. inſtr.* Honded. *conſ.*
66. *num.* 101. *ibi conſumptum lib.* 1. Ro-
land. *conſ.* 32. *num.* 26. *lib.* 2. & *conſ.* 26.
num 11. *lib.* 3. Menoch. *de adipſc. re-
med.* 4. *nu.* 702. primum tranſumptum,
tanquam ſuſpectum non fuit approba-
tum, eo minus debet ſecundum appro-
bari, cum vtrunq. habeat oridinem à
radice infecta, Bald. *in l. ex teſt.* 29. *in
fin. C. de fideic.* Rip. *in l.* 1. §. *ſi quis ità
col. penult. ff. de verb. oblig.* Maſcard.
de probat concluſ. 14. *numer.* 12. Gratian.
diſcept. forens cap. 282. *numer.* 35. Bald.
conſ. 125. *tres fuerunt contractus lib.* 1. &
conſ. 263. *vol.* 5. Rimin. Iun. *conſ.* 83.
num. 3. & 4. Onded. *d. conſ.* 66. *eodem
num.* 101. ibi ſed extractum, & quod
eo magis videtur firmandum, dum eui-
67 denter apparet de diſcrepãtia iſtorum
inſtrumentorum; primum enim pro-
ductum de Anno 1583. legitur ſubſcri-
ptum ſub nomine Laurentij de Medi-
ces, & Alphonſinæ, ſecundum verò ſub
nomine Ioannis Iurdani Vrſini, & Sci-
pionis Vrſini ſtante igitur, tã graui di-
ſcrepãtia inter vtrumq. pariter vtrunq.
retorqueri, nec ſecũdum poteſt ſuffra-
gari pro adminiculo, & coadiuuatio-
ne antecedentis producti, dum ad in-
uicem iſta ſibi derogent fidem. *text. in
c. imputari. exer. de fid. inſtr. l. ſcriptura
diuerſa, C. eodem tit.* Alex. *conſ.* 175. *nu.*
2. *ibi, nec etiam erit ſtandum, &c. &
num.* 4. *verſ. & per iſta. lib.* 7. Bald. *conſ.*
392. *in primis viden. eſt. num.* 4. *verſ. vlt.
quęritur lib.* 3.

Hinque cum ex ſupradictis appareat
de iniuſtitia dictæ ſententiæ, per con-
ſequens ceſſat reſtitutio fructuum, ad
68 quos Sereniſs. D. Dux Parmæ fuit con-
demnatus, cum tam ipſe, quam ſui an-
teceſſores bona fide, & iuſto titulo Do-
minij in ipſos translati, illos percepe-
rint, quos propterea ſuos fecerunt,
l. ex diuerſo, §. fin. ff. de rei vendic. Paul.
de Caſtr. *in l. ſi quis bonorum, ff. de legat.*
1. Peregrin. *de fideicom. art.* 49. *n.* 20. ibi.
Quia Dominũ ſequntur, &c. Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 540. *nu.* 8. & *cap.* 712.
num. 11. Menoch. *conſ.* 300. *num.* 5. Cę-
phal. 626. *num.* 4. Surd. *conſ.* 333. *num.*
24. *Rot. deciſ.* 310. *num.* 26. *p.* 5. *diuerſ.
Romana cõſignationis cedula* 21. *Februa-
rij* 1614. *coram b. m. Pirouano*; Ad hunc
effectum enim ſufficit malã fidẽ abeſ-
ſe, Batt. *in l. ſedet ſi l. §. ſcire de petit ha-
red. & in l. fur. §. ſi quis de vſu. cap.* Al-
ciat. *in l. bonę fidei. de verb. ſignific.* Co-
uar. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 8. Becc.
conſ. 95. *num.* 1. Cęphal. *conſ.* 708. *num.*
85. *Rota deciſ.* 320. *num.* 1. & 2. *p.* 2. 335.
num. 1. *ibi quod abſit, &c. p.* 3. 326. *nu.* 3.
ibi immo ſufficit, & 608. *num.* 1. *ibi, &
quod non adſit p.* 4. *recent.*

Et ità vtraq. parte, &c.

Annotationes.

A Quinimò etiam ſola iniuſtitia, vel
ſola nullitas ſufficiunt, vt ſententia,
nunquam tranſeat in rem iudicatam,
vt dixi in capit. 14. in principio, vt latè

firmauit Rota, ex profeſſo in cauſa Romana fideicommiſſi de Marianis 27. Iunij 1650. coram R. P. D. Royas.

B Vbi nulliter fuit proceſſum per contradictas, ſeu per affixionẽ ad Valuas, non ſolum excluditur, vera contumacia, ſed etiam ficta, Vant. *de nullit. ex defect. citat. numer.* 22. Rimin. Iunior. *conſ.* 648. *num* 16. *vol.* 6. Buratt. *deciſ.* 109. *num.* 12. *fol.* 149.

C Vide ſupra *num.* 50. *& ſequen.*

Sicut ad validitatem proceſſus per contradictas, duo copulatiuè requirũ-
D tur, ſcilicet quod præceſſerit citatio perſonalis, & quod citatus, deindè nõ
69 comparuerit per ſe, vel per alium, Caualer. *deciſ.* 410. *nu.* 1. *& ſequen.* Greg. *deciſ.* 430. *num.* 1. *&* 5. *fol.* 476.

Ità ad validitatem proceſſus per diligentias, pariter duo ſunt neceſſaria præcedens citatio perſonalis, & quod
70 ſubſequatur latitatio, ex qua deinde difficultas reſultet citandi perſonaliter, Bart. *in l.* 4. §. *Prætor ait num.* 18. *de damno infecto*. Tiraquel. *de retract.* Lignager. §. 9. *nu.* 7. *Rota in Romana ſpolij Domus* 5. *Iunii* 1624. *coram Manzanedo* impreſſa apud Poſtium *de manuten. deciſ.* 45. *numer.* 4. Coccin. *deciſ.* 216. *num.* 23.

Concurrentibus tamen in vtroq; proceſſu dictis requiſitis, ſequitur validitas vtriuſque, non autem quod ſic citatus cenſeatur verus contumax. *Rota de-*
D *ciſ.* 1. *iuncta, deciſ.* 2. *de dolo, & contum. in nou.* vbi quod tanquam fictus con-
71 tumax appellat, à Die habitæ notitiæ, de vtroque ita citato, firmat Scacc. *de appel. cap.* 2. *quæſt.* 12. *numer.* 16. *&* 18. Vant. *de nullitat. ex defectu citat. num.* 91. *& ſeq. Rota diuerſ. deciſ.* 55. *num.* 2. *p.* 1. Guidobon. *deciſ.* 39. Rebuf. *de appell. art.* 7. *gloſs.* 7. *& de contumacia art.* 12. *num.* 13. *Rota deciſ.* 84. *poſt primum vol. conſ. criminal.* Farin. *num.* 18. *quæ loquitur in latitante.*

Limitantur tamen prædicta, quando citatus per contradictas ex præuia citatione perſonali, fuiſſet citatus ad totam Cauſam, & non comparuiſſet, neque conſtituiſſet Procuratorem, nam tunc haberetur pro verò contumace, & nõ appellaret à Die habitæ notitię per Doctrinam Bartoli *in l. fin. num.* 14. *cum aliis adductis per Rotam in dicta Volaterrana Prioratus* 15. *Decembris* 1638. *corã R. P. D. Bichio in* §. *nec dicendum.*

Secus autem, ſi fuiſſet citatus perſonaliter, ad vnicum actum, & non cõ-
72 paruiſſet, quia qualitas contumaciæ reſtringitur reſpectu actus, & temporis, & in reliquis nocere non poteſt, Caſtrenſ. *conſ.* 316. *certum eſt num.* 1. *vol.* 1. *Rota apud* Zachiam *de obl. Camer. deciſ.* 124. *num.* 2. *& ſequen.* etiam quod citatus dixerit, ſe nolle cõparere. Soccin. *de citat. art.* 27. *numer.* 30. Greg. *deciſ.* 518. *numer.* 8.

Quia iſto caſu, ſunt neceſſariæ citationes ad reliquos actus, at vbi citatus
73 perſonaliter, ad totam cauſam, negligit comparere, tunc licet citetur ad reliquos actus ad valuas, ſeu per contradictas, tamen citationes huiuſmodi sũt potius ex Vrbanitate, quam ex neceſſitate. *Rota dec.* 10. *de re iudicat. in nou. prope fin.* Put. *deciſ.* 1371. *numer.* 2. *lib.* 2. *in correct. Rota in Cæſaraguſtana Parochialis de Maela* 24. *Februarii* 1644. *coram R. P. D. Cerro circa medium, verſ. imò, quando quę eſt, etc. infrà deciſ.* 5. Beltram. ad Greg. *deciſ.* 430. *num.* 6. *et* 8. vbi quod procedit, licet Procurator fuerit conſtitutus, ſed, ſe abſentauerit, nulla facta ſubſtitutione alterius Procuratoris Veſtr. *in praxi lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. Gratioſ. Vbert. *de citat. cap.* 9. *num.* 407. *fol.* 611. *Tom.* 2. Gratian. *diſcept.* 364. *num.* 22.

Secundo limitatur, vt non procedat in doloſo latitante, ne enim iſte, ex doloſa latitatione, reportet commodum appellandi, à die habitæ notitiæ, non appellat, niſi infrà decennium, à Die latæ ſententię, *vt firmatur in dicta deciſ. Volaterrana Prioratus circa medium in* §. *alteram.*

Verum ad concludẽdam doloſam latitationem, non ſufficiunt ſolæ diligentię de reperiendo perſonam aſſertę, & relatæ per Curiores, aut per alios, quibus commiſſa fuit executio citationis, *l. Fulci-*

Fulcidius. 7. §. latitare §. cum hoc dictũ, & §. ſed is qui ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. ſed requiritur probatio animi fraudolenti, Bald. & Angel. *in l. 2. C. de anal. except.* Speculator. *in §. contumacia in principio.* Maſcard. *de probat. concluſ. 99. num. 3.* Tiraquel. *de retract.* Lignager. *gloſſ. 2. num. 6. & ſequen.* Abbas. *conſ. 84. num. 3. p. 2.* Bart. *in tract. de citat. num. 14.* Surd. *conſ. 300. nu. 17. et conſ. 348. num. 11.* Cyriac. *contron. 679. numer. 25.* Ex diligentijs de reperiendo, infertur potius, ad qumdam præſumptionem latitationis, & quæ admodum diuerſa eſt, à doloſa, vt diſtinxerunt Bald. *in l. ſatis. 19. de in ius vocan.* Natta *conſ. 240. reddidi ſub num. 8.* Maſcar. *de prob. concl. 449. numer. 5.* Quę propterea non impedit appellationem à die habitę notitiæ, nec conſtituit verũ contumacem. Bald. *in authentic. qui iurat. num. 44. C. de bon. aut. ind. nu. 13.*

76 Ancharan. & Zabarel. *in Clement. 1. de dol. & contum. num. 13.* Alex. *conſ. 219. lib. 6. num. 8.* Vant. *de nullitat. ex defect. citat. numer. 97.* Tiraquel. *de retract.* Lignager. *gloſ. 9. nu. 27.* Benintend. *deciſ. 57.* Vbert. *de citat. cap. 7. num. 241. Rota in Volaterrana Prioratus 15. Decembris 1645. corã R. P. D. Bichio in principio, vbi in hac parte reuocatur deciſ. in eadem cauſa emauata, ſub die quinta Maij eiuſdem Anni in §. quia placuerunt.*

In quarum poſtrema deciſione, qualitas doloſæ latitationis, deducitur, quia

77 citandus, ſui Copiam feciſſet, quando ſua intereſſet, latitaſſet verò, quando ſuſpicaturcitari ad inſtantiam aduerſarij, quod eſt prorſus inane, tam reſpectu axiomatis, vt pater ad ſenſum, quam reſpectu terminorum deciſionis prædictæ, ex quibus apparet, citandum ſui Copiam feciſſe, præſertim in illis diebus, in quibus pendebant diligentię perquiſitionis perſonalis iuxta ſtylum notorium Romanæ Curiæ, de quo Gratioſ. Vbert. *de citat. d. cap. 7. num. 244. & 341. fol. 387.* ac proinde excluſa fuerat, etiam præſumpta latitatio, reſultans ex diligentijs curſorum, ne dum citandus de iure potuerit redargui de doloſa latitatione. Guidopap. *deciſ. 557. num. 2. verſ. ſi tamen* Ceph. *conſ. 241. num. 27. lib. 2.* Soccin. *de citat. art. 12. num. 7.* Maſcard. *de probat. concluſ. 291. num. 18. & concluſ. 1115. num. 26. & ſequen.* Gratian. *diſceptat. 697. num. 19. Rota in recen. deciſ. 130. nu. 36. p. 6. fol. 246.*

Quin imò non ſolum reperibilis, ſed repertus quoque fuerat intrà terminũ diligentiarum, & perquiſitionum, cũ fuerit in eius manibus data citatio ad ſententiam, quam tamen citationem pars aduerſa, affectans ſententiam ferri, alio tempore, per citationem ad valuas, iuſta terminos proceſſus per diligentias, de quibus *Rota in recen. deciſ. 634. numer. 9 p. 4. tom. 3. fol. 257.* noluit reproducere ſed neglexit eius recuperationem, cum relatione dè manu curſoris. Qua propter citandus, longè poſteà certior factus, ſententiam latam fuiſſe, per citationem ad valuas, in vim dictarum diligentiarum) ſategit recuperare de manibus curſoris, dictam citationem originalem, remanſam apud curſorem, eo quia non fuit, reproducta in tempore, prout illam habuit, (ſoluta curſori eius mercede) quam deindè produxit, vna cũ copia in eius manibus relicta, coram R. P. D. Bichio, ad docendum de inualiditate dicti proceſſus per diligentias. Suſpicioni alicui forſan locus eſſe potuiſſet, niſi tam dicta citatio originalis, quam dicta copia in manibus citati tradita fuiſſent conſcriptæ de manu ipſiuſmet aduerſarij citatis, prout in iudicio ipſemet aduerſarius faſſus fuit coram eodem R. P. D. Bichio, & nihilominus, Rota noluit huiuſmod. probationem attẽdere ſub prætextu, quod ſuſpiciabile fuerit citationem originale, reperiri in manibus citandi ex deductis in Cæſaraugustana Parochialis de Maela coram R. P. D. Cerro, quę eſt infrà *deciſ. 5.* cuius termini longe diſtant, cum in illa ageretur de citatione originali expedita extrà curiam, quæ conſcribuntur originaliter per Notarium actuarium ſub

nomine

nomine Iudicis in carta pergamena, ſub ſigillo Auditoris, at citationes quæ fiunt in curia, etiã originales non fiunt à Notarijs, ſed ab ipſiſmet partibus citantibus, quia attenditur ſola ſubſcriptio, & relatio, quæ in pede citationis fuit per curſorem, propterea, etiam amiſſa originali, dietim noua conſcribitur iuxta formulã originalis, & ſic ſubſcripta per curſorem non diſtinguitur ab ea, quæ originaliter tradita fuit ad effectum exequendi, & propterea, eo minus, erat locus ſuſpicioni, ſtãte quod, ferè totum collegium curſorum, teſtatum fuerat, omnes curſores, faſciculos integros habere citationum originalium, non recuperatarum per citantes, quas libentiſſimè traderent, non ſolum citato, ſed etiam vnicuique, qui eorum mercedem ſolueret, quoniam in effectu lapſo termino præſcripto, circum ductæ citationes, nihil aliud præſtare poſſunt, quam veritatem factæ citationis, cæterum quoad decreta, ad quæ ordinabantur inutiles prorſus euadunt, vt hæc omnia notiſſimam ſunt, etiam Ti-
79 ronibus, & propterea, eo magis deferendum videbatur atteſtationi tot curſorum, quorum fidei, vt officialibus Papę Rota ſemper ſolita fuit deferre. Mandoſ. *in regula 6. in 3. quæſt. num. 1. mihi fol.* 80. *deciſ.* 15. *in fine de dol. & contum.* Franciſcus March. *deciſ.* 418. *p.* 2. *num.* 1. Menoch. *de Arbitr. caſu.* 112. *numer.* 9. Maſcard. *de prob. concluſ.* 1115. *num.* 16. *Rota in recen. deciſ.* 577. *num.* 4. *p.* 4. *fol.* 444. Gregor. *deciſ.* 426. *num.* 7.

Quæ omnia firmiora videbantur, & prorſus indubitata, attento quod ipſe-
80 met aduerſarius examinatus, tanquam teſtis ad inſtantiam ipſius procuratoris, depoſuerat, eundem citandum, & perquiſitum intrà terminum perqueſitionum, & diligentiarum, non ſemel, atque iterum, conueniſſe in Domũ eiuſdem ſui Procuratoris, diebus, & horis conuentis, quod ſi ſolum ſufficens fuiſſet, ad excludendam latitationem, intrà terminum perquiſitionis, & diligẽtiarum, multo magis abundat, ad adminiculanda prædicta omnia, attento
81 præſertim ſtylo Rotali inclinandi ad excluſionem doli, & veræ contumaciæ, iuxta tradita per Lancellott. *de atten. p.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 50. *numer.* 163. *mihi fol.* 311. Deiuſ. *conſ.* 34. *nu.* 5. Veſtr. *in praxi lib.* 7. *cap.* 3. *ſub numer.* 27. *verſ. prout etiam in alijs.*

Et ad iſtum effectum admitẽte quod-
82 cunque coloratum impedimentum, vt in Meleuitana Cõmendę 20. Iunij 1639. coram R. P. D. Roias impræſſa apud Vbert. *de citat. cap.* 10. *numer.* 490. *fol.* 410. Bald. *conſ.* 5. *vol.* 1. Pariſ. *reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 13. *numer.* 73. *& ſequen.*

Ratio eſt euidens, quia conſtito de quocunque impedimento citati, etiam
83 perſonaliter, ex quo cõparere non potuerit, ceſſat vera contumacia, exiſtẽter licet apparenter exiſteret, *l. contumacia* 53. *ff. de re iudicat.* Bart. *in l. finali, C. de reſt. in integr. & in l. ex conſenſu, §. fin. ff. de appell.* Alex. *ibidem, & in l. properandum, §. fin. autem C. de iud.* Imola *in Clementina vnica, & contumacia* Rebuff. *de contum. art.* 12. *numer.* 12. *fol.* 702. *& de appell. art.* 7. *gloſ.* 2. Afflict. *deciſ.* 29.

Et è conuerſo, vbi quis fuerit citatus Domi, vel alio modo, ex quo ſola ficta contumacia arguitur, comperta deindè ſcientia vera de dicta citatione, ſic citatus dicitur verus contumax exiſtẽter, quamuis apparenter fuerit fictus, qui propterea non appellat à die habitæ notitiæ, quemadmodum, e conuerſo fictus exiſtenter, quamuis verus aparẽter appellare poteſt à die habitæ notitiæ, vt præter ſupra allatas authoritates tradit *Gloſa in c. non ſolum, de appell. in* 6. *in verbo caſibus, & clementina prima de dol.* Abbas *numer.* 6. Imola *num.* 9. *in fine verſ. ſi autem iudicialiter non conſtat.* Ancaran. *num.* 10. *verſ. ſed hic occurit dubium.* Gratian. *diſceptat.* 364. *num.* 27.

84 Quapropter dicta deciſio Valaterrana Prioratus non ſubſiſtit, cum ad Principem ſupremum pertineat ſanare nullitates, Buratt. *deciſ.* 871. *num.* 8. *fol.* 233. Iudices verò huiuſmodi munia Princi-

pis vſur-

pis vſurpantes bene redarguuntur per Baldum *in l.1.num. 10. C.ſi à non compe-ten. Iudic. numer.* 10. Vant. *de nullit. tit. quid ſit nullitas, num.* 21. Contard. *in l. vnica limitat.27. nu.13.& ſequen.* Gonzales *in annotat. nullit. & itent. num.* 170. *Rota in Forolinen. emphitheuſis prima Iulij 1613. coram Coccino, quę eſt deciſ.174. num.11.p.2. in recen.*

Io. Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XVIII.

De requiſitis ad validitatem Proceſſus ad Valuas, ſeu per contradictas.

SVMMARIVM.

1 *CItato perſonaliter ad totum cauſam, & non comparente per ſe, vel per alium, proceditur per contradictas, ſeu per citationem ad valuas.*

2 *Amplia quod huiuſmodi citationes, poſt contumaciam citati perſonaliter, fiunt ex Vrbanitate potius, quam ex neceſſitate.*

3 *Citatio perſonalis exequta in iudicio poſſeſſorio, non ſufficit deindè in iudicio petitorio.*

4 *Declara quod vbi in commiſſione, cuius vigore fuit expedita citatio, continetur, tam petitorium, quam poſſeſſorium, non requiritur noua citatio perſonalis.*

5 *In beneficialibus per ſolam citationem, cenſetur omne ius deductum.*

6 *Noua commiſſio, non diuerſificat iudiciū, quando eſt dependens à prima commiſſione, ſecus quando eſt independens.*

7 *Contra recedentem à curia, nullo dimiſſo Procuratore, proceditur per contradictas.*

8 *Contra latitantem, proceditur per affixionem ad valuas, factis diligentijs, de reperiendo perſonam.*

9 *Notario quando credatur abſque teſtibus.*

10 *Impediens, ne citari poſſit, habetur pro citato, vel ſaltem contra ipſum proceditur, per contradictas.*

R.P.D. CERRO

Cæſarauguſtana Parochialis de Maella.

Merc. 24 Febr. 1644.

DECISIO V.

VAcante de menſe Maij 1638. Eccleſia Parochiali Oppidi de Maella Cæſarauguſtanę Diœceſis, Marchio, & Marchioniſſa de Torres Domini temporales dicti loci prætendentes ſe Patronos pręſentarūt Auguſtinum Pedro, qui ſucceſſiuè mediātibus recurſibus habitis ad Conſilia Regia per dd. DD. temporales inſtitutionem extorſit ab Ordinario, & poſſeſſionem apprehendidit, quam adhuc retinet.

Sed quia vacatio contingerat in menſe Maij. qui eſt perpetuo reſeruatur Sedi Apoſtolicę, fuit de eadem Parochiali prouiſum Fr. Hyacintho de Alos Ordinis S. Io. Hieroſolymitani, qui ad partes expediuit ſubrogationem gratioſā ad ius, & poſſeſſionem Dominici Fortes vltimi poſſeſſoris, & coram bon. mem. Coccino tunc Rotę decano Exequutore ſpecialiter deputato in litteris Apoſtolicis petijt immiſſionem citatis Auguſtino, & Marchioniſſa, vt ex citatione data in *Summ.nu.*1. qua in actis reproducta, & longo tempore vtroque iſtorum expectato ob cōtumaciam fuit contra vtrūque decretus proceſſus per audientiam contradictarum, & Fr. Hyacinthus obtinuit ſententiam diffinitiuam ſuper exequutione litterarum gratioſæ ſubrogationis, & ſubinde

manda-

mandatum de immittendo.

Appellauit Auguſtinus, & Signatura Iuſtitiæ reſcripſit in Rota Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo tunc Auditore cũ clauſula non retardata exequutione litterarum Apoſtolicarum arbitrio, & diſputato dubio An intraret arbitrium, Rota ſub die 3. Iunij 1641. negatiuè reſpondit, & creſcente Auguſtini contumacia fuit ſucceſſiue deuentum contra ipſum ad inuocationem brachij ſæcularis, vnde Auguſtinus receſſit à Curia nullo dimiſſo Procuratore, & adhuc inſordeſcens in cenſuris per annum, & vltra, Sacramenta, & cętera ad curam Animarum pertinentia per Vicarium adminiſtrat.

Ideo ad occurendũ his malis fuit pro parte Fratris Hyacinthi adita Signatura Gratiæ, & à Sanctiſſimo impetratũ reſcriptum, vt procederetur appellatione remota, & iſtius vigore contra vtrumque expeditã citatio cum inhibitione, quæ contra intruſum fuit bene exequuta, nempè per affixionem ad valuas Eccleſiæ Parochialis, & dimiſſa copia domi Rectoris; contra vero Marchioniſſam nõ potuit exequi, quia ipſa ſciẽs ſe fore citandã pro impedienda huiuſmodi citationis exequutione adiuit Conſilium Regium, & per iſtius Miniſtros curauit ſubtrahi *à Notario commiſſionem originalem*, vt patet ex atteſtatione Officialis maioris Conſilij facta ſub die 21. Auguſti 1643. *Summ. numer.* 3. & cum iterum pro parte Hyacinthi inſtaretur ab alio Notario *perſonaliter præſentari copiam authenticam* eiuſdem commiſſionis, ſecundò adiuit præfatum Regium Conſilium, & curauit hanc *quoque copiam ſubtrahi*, vt in relatione Notarij, Miniſtri Regij *num.* 4. ex quibus licet ſufficeret citatio ſic exequuta ad effectum *decernendi contra vtrumque proceſſum* per audientiam contradictarum; placuit tamen Dominis propter grauitatem cauſæ de hoc ſpecialiter dubitare, & me proponente vti ſubrogato in locum Eminentiſſimi D. Cardinalis Panziroli fuit affirmatiuè reſponſum; quia cũ tam Mar-
chioniſſa, quam Auguſtinus in princi-
1 pio cauſæ fuerint perſonaliter citati,
poteſt contra illos ob contumaciam in-
comparendo procedi per cõtradictas,
vt de ſtylo teſtatur Veſtr. *in praxi lib. 1.*
cap. 5. ſub numer. 4. verſ. ſi quis legitimè
citatus, Rot. apud Put. *deciſ. 371. circa*
fin. lib. 2. in correct. Greg. *deciſ. 430. nu-*
mer. 1. ibique Adden. *num. 5. Reueren-*
diſs. Vrgellen. *deciſ. 94. num. 3.* Immo
quando citatus perſonaliter non com-
parendo fit contumax, reliquæ citatio-
2 nes per contradictas fiunt potius ex vr-
banitate Palatij quam ex neceſſitate
Rot. coram Put. *vbi ſupra in fin.* Greg.
pariter vbi ſupra num. 6. vbi quod poſ-
ſet procedi etiam abſque alia cita-
tione.

Nec releuat quod cum citatio fuerit
exequuta in iudicio poſſeſſorio quod
3 agebatur vigore ſubrogationis gratio-
ſæ, ſuffragari non poſſit in hoc iudicio
diuerſo, quod agitur in petitorio vigo-
re prouiſionis Apoſtolicæ, & in quo
adeſt noua commiſſio, quæ operatur,
vt ſit opus noua citatione, nec ſufficiat
ſemel facta vigore primæ commiſſio-
nis Achill. *deciſ. 13. de dolo, & contumac.*
bon. mem. Coccin. *deciſ. 6. num. 1.*

4 Quia cum in citatione nedum fuerit
inſertus tenor ſubrogationis gratioſæ,
ſed etiã prouiſionis Apoſtolicæ, & fa-
cta fuerit ſuper omnibus in dd. litteris
contentis benè ſuffragatur præſertim
in beneficialibus, vbi per citationem
5 omne ius cenſetur ab initio deductum,
cap. ſtatuimus de elect. in 6. AEgid. *de-*
ciſ. 66. quem ſequuta fuit. *Rota in Cala-*
guritana beneficiorum de Aruel. 9. Apri-
lis 1613. corã bon. mem. Sacrato impreſ-
ſa apud Marcheſ. *de commiſſ. tom. 2. fol.*
478. coram Coccino *deciſ. 443. num. 2.*
& in Maioricen. Parochialis 1. Iulij 1645.
coram R.P.D. Carillo.

Non verò commiſſio tunc diuerſifi-
cat iudicium, quando eſt independens
à prima, vel prima fuit nulla, in quibus
terminis loquuntur deciſiones Achill.
& bon. mem Coccin. ac quotquot poſ-
ſunt ad propoſitum allegari, ſecus vero 8
quando à prima dependet, tunc enim

iudicium

iudicium remanet idem, nec opus eſt noua citatione, cum citatus à principio debuerit venire, vel mittere Procuratorem ad Curiam ſufficienter inſtructum ad omnia, quæ poſſint occurrere, vel contra eum impetrari in cauſa, *Rot. deciſ. 25. de reſcript. in nouis, & in Romana vineæ de Fabris 24. Maij 1612. coram bon. mem. Litta impreſſ. apud Marcheſan. tom. 2. fol. 239. num. 2.* cum alijs allegatis *in Meleuitana hæreditatis 26. Ianuarij 1637. coram Eminentiſs. D. meo Card. Panzirola,* vbi in ſpecie agebatur de cauſa cœpta coram vno Auditore, & continuata coram ſubrogato, vt in caſu noſtro.

7 Et hoc ſine difficultate dixerunt DD. procedere in hoc caſu. Tum quia vltrà dictam citationem perſonaliter ab initio exequutam Auguſtinus receſſit à curia nullo dimiſſo Procuratore, quo caſu faciliùs admittitur proceſſus per contradictas Veſt. *vbi ſup. ſub d. num. 4. verſ. ſi quis ſemel comparuerit, Rot. apud* Gregor. *deciſ. 11.* vbi Add. *num. 7.* plures cumulat. *Tum quia fuit citatus domi dimiſſa copia,* & per affixionē
8 ad Ianuas Eccleſiæ Parochialis, quam occupat, ex quo facti diligentijs nuſquā fuit repertus, quod pariter ſufficit contra eum qui latitat, & perſonaliter haberi non poteſt iuxta *tex in clem. cauſā de elect. gloſ. final. in clem. vnica, vbi Card. num. 23. de renunc.* Pariſ. *de reſignat. lib. 9. quæſt. 26. nu. 11. Rot. in recent. deciſ. 130. num. 29. cū ſequen. par. 6. & in Ianuen. ſeparationis thori 16. Febr 1632. coram bon. mem. Coccin. § ſed huic fundam.* †

† *Impreſſa apud Gratian. ſuo. 3. Vbertū decis. tt. on. cap 7. n. 335. fol. 383. 10. 1.*

6 Marchioniſſa vero ſemel, atque iterum per recurſum habitum ad Conſilia, & ſubſtractionem commiſſionis impediuit, ne citari poſſet, vt conſtat ex atteſtatione Notarij, cui de ſtylo illarum partium creditur ſine teſtibus, vt admiſit *Rota coram bon. mem.* Coccin. *deciſ. 404. numer. 5. & deciſ. 146. num. 3. & 4. coram bon. mem. Burato.* Vnde in
10 odium impedientis habetur pro legitimè citata *cap. quoniam frequenter. § porro, vt lit. non conteſtat. gloſ. in c. ſi Capitulo, vbi* Ancar. *num. 2. verſ. quæro poſt gloſ. de conceſſ. præbend. in 6.* Gonzal. *ad reg. 8. § 3. proem. num. 41.* Creſc. *deciſ. 18. num. 5. de ſent. & re iud.* Add. *ad deciſ.* Gregor. *584. num. 6. verſ. prout regulariter, Rot. in Corduben. Archidiaconatus apud* Marchel. *fol. 89. num. 1. par. 3. & in Hiſpalen legitimitatis poſt. 2. vol. conſ.* Farinac. *in ord. deciſ. 348. num. 3.* & in ſpecie recurrentis ad Conſilia, & ſic impedientis ſe citari dixit *Rota corā* Card. Seraph. *deciſ. 1094. num. 1. 2. & 3.* Ita vt ſi poſtea legitimè nō comparuerit, valeat proceſſus per audientiam contradictarum.

Idq. tantò magis, quia hodie fuit delatum ad Curiam Inſtrumentū authēticum citationis, & intimationis perſonaliter exequutæ contra modernam Marchioniſſam Dominam temporalē d. loco prætenſam patronum, & ſic ceſſat omnis difficultas.

Et ita informante ſolum Fratre Hyacintho.

Romana fideicommiſsi, ſeù Saluiani.

Mercurij 15. Iunij 1650.

Coram RR. D. Dunozzetto Decano.

SVMMARIVM.

1 Fideicommiſſario non competit actio ſuper re legittimè alienata prò ære alieno, ac præuia derogatione apoſtolica fideicommiſſi.

2 Pro ſorte Cenſus non datur Immiſſio in Saluiano.

3 Per ſolutionem eius, quod debetur extinguitur omne debitum, & obligatio.

4 Extinctio Cenſus facta à grauato inſtāte debitore à fideicommiſſario impugnari non poteſt.

5 Ceſſio aliquando non importat tranſla-

 tionem

tionem rei formalis, ſed ſolius anterioritatis hypothecę contra poſteriores creditores.

6 *Res fideicommiſſo multiplico, & euictioni ſubiecta, viliori quaritur pretio.*

7 *Exactio fructuum cenſus facta ab aliquo probat eiuſdem poſſeſſionem, & è contra.*

8 *Onus multiplicis cui nā incumbere debeat.*

9 *Si pecunia reinueſtiatur in Cenſibus inexigibilibus à fideicōmiſſarijs non poſſunt eorum heredes venire contra primum hęredem grauatum, qui extinxit cenſus exigibiles.*

10 *Conductio facta de re propria à Dominio cum proteſtatione tamen, & reſeruatione litis pendentiæ, &c. ipſi non præiudicat.*

DECISIO VI.

SEntentiam ab Auditoris Cameræ latam ad fauorem Cæciliæ, & ſororũ de Amodeis contra Dominam Marchioniſſam Liuiam Primam Sancta Cruciam, & Domin. Tarquinium iuniorē eius filium, tanquam iniuſtam infirmandam eſſe? DD. reſponderunt.

Iniuſtitia ex eo reſultare viſa fuit, quia dicta ſententia cōcedit prædictis ſororibus ad fideicommiſſum Franciſci Contugij vocatis, immiſſionem ex Saluiano in poſſeſſionem domus, olim dicto fideicommiſſo ſubiectæ, quam Lucretia hæres dicti Franciſci, & Petrus Paulus primus fideicommiſſarius, præuia extimatione Peritorum, ac derogatione Apoſtolica, pro diſſoluendo ære alieno Teſtatoris alienarunt in Tarquinium ſeniorem Sancta Cruciũ pre-
1 tio ſcutorum 5380. qua ſtante legitima alienatione, nulla deſuper competebat actio fideicommiſſarijs, Molin. *de primogenit. Hiſpaniar. lib. 4. num. 49. verſ. ſi vero facultas, &c. cum alijs allegat. in Romana Vinea 2. Maij 1644. coram Reuerend. Pat. Domin. meo Bichio, §. conſenſus autem, verſic. quię cum Breue.*

Non obſtat, quod immiſſio conceſſa fuerit occaſione trium cenſuum, quos ſub diebus 1. Septembris 1511. & 29. Martij 1616. ac 1. Octobris 1619. ex parte dicti pretij, & illius fructibus ad formam Breuis derogatorij multiplicatis, dictus Tarqinius emptor ſuper eadem domo impoſuit ad fauorem dicti Petri Pauli, & aliorum fideicōmiſſariorum, quia vltra quod pro ſorte cēſus non datur immiſſio ex Saluiano, vt dixit *Rota in Imolen. Saluiani 2. Decembris 1633. coram bon. memor. Coccino apud* Conc. *de cenſib. deciſ. 551. num. 1. verſic. quod dubium, &c.* Cenſus prædicti apparent ex publico Inſtrumento extincti vſque ſub die 26. Septembris 1620. & conſequenter pro illis nulla competebat actio, cum per ſolutionem eius, quod debetur, extinguatur, & tollatur omne debitum, & obligatio *inſtitut. quibus mod. toll. obligat. in princip. gloſſ. final. in leg. cum plures, ff. de euict. Rota deciſ. 374. numer. 14. par. 5. recentior.*

Nec refert, quod extinctio facta fuerit à prædicto Petro Paulo, qui cum eſſet pariter grauatus reſtituere, non poterat præiudicare alijs poſt eum vocatis, quoniam reſponſum fuit, actum illum extinctionis, tanquam neceſſariũ, validè fuiſſe ab eo geſtum, cum extinctio fuerit ſequuta inſtante, & requirente debitore, quo caſu Dominus Cēſus tenetur extinguere, vt expreſsè ſancitur in Bulla ſanct. memor. Pij Quinti ſuper forma creandi cenſus, *in verſ. poſtremo cenſus omnes*, & tradit Cenc. *in tract. de cenſib. quæſt. 105. num. 3. Rota deciſ. 133. numer. 8. poſt eundem tractat. de cenſib.* quapropter ob prætenſum defectum eius poteſtatis, hodie ab alijs fideicōmiſſarijs ſucceſſiuè vocatis impugnari non valet dicta extinctio, *argument. text. in leg. ante reſtitutam 104. ff. de ſolut.* & reſpondit *Rota coram bon. mem. Remboldo in Anenionen. fideicōmiſſi 24. Nouembris 1614. & in Ariminen. cenſus 26. Iunij 1620. & in Romana liberationis à fideicommiſſo 20. Nouembris 1619. apud modern.* Peruſin. *de cenſib. deciſ. 351. ſub numer. 4. verſic. nec ſubſiſtit, deciſ. 363. num. 1. verſic. non ſolum quia, & num. 5. verſic. nec obſtat, & deciſ. 469. nu. 10. verſ. tum quia licet vinculam*

Digitized by Google

cultum fideicommiſſi, &c. & alijs relatis
probat Giurba *deciſ. Sicil. 79. à num. 16.*
verſic. cæterum, & plur. ſequent. per to-
tum, ac idem Modezni *de cenſib. quæſt.*
109. à n. 38. verſic. ego vero, &c. cum ſeq.
Neque obſtat, quod dicatur cenſus
prædictos non fuiſſe extinctos, ſed tan-
tummodo trãslatiuè ceſſos dictæ Mar-
chioniſſę Liuiæ, vnde infertur illos ad-
huc vigere, & actum translationis fa-
ctum à Petro Paulo fuiſſe voluntariũ,
per quem propterea nullum illatũ fuit
præiudicium poſterioribus fideicom-
miſſarijs; nã obiectum remouetur pon-
derando, quod ſolutio, ac reſtitutio ſor-
tis, & fructuum dictorum cenſuum fa-
cta fuit per Tarquiniũ de pecunijs do-
talibus ipſius Marchioniſsæ Liuiæ, quæ
dum nupſit Franciſco eiuſdem Tarqui-
nij filio, ſpecialiter conuenit, cum eius
Viro, & Socero, quod certa pars ſuę
dotis, erogaretur in ſolutionem debi-
torum dicti Tarquinij ſoceri, & ſignã-
ter in extinctionem cenſuum, de qui-
bus agitur, quodque ad eius fauorem
reportarentur à creditoribus ſatisfactis
iurium ceſſiones pro cautiori conſerua-
tione, & recuperatione dictæ dotis,
aduerſus poſteriores creditores, &
alios quoſcumque ſuperueniẽtes, prout
factum fuit, vnde dicta ſolutio veram,
ac ſubſtantialem pręſefert extinctio-
nem cenſuum formalium; & ceſsio
non importat illorum translationem
in Dominam Liuiam, ſed ſolius ante-
rioritatis hypothecę, & iurium perius
5 competentium Petro Paulo domino
cenſuum pecunia dotali extinctorum,
vt benè probauit *Rota in Romana Sal-*
uiani interdict. 27. Maij 1619. coram bon.
memor. Pironano apud dict. Modern. *de*
cenſib. deciſ. 368. ſub num. 1. verſ. atque
ita non obſtante verba, &c. & ſequent. per
totum ac in Romana Reintegrationis 22.
Iunij 1645. coram Reuerendiſſimo Sala-
mantino in §. nec ſubſiſtit, quod ceſsio,
& in Maceraten. Saluiani 26. Iunij 1648.
coram Reuerend. Pat. Domino meo Pen-
tingerio, in quibus reſpondetur omni-
bus obiectis, & comprobat, Anton. de
Amat. *reſolution. ſeptima ſub numer. 32.*
verſ. tertius eſt caſus lib primo.
Potiſſimè cum in Capitulis matrimo-
nialibus conuentum fuiſſet ceſſionem
fieri debere ad fauorem Dominę Mar-
chioniſſæ pro maiori cautela ſuæ do-
tis, & idem in Inſtrumento datali ex-
preſsè repetitum, quod certè contin-
gere non potuiſſet ſi cenſus extincti
non remanſiſſent, ſed ceſsi eſſent Do-
minæ Marchioniſſæ, in hoc emim ca-
ſu tenderet in perniciem dotis, & ef-
fectus omninò contrarius reſultaret,
Rota deciſ. 178. n. 8. par quinta recentior.
Quod eo facilius affirmandum cũ ad-
dita etiam fuerit clauſula illa, *& in ogni*
altro miglior fine, & effetto più proficuo à
detta Signora Spoſa, & ſic dicendũ cen-
ſus extinctos, cum iſte ſit meliori mo-
dus, & effectus. Honded. *conſ. 44. n. 25.*
& 45. Volum. ſecundo, Rota in Reatina
Hæreditatis 3. Martij 1690. coram Iuſto.
Conuincitur vlterius, conſiderando,
quod nimis repugnat, quod Domina
Marchioniſſa emere voluiſſet cẽſus, &
fideicõmiſſo, & euictioni, & multiplico
ſubiectos, & dotem totali ammiſsionis
periculo ſubijcere, exburſando eandẽ
quantitatẽ pecuniæ, quã pro acquirẽdo
cẽſus, omnino libero perſoluiſſet, vnde
longè minorẽ quãtitatẽ exburſaſſet, cũ
6 res fideicõmiſſo, multiplico, & euictio-
ni ſubiecta, lõgè viliori pretio acquira-
tur, Cenc. *de cenſib. par. 2. c. 2. q. 2. artic. 6.*
n. 21. & ſequentibus Rota in Romana re-
ſciſsionis tranſactionis 29. Maij 1648.
corã Reuerend. Pat. Domino meo Cortado.
Quod etiã benè cõfirmatur ex obſer-
uantia ſubſequuta, cũ pretiũ dictõ cen-
ſuum à predicto Tarquinio ſeniori de-
poſitarũ in Banco illorũ de Bonannis,
fuerit deinde ab eodẽ Petro Paulo, pro
cautione eorundem fideicommiſſario-
rũ, inueſtitum in alijs cenſibus ſub die-
bus 11. Nouembris eiuſdẽ Anni 1620.
15. Aprilis 1624. ac 14. Aprilis 1625.
ſuper eadem domo nouiter conſtitu-
tis, ab eodem Tarquinio ſeniori,
pro complemẽto multiplici in Inſtru-
mento venditionis domus conuenti,
ac cum vinculo fideicõmiſsi dicti Con-
iugij, & demum de Anno 1626. ab

Excellentiſſio Domino Philippo Columna, qui à dicto Marchione Franciſco emerat Terram Patricæ, & dictos cenſus in diminutionem prætij in ſe accollauerat, fuerunt extincti, quorum precium depoſitatum in Monte Pietatis, in alium cenſum, per eoſdem fideicommiſſarios, ad fauorem vocatorum ad eundem fideicommiſſum 10. Decembris eiuſdem Anni fuit inueſtitum, Summario Marchioniſſæ *num.* 14. quorum fructus exegerunt dictus Petrus Paulus, & alij fideicommiſſarij, ac etiam prædictæ ſorores, vt conſtat ex quietantijs in Summar. Marchioniſſæ relatis *ſub num.* 12. & e conuerſo dicta Domina Marchioniſſa nunquam exegerit, vel prætenderit, nec prætendat fructus dictorum cenſuum, vt ſupra extinctorum, vnde omnis eliditur difficultas *ad text. in leg. item* 7. *§. proinde, ff. ad Sacr. Conſult. Macedon.* Crauet. *conſ.* 101. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 49. *numer.* 20. *& ſequent.* Surd. *conſ.* 224. *num.* 7. & in noſtris terminis, *Rota dicta deciſ.* 368. *num.* 4. *verſic. &. obſeruantia ſubſequuta apud eundem* Modern. *de cenſ. ac in dicta Maceraten. Saluiani, §. vlterius hoc idem comprobatur, &c.*

Minus obſtat, quod dictæ ſorores prætendant multiplicium in dicto Breue derogatorio ordinatum, & in Inſtrumento venditionis domus inter partes conuentum, non eſſe completum, & cenſus vltimo loco emptos per Petrum Paulum eſſe inexegibiles, & nõ bonos, ob anterioritatem quam ſuper domo cenſuata acquiſiuit dicta Marchioniſſa Liuia, nam quòad multiplicum, præter quod ex publico Inſtrumento celebrato ſub die 14. Aprilis 1625. conſtat, illud fuiſſe completum, atque præfectũ;
8 onus eiuſdem non ſpectabat ad Tarquinium, qui nec de eo, eiuſque ſecuritate non tenebatur eſſe ſollicitus, vt iam bis reſpondit *Rota coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Panzarolo ſub die* 20. *Aprilis* 1640. *in §. quod vero multiplicum eſſet faciendum, &c. & coram me ſub die* 23. *Ianuarij* 1643. *in §. & hinc ceſſat, &c. cum ſequentibus.*

Quo vero ad inexigibilitatem, & malam qualitatem cenſuum, dicebatur nihil imputari poſſe dicto Tarquinio, itaut teneretur fideicommiſſarijs ad intereſſe, cum cenſus multiplicati, vſque ad ſummam conuentam in Inſtrumento venditionis domus, fuerint exigibiles, & tam quoad fructus, quam quoad ſortem, dum ab Excellentiſſimo Domino Philippo Columna, qui illos, vt dictum eſt, in ſe accollauerat, fuerunt extincti, & precium illorum, ad effectum reinueſtiendi pro vocatis ad fideicommiſſum, in Monte Pietatis fuit depoſitatum, quod licet poſtea defuncto Tarquinio, à dictis fideicommiſſarijs fuerit reinueſtitum in alio cenſu, cum Marchione Franciſco illius filio, quod aſſeritur inexigibile, non ideo reuiuiſcere poſſunt cenſus extincti, nec vllum inde præiudicium inferri poteſt Marchioniſſæ cui dicta anterioritatis iura pecunia dotali antea acquiſita fuerunt, *iuxta tradita per* Molin. *ubi ſupra de primogenit. lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 49. & fuit reſponſum *in dicta Auenionen. Fideicommiſſi coram Remboldo apud* Cenc. *de cenſib. deciſ.* 469. *ſub dict. nummer.* 10. *verſ. tum quia licet, &c. cum ſequentibus, & in dicta Romana Vineæ* 2. *Maij* 1640. *coram Reuerend. Pat. Domin. meo Bichio d. §. conſenſus autem.*

Nec quicquam facit locatio eiuſdem domus à dd. ſororibus nuper facta Domin. Marchioniſſæ Liuiæ ſub die 13. Nouembris 1649. quia cum facta fuerit de re propria, fuit nulla, etiamſi ipſa exiſtimaſſet ſententiam Auditor. Camer. fuiſſe iuſtam, vt eſt *text. apertus in leg. qui rem.* 20. *Codic. locat.* præſertim dum fuit facta à muliere, abſque ſolemnitatibus Statuti Vrbis, & legitur facta cum expreſſa iurium, ac litis pendentiæ reſeruatione, ibi, *ſine tamen præiudicio pendentia litis in Rota, ac iurium ambarum partium, &c.* quo fit, vt nullum ſuper ea conſtitui poſſit fundamentum, in præiudicium Dom. Marchioniſſæ, cum dicta clauſula conſeruet omne ius proteſtantis, *Rota penes* Card. Seraphin. *deciſ.* 144. *num.* 6. *verſic. ſed dato,*

dato, et ſequent. et deciſ. 728. num. 21. part. 4. tom. 3. recentior.
Atque ita vtraque, &c.

Romana fideicommiſſi, ſeu Saluiani.

Sabbati 26. Nouembris 1650.

Coram Reuerendiſs. D. meo Decano.

SVMMARIVM.

1 *HAEres grauatus retronendendo cenſum facit actum neceſſarium quem ſubſtituti impugnare non valent.*

2 *Verba intelligenda ſunt ſecundum mentem Contrahentium.*

3 *Per translationem non ſoluitur debitum, ſed durat, & perſeuerat penes translatarium.*

4 *Translatio cenſuũ formalium ab hærede grauato facta contra voluntatem teſtatoris eſt ipſo iure nulla, ſaltem poſt mortem transferentis.*

5 *Actus factus in executionem alterius regulatur ab eo, in cuius executionem fit.*

6 *In Ceſſione translatiua Cenſuum nõ requiritur conſenſus debitorum illorum, ſecus in ceſſione extinctiua.*

7 *Verba actus qui ſequitur rectè declarãt intentionem primi.*

8 *Diuturna obſeruantia eſt optima rerum interpres, etiam contra verborum proprietatem, & veriorem iuris intellectum.*

9 *Clauſulæ in Inſtrumento appoſitę non aduerſantur voluntati contrahentiũ, ſed ſecundum eam declarantur.*

10 *Omiſſio diſdictę in extinctione Cenſus illam non vitiant, cum poſſit ab imponente renunciari.*

1 *Conſequutiua non alterant contractum principalem aliis Coniecturis etiam reprobatum.*

2 *In alienatione neceſſaria rei fideicommiſſaria non requiritur conſenſus ſubſtitutorum.*

13 *Fideicommiſſario non competit tacita hypotheca contra bona propria ob rationem non redditam de bonis alienatis.*

14 *Inueſtimentum ſatis dicetur tutum, & completum ex parte emptoris rei cenſita mediante integra pratis, ac fructuum reſtitutione.*

15 *Cenſus non dicitur inexigibiles, & non tutum, niſi probetur talis de tempore celebrati contractus.*

16 *Iura Cenſus extincti, quando non reuiuiſcant.*

DECISIO VII.

ADerat inter bona fideicommiſſaria Franciſci Contugij quædam Domus, quam Lucretia Contugia dicti fideicommittentis ſoror, & hęres, nec non Petrus Paulus Amodeus, eiuſdem Lucretię filius, & primus ſubſtitutus, pro diſſoluendo ęre alieno Teſtatoris, vẽdiderunt Tarquinio ſeniori Sanctacrucio, pretio ſcutorum 5380. pacto adiecto, quod ſcuta 2870. quę ſuper erant, ſoluto dicto ęrę alieno, inueſtirentur, eorumque fructus multiplicarentur vſque ad conſimilem ſummam ſcutorum 5380. quæ ſemper ſtare deberet pro euictione Domus venditæ, atque etiam ſubiecta fideicommiſſo prædicto, nec vllo vnquam tempore diſtrahi poſſet.

In huiuſmodi pacti obſeruantiam, mortua iam Lucretia, Petrus Paulus prædictus, interpellatis temporibus, emit ex dictis pecunijs ſuperextãtibus, earumque fructibus deinceps multiplicatis, tres Cenſus, per dictum Tarquinium ſuper dicta Domo, in Palatium redacta constitutos, quos deinde idem Tarquinius pecunia dotali D. Marchioniſſe Liuię Primę de Sancta cruce eius Nurus, vt fuit in capitulis matrimonialibus illius conuentum, redemit, reportando ceſſionem iurium ad fauorem eiuſdem D. Liuiæ, ac deponendo pretium, & fructus illorum in Banco, ad effectum faciendi nouum inueſtimentum, prout factum fuit, mediante emptio-

emptione aliorum trium cenſuum ab eodem Tarquinio nouiter impoſitorũ ſuper eodem Palatio, quos Cenſus demũ bon. memor. Excellentiſſ. D. Philippus Columna in diminutionem pretij Caſtri Patricę à Marchione Franciſco Sanctacrucio dicti Tarquinij interim defuncti filio empti, in ſe accollauit, & ſucceſſiuè extinxit, deponendo pariter pretium illorum in Sacro Mõte Pietatis, ad effectum prædictum, ſcilicet inueſtiendi cum onere euictionis, & fideicommiſſi, ſicuti denique inueſtitum fuit per eundem Petrum Paulum in alium cenſum, impoſitum ſuper eodem Palatio à prædicto Marchione Franciſco.

Poſt hæc vita functis Petro Paulo prędicto, ac Fuluio eius filio, apertum fuit fideicommiſſum ad fauorem Cæciliæ, & aliarum ſororum de Amodeis, quæ propterea adito Auditor Cameræ obtinuerunt ſententiam in ſoluendo, per quam eis conceſſa fuit, occaſione prædictorum trium cenſuum primo loco impoſitorum, immiſſio in poſſeſſionem Palatij cenſiti, ac per dictam Domin. Marchioniſſam Liuiam poſſeſſi ratione ſuarum dotium, quam ſententiam, deuoluta cauſa per appellationem ad Rotam, ex capite iniuſtitiæ infirmandā eſſe reſponderunt DD. ſub die 15. Iunij proximè præteriti, & hodie repropoſita cauſa ſuper ijſdem ſteterunt in deciſis.

Quoniã iniuſtitia adhuc reſultare viſa fuit ex eo, quod immiſſio fuit conceſſa pro cenſibus extinctis, pro quibus quidem nulla competebat actio fideicommiſſarijs, cùm hæres grauatus retrouendendo cenſum faciat actum neceſſarium, cui acquieſcere omninò tenentur ſubſtituti *leg. ante reſtitutã* 104. *vbi gloſſ. in verb. ſolutiones*, Bart. Bald. *&* Aug. *numer.* 1. Imol. *in princip. & ad med.* Alberic. *in princip. ff. de ſolut. leg. ita tamen* 27. *§. qui ex Trebelliano in fin. leg. cum hereditas* 36. *in principio ff. ad trebell.* Gurb. *deciſ.* 76. *numer.* 27. *poſt med. verſic. qui nec in ſubſtituti fraudem, &c.*

Non obſtant ea, quę ex verbis, & clauſulis capitulorũ matrimonialiũ Dom. Liuię, & Inſtrumenti extinctionis cenſuum prædictorum ponderata fuerunt per informantes pro dictis ſororibus, demonſtrandi cauſa cenſus non fuiſſe extinctos, ſed formaliter, & pleno iure ceſſos in Domin. Liuiam.

Nam verba quamuis cantent in ceſſionem tranſlatiuam, & non extinctiuam, tamen intelligenda ſunt ſecundũ mentem, & poteſtatem, contrahentiũ etiam recedendo ab eorum propria natura, ad hoc vt contrahentium intentio adimpleta remaneat, vt reſpondit
2 *Iuris Conſultus in leg. ſoluturo* 11. *§. ſolutam ff. de pignor. act.* & in his terminis *fuit dictum in Romana Salutaru* 25. *Maij* 1618. *coram bo. memor. Remboldo apud* Cenc. *de cenſ. deciſ.* 366. *num.* 8. *& ſeq. & in eadem coram bon. memor. Piroiano ibidem deciſ.* 368. *num.* 1. *&* 4. *& ſequitur idem* Cenc. *in d. tract. quæſt.* 105. *num.* 17.

In propoſito autem pręcipua intentio tàm Tarquinij, quàm Domin. Liuiæ eius Nurus fuit extinguendi debita per ipſum Tarquinium occaſione emptionis dicti Palatij contracta, & acquirendi anterioritatem fauore eiuſdem Domin. Liuię pro maiori cautione, & ſecuritate ſuæ dotis, quippe debita ſoluenda erant de eius pecunijs dotalibus

Idque paret ex ipſiſmet capitulis matrimonialibus, in quibus partes ęxpreſsè conuenerunt, quod certa pars dotis eiuſdem Dom. Liuię, impenderetur in cauſam prædictam, & ſignanter in ſolutionem cenſuum, de quibus agitur, occaaone prædicta impoſitorũ, quodq; à creditoribus ſatisfactis reportarentur iurium ceſſiones ad fauorẽ ipſius Dom. Liuiæ, ad hoc vt magis cauta, & ſecura eſſet de conſeruatione, & recuperatione ſuæ dotis, in omnem caſum reſtitutionis illius, aduerſus poſteriores creditores. Hinc non ſolùm dignoſcitur voluntatem agentium fuiſſe extinguere cenſus, & reportare ceſſiones iurium anterioris hypothecæ tantùm; ſed etiam poteſtas dicti Tarquinij limitata

tata

cata remanſit à cauſa, & forma cum dicta Dom. Liuia Nuru ſtipulatis, adeo vt aliter deinde contrahere non potuerit cum Petro Paulo cenſuario, quam per viam redemptionis, & extinctionis, cum certum ſit, quod per translationem non ſoluatur debitum, ſed duret, & perſeueret penès translatarium, prout erat prius penes transferentem
3 *ad text. in l.* Papinianus 28. *ff. mand. leg. ſtichum, aut Pamphilium* 95. *§. ſi mandatu. ff. de ſolut. l. ſoluitur* 5. *§. ſi conuenerit, ff. quibus modis pignor. vel hypothec.* Anton. de Amat. *reſolut.* 7. *ſub num.* 33. *& ſequent. Rota deciſ.* 435. *num.* 8. *par.* 5. *recentior.*

Nec minus per translationem formalem dotes ipſius D. Liuiæ magis tutę, & ſecuræ effectæ fuiſſent, cum cenſus tanquam in locum Domus fideicommiſſariæ ſubrogati, non potuiſſent per Petrũ Paulum ad libitum voluntatis, alienari, refragantibus legis diſpoſitione, teſtatoris præcepto, & pacto ſpeciali de nõ alienando inter ipſum, & Tarquinium in præcedenti Inſtrumento emptionis domus inito, & auctoritate Apoſtolica confirmato in Breui derogatorio pro validiori domus prædictę alienatione obtento, & cõſequenter trãslatio cenſuum formalium fuiſſet ipſo iure nulla,
4 ſaltem poſt mortem transferentis *leg. final. §. ſed quia noſtra cum §. ſeq. Cod. commun. de legat. cum alijs relatis in Recanaten. Manutentionis* 24. *Aprilis* 1643. *§. penultim. verſic. contraria vero opinio, &c. coram R. P. D. meo Cerro*, ac principalis, & ſumma partium intentio nequaquam adimpleta: Quamobrem vt euitetur huiuſmodi abſurdum, verba declarari, ac intelligi debent de ſola, & pura translatione pro conſeruatione anterioris hypothecæ, quæ benè cõuenit tertio, cuius pecunia cẽſus extinguitur *l.* 1. *C. de his, qui in prior. credit. loc. ſucced. & poſt alios* Anton. de Amat. *reſol.* 7. *num.* 32.

Maximè quia huic intellectui plures aſtipulantur coniecturæ, quarum prima reſultat ex eo, quod non præſumitur Tarquinium, & Dom. Liuiam voluiſſe iactare pecunias dotales, emendo cenſus, qui in principio Inſtrumenti ceſsionis, & in alijs præcedentibus aſſerebantur fideicommiſſo ſubiecti, & ſic ſcienter gerere actum nullum, & à iure prohibitum: hoc enim eſt ab omni veriſimilitudine, & præſumptione prorſus alienum *vulgat. l. cum de indebito* 25. *ff. de probat.*

Secunda deſumitur ex clauſula illa in capitulis matrimonialibus, & Inſtrumento ceſsionis adiecta, quod ceſsio fieret in omnem meliorem finem, & effectum ſponſæ magis proficuum; melior autem finis, & effectus erat extinguere cenſus, & iura anterioritatis tantummodo reportare, vt fuit ponderatũ in deciſione, quæ confirmatur *§. quod eo faciliùs.*

Nec releuat replicatio, quod translatio cenſuum formalium eſſet D. Liuiæ vtilior, quàm extinctio ob conſequutionem fructuum, quos in eiſdem capitulis, & Inſtrumento prædicto reſpexiſſe videtur.

Quia ipſa non intendit acquirere fructus cenſuum, ſed anterioritatem hypothecę ex tempore illorũ impoſitionis Amadeo acquiſitæ pro maiori cautione ſuę dotis, & fructuum dotalium, tam ſuper dicto Palatio, quàm ſuper alijs bonis Tarquinij, qui ſanè fructus dotales alio iure cenſentur, & de his non autem de fructibus cenſuum actũ fuit in dictis capitulis, & Inſtrumento, vt liquet ex eorum lectura.

Pręterea eſto, quod amplior fuiſſet ceſsio translatiua formalis ratione fructuum, nõ ex inde rectè deducitur maior ſecuritas dotium, & vtilitas Marchioniſſæ apprimè contemplata, quippè nulla ipſo iure fuiſſet vt dictum eſt, & periculum amiſsionis tàm fructum quam ſortis præferens.

Tertia coniectura depromitur, ex quo partes ſæpius declararunt actum ceſsionis celebrare in exequutionem, & iuxta formam capitulorum matrimonialium, & non alias aliter, nec alio modo, de quibus Petrus Paulus aſſeruit ſe ad plenum informatum, vnde

quemad-

quemadmodum in capitulis intentio,
& voluntas partium fuit extinguendi
debita, & reportandi iurium ceſſionem
reſpectu anterioris hypothecę tantum,
vt hactenus ſatis demonſtratum fuit,
eandem quoque voluntatem habuiſſe
5 contrahentes in ceſſione affirmandum
eſt, cum actus factus in exequutionem
alterius, reguletur ab eo, in cuius exe-
cutionem fit Alexand. *conſ.* 155. *per to-*
tum lib. 6. & in terminis ceſſionis cen-
ſus dixit *Rota in allegata Romana Sal-*
uiani 25. *May* 1618. *coram Remboldo im-*
preſſ. poſt Cenc. *de cenſ. deciſ.* 366. *n.* 7.

Quarta elicitur ex eo, quod Petrus
Paulus contraxit cum eodemmet Tar-
quinio, qui cenſus impoſuerat, ac de
eius voluntate, conſenſu, & mandato
ceſſit iura ſua D. Liuiæ abſenti, ibi *Pe-*
trus Paulus, *&c.* ita *volente, conſentien-*
te, & ordinãte Marchione Tarquinio, &c.
ceſſit, & tranſtulit d. D. Liuię Primade
Sanctacruce abſenti, &c. Hinc optime
deprehenditur cenſuum retrouẽditio,
6 quandoquidem in ceſſione tranſlatiua
formali, non erat opus agere cum de-
bitore illorum, nec requirebatur illius
voluntas, & conſenſus ſicuti in extin-
ctiua reſpectu ſortis, vt benè diſtinxit
Rota in Aeſina cenſus 27. *Aprilis* 1644.
coram R. P. D. meo Cerro apud Merlin. *de*
pignor. et hypothec. deciſ. 82. *ſub numer.*
1. *et* 6.

Quinta oritur ex obligatione Tarqui-
nij ſoceri, & Franciſci viri de reſtituen-
do dotem in quantitate, ſicuti fuit ſo-
luta; ſi enim quantitas fuiſſet ſuppoſita
formali cenſuum acquiſitioni fauore
mulieris, iſti, & non quantitas venirent
in reſtitutione, quia cenſerentur à Do-
mina illorum, debitori dati in dotem,
vt ſpecies, & in fundum dotalem, alias
ſequeretur, quod debitor eſſet Domi-
minus fundi, & cenſus ſimul, quod eſt
abſurdum *Rota poſt* Cenc. *de cenſib. dec.*
182. *num.* 2. *deciſ.* 306. *numer.* 6. *et ſe-*
quent. et deciſ. 511. *numer.* 1. *et* 2.

Sexta depræhenditur ex partitis paga-
mentorum, & depoſiti ſubſequutis, quæ
loquuntur per verba explicita, & gemi-
7 nata extinctionis; ſiquidem verba actus
qui ſequitur, rectè declarant intentio-
nem primi *leg. ſed* Iulianus *§. proinde.*
ff. ad macedon. vbi Bald. *num.* 3. *§. pano-*
num inſtitut. de rer. diuiſ. Surd. *conſ.* 202.
num. 24. Natt. *conſ.* 285. *num.* 5. Dec.
conſ. 421. *num.* 13. Tiraquell. *in leg. ſi*
vnquam verb. donatione largitus. C. de
reuocan. donat. Afflict. *deciſ.* 319. *num.* 5.
Ottalch. *deciſ.* 74. *num.* 33. *et deciſ.* 90.
num. 19. *Rota deciſ.* 379. *num.* 3. *et* 4. *poſt*
Cenc. *de cenſ.* [illegible]

Accedit inſuper obſeruantia ab Anno
1620. citra ſubſequuta, & deſumpta
tùm ex ſucceſſiuis creationibus bonorũ
cenſuum, tùm ex eo, quod aperta reſti-
tutione dotis, ob mortem viri, Mar-
chioniſſa nunquam exegit, nec petijt
fructus prætenſorum cenſuum, de qui-
bus agitur, quos tamen veriſimiliter
exegiſſet, vel petiiſſet, ſi illos intendiſ-
ſet formaliter acquirere, tum demum
ex alijs in deciſione ponderatis ſub §.
quod etiam bene, etc. quæ quidem diu-
turna obſeruantia, eſt optima rerum
8 interpres, etiam contra verborũ pro-
prietatem, & veriorem iuris intellec-
tum ad *text. in leg. minime* 23. *ff. de leg.*
Menoch. *conſ.* 390. *num.* 20. Honded.
conſ. 92. *numer.* 27. *et ſeq. lib.* 1. *et conſ.*
35. *num.* 44. *et ſequent. lib.* 2. Larr. *deciſ.*
45. *num.* 24 *Rota deciſ.* 574. *num.* 3. *par.*
1. *diuerſor. penes bon. memor. Buratt. de-*
ciſ. 547. *num.* 7. *et deciſ.* 719 *numer.* 9.
et in alijs relatis per adden. ad ſanct. me.
Gregor. xv. deciſ. 184. *num.* 8.

Clauſulæ vero conſtituti, ponens, &
ſimiles in Inſtrumento ceſſionis appo-
ſitæ, non aduerſantur voluntati contra-
hentium, immò illi famulantur, & re-
cipiunt ab ea declarationem, ac benè
poſſunt adaptari ceſſioni iurium ante-
9 rioritatis, vt in puncto reſpondit *Rota*
in dicta Romana Saluiani, coram bo. mem.
Pirouano penes Cenc. *de Cenſ. deciſ.* 368.
num. 2. *et idem* Cenc. *in q.* 103. *ſub num.*
17. *in fine, verſic. cęterum ſi verba.*

Nec translatio cenſuum formalium
in D. Marchioniſſam Liuiam, argui
poteſt ex quietantia à P. Paulo illi fa-
cta, quia cum ſolutio facta fuerit à Tar-
quinio ſoluẽte proprium debitũ, & ſol-
uere

uere declarante de pecunijs dotalibus Dom. Marchioniſſæ, verba illa *ſe conſe. tum, & ſatisfactum vocauit*, important quietantiam principaliter factam Tarquinio de ſorte cēſuū ab eo ſoluta, verba verò ſequentia, ibi, *& d. D. Liuiam abſentē quietauit*, important quietantiam à P. Paulo ſecundario factam D. Marchioniſſæ, quæ cum ſuis pecunijs permiſit dictam extinctionē à Tarquinio fieri ad effectum, vt ipſa cum eodē pretio, iura anterioritatis, & potioritatis acquireret ab eo, & ſic ſingula ſingulis congruè referēdo, ex dictis verbis non inducitur cōcludēs probatio trāslatiuæ ceſſionis *Rot. dec.* 192. *n.* 6. *p.* 4. *recen. to.* 2.

Quemadmodū nec talis probatio deduci poſſe viſum fuit, ex omiſſione diſdictæ, quoniā ſicuti P. Paulus ad retrouendendū cenſūs à Tarquinio poterat
11 compelli, ita ipſe potuit eidem diſdictæ renunciare. Baratt. *deciſ.* 526. *n.* 3. ea ratione, quia neceſſitas retrouenditionis reſultat etiā ex metur coactionis, *vt ibidem ſubdit. n.* 4. qui quidem metus benè inferebatur in P. Paulum, dum actus diſdictæ, ſeu interpellationis facillimè potuiſſet expleri per Tarquinium.

Minus refragatur promiſſio de euictione, tanquā minus adæquata cenſus retrouenditioni, cū per extinctionē illius reſoluatur omnis hypotheca deſuper conſtituta. *Rota deciſ.* 425. *nu.* 4. *cum ſeqq par.* 5. *tom.* 2. *recent.* quia dū P. Paulus ceſſit iura ad formā Capitulorū matrimonialium, in quibus conuentū fuit ceſſiones iurium reportādas eſſe, talia, qualia ipſa iura forent, huiuſmodi promiſſio euictionis remanſit adeò modificata, vt amplius non valeat in præſenti inſeruire de adminiculo emptionis, quia cōſequutiua non alterant contractum principalē, vt ferè in terminis fuit dictum in *Rauennaten. Cenſus* 27. *Iunij* 1639. §. *non obſtant verba illa, &c. &* 26. *Nouembris eiuſdē anni* §. *non obſtant, ea quæ per informante, &c. corā me*, vltra quod hęc ſola coniectura præualere nō debet tot, tātiſque alijs efficacioribus ſupra in contrariū ponderatis *Rot. dec.* 6. *par.* 5. *et deciſ.* 310. *nu.* 53. *p.* 6. *recentior, et in Romana Legati ſcutorum* 50. *mill.* 16. *Ianuarij* 1640. §. *final. coram Me.*

Non obſtat nullitas dicti Inſtrumenti ducta ex eo, quod P. Paulus nō potuerit ſolus, abſque interuentu propriorū filiorum extinguere hos cenſus, vt pote venditos ipſi, & alijs in fideicommiſſo comprehenſis, & ſic etiam eius filijs, quia præter quod ſtipulatio illa pro ſe, & alijs fideicommiſſo vocatis nō intelligitur ſimultaneè, ſed ordine ſucceſſiuo, prout fuerūt in teſtamēto vocati, nō procedit obiectū in alienatione neceſſaria iuxta tradita poſt alios per Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 5. *et ſeqq. et n.* 13. Caſtill. *de vſufruct. cap.* 3. *n.* 70. *et ſeqq.* qualis eſt cēſus retrouēditio, & extinctio facta inſtante debitore *leg. fideicōmiſſa* 11. §. *ſi rem*, ibi *ſed ſi debitor vltra pecuniā obtulerat, quā offerente ipſo non potuit non accipere, ff. de leg.* 3. *cum alijs per* Giurb. *deciſ.* 79. *n.* 18. *et Rota in Auenionen. fideicommiſſi* 14. *Nouēbris* 1614. *coram bon. mem. Rembolao impreſſ. poſt* Cenc. *de cenſ. deciſ.* 479. *n.* 11. *et ſeq.* Quinimo interuenit cōſenſus Fuluij eius filij, in cuius perſona propter qualitatem maſculinitatis in ſucceſſione à Teſtatore femininæ prælatam, tūc principaliter reſidebat, ac deinde poſt obitum Patris fuit purificatus primus ſubſtitutionis gradus, mediante illius approbatione, ac ratificatione in ſubſequentibus inueſtimentis pretij ex dicta extinctione redacti, illorūque fructuum exactione.

Nilque facit quod prędictis ſororibus vocatis in dicto fideicōmiſſo competat
13 tacita hypotheca contra bona P. Pauli, ac Fuluij, qui tanquam fideicommiſſo grauati tenebantur illis reddere rationem de bonis fideicōmiſſarii, per eos perperam alienatis, iuxta opinionem Theſaur. Iun. *q. forenſ. lib.* 2. *queſt.* 84. Quoniam nec illa opinio vera eſt, vt patet ex adductis per Moder. Foroliuien. *in d. eius tract. de pignor. et hypoth. lib.* 3. *tit.* 1. *queſt.* 3. *per tot.* nec per Rotam fuit ſimpliciter admiſſa in exaduerſo allegata *Romana Saluiani* 28. *Iun.* 1641. *coram me* ſed tātū pro mala, & doloſa admini-

Mm ſtratio-

ſtratione, vt in ea legitur in §. *fin.* & demum minus applicatur huic caſui in quo alienatio fuit neceſſaria ex iam dictis.

Neque releuat, quod cenſus vltimo loco empti per dd. ſorores prætendantur inexigibiles, & non boni, vnde infertur, quod alienatio Domus prædictę, vel ſaltē cenſuū de quibus agitur extinctio, ſit nulla, ob non ſeruatā formam Breuis Apoſtolici, & ob nō adimpletā obligationē dd. Tarquinij, & Franciſci de Santa Cruce, iuxta quas ipſi curare debebant inneſtimēta fieri, & tuta, quia vltra quod motiuum caret fomento facti, cum nulla, nec in Inſtrumento, nec in Breui prædictis, legatur iniūcta Tarquinio, & Frāciſco prædictis obligatio inuigilādi ſuper inueſtimentis, eorūq; ſecuritate, cum onus huiuſmodi fuerit tantummodo demandatum venditoribu Domus, ac eorum ſucceſſoribus adimplendum, cum ſcientia, & conſenſu Tarquinij emptoris, ac ſuorum ratione illius tantum intereſſe ad eos ſpectantis ob defenſionem, ac euictionem Domus, cui principaliter ex pacto, conuentum fuit, ſubiectos eſſe debere cenſus, ſeu loca Montium, ex pretio emenda, vt patet ex eodem Inſtrumento *verſ. atque habita reali, & pacifica poſſeſſione, &c.* ex quo Tarquinius, nec ſui tenebantur eſſe ſolliciti de inueſtimentis, eorumque bonitate, vt
14 fuit in hac eadem cauſa reſponſum *ſub die 23. Ianuarij 1643. & hinc ceſſat, &c. coram me*, dicebatur, quod Inueſtimenta facta cum Tarquinio tuta omnino fuerunt, & bene completa mediante integra pretij, ac fructuum reſtitutione, vt apparet ex partitis Banchi, & Inſtrumētis relatis in *Summ. Marchioniſſæ ſub num. 7. 9. 10.* & 11. Illud autem poſtremo factum cū Marchione Franciſco, adhuc non conſtat, quod de tēpore celebrati contractus non fuerit tutum, & bonum, ſicut ſub eo tempore probandum eſt, etiamſi contractus
15 habeat tractum ſucceſſiuum, vt inter eaſdem partes dixit *Rota in Romana Saluiani 20. Aprilis 1640. §. tam quia hęc impotentia, &c. coram Eminentiſs. Card. Panzirolo.*

Et in omnem caſum, ſi quid imputari poſſet dicto Franciſco, itaut teneretur ad intereſſe. Non ideo reuiuiſcere poſſunt cenſus extincti, nec vllum
16 inde preiudicium inferri Marchioniſſæ Liuiæ, cui dicta anterioritatis iura, pecunia dotali, acquiſita fuerunt, iuxta tradita per Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 49. verſ. ſi vero facultas, &c.* & fuit reſponſum in dicta *Auenionen. fideicommiſſi coram* Remboldo *num. 10. & ſeqq. & in Romana Vineæ 2. Maij 1644. in §. conſenſus autem, &c. coram R. P. Domino meo Bichio.*

Et ita vtraque, &c.

Romana fideicommiſſi.

Lunæ 19. Iunij 1651.

Coram R. P. D. Otthobono.

SVMMARIVM.

1 FIdeicommiſſum expreſſè ordinatū in caſum delicti, non extenditur in caſum obitus.

2 *Ratio conſeruationis bonorum reſtricta ad ſubſtitutionem in caſum delicti, non paret vocationem in caſum mortis.*

3 *Priuatio deſcendentium in caſum delicti, an faciat præſumere vocationem eorum in quemcumque caſum.*

4 *Fideicommiſſum reſtitutum in caſum delicti, intelligitur de delicto, prò quo imponitur pœna confiſcationis, non pecuniaria.*

DECISIO VIII.

FVit per DD. reſolutum non conſtare de fideicommiſſo ad fauorem Salamonis in caſu, & ad effectum, de quo agitur, quia Teſtamentum Eliæ ſenioris eius Proaui, in quo

quo hæres inſtituitur Ioſeph filius, cõ-
tinet tantummodo fideicommiſſum
reſtrictum ad caſum delicti, vt cantant
verba Teſtamenti, ibi, *ſoſtituẽdo l'vn'al-
l'altro nelli medeſimi caſi di delitti, ò ec-
ceſſi, per li quali ſi poteſſero confiſcar li
beni*, ideo fideicommiſſum expreſſè or-
1 dinatum in caſum delicti non venit ex-
tendendum ad caſum obitus, Roland.
*conſ.43. num. 43. lib.4. Rot. deciſ. 368.
num.7. & ſeq. par.5. recent. & in Tibur-
tina fideicommiſsi 16. Martij, & 27. Iunij
1640. coram Eminentiſs. D. meo Card.
Panzirolo, & in Romana cenſus 12. cur-
rentis Menſis coram me.*

Et quamuis in fine ſubſtitutionis Te-
ſtator addiderit rationem, vt bona cõ-
ſeruentur in ſupranominatis, attamẽ
hęc quoque ratio legitur in eodem te-
ſtamento reſtricta ad caſum delicti, ibi,
nelli ſudetti caſi, ideo cũ ratio conſer-
uandi bona nõ ſit poſita independẽter
à ſubſtitutione facta in caſum delicti,
hæc non parit coniecturam vocationis
in caſum mortis, *Rota deciſ.115. n.1. cir-
ca fin par.3. & deciſ.24. n.7. par.4. tom.2.
& deciſ.632. n.9. & ſeqq. par.4 tom.3. &
d. deciſ. 368. num.7. par. 5. recent. Bono-
nien. fideicommiſsi de Sanctis 17. Maij
1647. in §. atque hinc, coram R.P.D. meo
Bichio, & in dictis Tiburtini coram Emi-
nentiſs. Card. Panzirolo.* Ideo non appli-
cantur deciſiones Tiburtinę corã bon.
mem. Arguelles, & quotquot aliæ al-
legari poſſent, cum ratio conſeruandi
bona non fuerit ibi reſtricta ad caſum
delicti tantum, vt in pręſenti.

Nec releuat quod priuatio deſcendẽ-
tium in caſum delicti ab illis commit-
tendi verificari non poſſet, niſi cũ ſup-
poſito, quod fuerint vocati in quemcũ-
que caſum, cum priuatio habitum prę-
ſupponat, ob quam rationem Alex. de
3 Neuo *conſ.17. numer. 3.* firmat, quod
ſi prohibitio alienationis fuerit facta
deſcendentibus, ex hoc reſultat, quod
omnes fuerint vocati, maximè attentis
verbis perpetuitatis, & quia alioquin
redderetur ſuperflua depoſitio teſta-
toris.

Nam Alex. de Neuo, & cæteri omnes
loquũtur in terminis indefinitæ, ac in-
depẽdentis prohibitionis alienationis,
non autem quando prohibitio, ſeu vo-
catio, prout in præſenti, reſtricta eſt ad
certum caſum, ac verba perpetuitatis
benè operantur in caſibus delicti à te-
ſtatore diſpoſitis, non autem in alijs,
*vt in d. deciſ.632. num.9. & ſeqq. par.4.
tom.3. recent. & in dd. Tiburtinis coram
Eminentiſs. D. Card. Panzirolo*, & plu-
ribus allegatis declarat Ioſeph Ramon.
conſ.100. num.494. vſque ad 500.

Ideo nullo modo conſtat de fideicõ-
miſſo ad fauorem Salomonis in caſum
mortis, quia ipſe non legitur vocatus
niſi in caſum commiſſi delicti, in quo
caſu non verſamur, cum Ioſeph inſti-
tutus nullum delictum commiſerit, vltra
quod nec ſufficeret, quod Ioſeph com-
miſiſſet delictũ, niſi eſſet tale, per quod
ſequeretur actualis confiſcatio, ad quã
teſtator præcipuè reſpexit, nec fideicõ-
miſſum compræhendit caſum illius de-
licti, pro quo ſola pęna pecuniaria im-
ponitur, prout eſt caſus, de quo agitur,
4 vt firmauit *Rota in Senogallien. fidei-
commiſſi 9. Maij 1594. coram Card. Ari-
gonio impreſſ. poſt 1. vol. conſ.* Farinac.
*deciſ.97. num.1. & in Romana fideicom-
miſſi de Criſpoldis 4. Maij 1646. in §. non
obſtat, & 19. Iunij 1647. coram R.P.D.
meo Royas.*

Nec facit, quod Ioſeph ſe obligaue-
rit ad fauorem fiſci, & quod propterea
bona fideicommiſſi peruenire poſſint
in fiſcum contra voluntatem teſtato-
ris, quia ipſe non ſe obligauit ad fauo-
rem fiſci, ſed pro indemnitate eorum,
qui fideiuſſerunt, ne bona à fiſco diſtra-
herentur, vnde prohibitio alienatio-
nis ex delicto non compræhendit obli-
gationem ex contractu, quia non ex-
tenditur prohibitio de caſu ad caſum,
Becc. *conſ.212. num.12.* Ioſeph Ramon.
*conſ.38. numer.62. Rot. deciſ.24. num.2.
par.4. tom.2. & deciſ.211. num.17. par.6.
recent.*

Et ita fuit reſolutum vtraque parte
informante, &c.

Terracinen. fideicommiſſi de Pilorcijs.

Veneris 28. *Maii* 1649.

Coram R. P. D. Ottobono.

SVMMARIVM.

1 T*Acita reciproca fauore maſculorum inducitur tribus concurrentibus requiſitis, numer.*2.3.4.

5 *Dictio* linea, *continet pluralitatem graduum, & denotat tractum temporis ſucceſsiuum.*

6 *Maſculi quando in quouis gradu, vel linea fœminas alterius lineæ perpetuò excludant, & numer.*7. 8. 9.

10 *Vocatio maſculorum quando ſit intelligenda diſcretiuè, vel potius reciprocè, & num.*11.

12 *Reciproca fauore maſculorum ſatis probatur coniecturis, etiam ſi deficiat tria requiſita ſupradicta.*

DECISIO IX.

PErpenſis duabus contrarijs deciſionibus in hac cauſa emanatis coram Reuerendiſsimo Epiſcopo Terracinen. ſub diebus 3. Martij 1637. & 5. Maij 1648. placuerunt DD. fundamēta poſterioris deciſionis, ideoque ſteterunt in vltimo loco deciſis; Suppoſito enim fideicommiſſo Nicolai Pilorcij ſenioris, quod inter partes nō controuertebatur, difficultas erat inter Franciſcum, & Blaſium de Pilorcijs Ioannis filios, ac Nicolai hæredes, an conſtaret de fideicommiſſo maſculino ad fauorem Franciſci, & filiorum maſculorum, & de reciproca de linea ad lineam eorumdem, adeout excludatur Laura Blaſij filia à portione ſui patris, & fuit affirmatiuè reſolutum ex ijſdem prorſus fundamentis, nempe, quia concurrunt illa tria requiſita neceſſaria ad tacitam reciprocam inducendam, de quibus *DD. in l. hæredes mei* 57. §. *cum ita, ff. ad S. C. Trebell. & in l. Titia Seio* 89. §. *ſeia libertis, ff. de legat.*2. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*7. *tit.*5. *numer.*15. *Rota deciſ.*300. *num.*10. *& deciſ.*361. *num.*15. *part.*1. *recent. & in Bononien. fideicommiſſi de Guidottis* 23. *Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Argnelles.*

Primum requiſitum, quod omnes ſint honorati, admittit etiam prima deciſio huius cauſæ in §. quoad primum, &
2 plenè colligitur ex vrbis Teſtamenti, ibi, *quos omnes, & eorum filios maſculos, & ab illis perpetuo ex linea maſculina deſcendentes titulo honorabilis inſtitutionis hæredes inſtituit*, ex quibus certè conſtat, quod omnes deſcendentes ex linea Pauli hæredis inſtituti ſunt honorati.

Secundo verò requiſitum reciprocæ ſubſtitutionis, quod eſt vocatio in tota hæreditate clarè reſultat pariter ex verbis teſtamenti, ibi, *fœminę ſuccedant cum honoribus, & oneribus ſupradictis*. Verbum enim ſupradictis repetit, & demonſtrat vniuerſitatem, & tota-
3 litatem bonorum expreſſorum in inſtitutione. Peregrin. *conſ.*32. *nu.*44. *verſic. In omnibus lib.*2. Menoch. *conſ.* 397. *num.*12. Bellon. Iun. *conſ.*39. *numer.*92. *Rota in recent. deciſ.*187. *numer.*7. *& deciſ.*266. *num.*23. *par.*1. *& deciſ.*209. *numer.*14. *par.*4. *tom.*2. *coram* Buratt. *deciſ.* 277. *num.*6. *& Tarracinen. fideicommiſſi* 14. *Decembr.* 1643. §. *quod autem coram me*, adeout cum fœminæ ſint vocatæ ad totam hæreditatem in defectū maſculorum, in neceſſarium antecedens in primo hæreditas debet totaliter ex lineari reciproca deuenire ad priores maſculos comprænhenſos in præcedentibus ſubſtitutionibus, *vt not. DD. in d. l. Titia, §. ſeia libertis, ff. de legat.*2. Surd. *conſ.*329. *num.*7. *cum alijs relatis in Romana fideicommiſsi de Zephiris* 8. *Februarij* 1647. §. *ſecundo niſi adeſſet, coram R. P. D. meo Bichio.*

Tertium verò requiſitum, quod ſubſtitutio fœminarū ſit facta vltimo maſculo morienti totius deſcendentię maſculinæ de Pilorcijs patet ex illis verbis

caſu

caſu quo linea maſculina non adſit, *ſeu*
quandocumque deficiat fœminę ſuccedãt,
cum enim hæc ſubſtitutio ſit facta in
defectũ lineæ maſculinæ, & poſt mor-
4 tem omnium perinde eſt, ac ſi vltimo
maſculo ex dicta linea facta fuiſſet prę-
ſertim concurrentibus coniecturis, *l. co-*
dicilis 34. verſic. item quæſitum, *& ibi*
Bart. *ff. de vſu*, *& vſufr. legat.* Bald. *in*
l. quidam teſtamento 30. num. 1. in fin. ff.
de vulg. & pupill. Rimin. *ſen. conſ. 189.*
num. 17. lib. 1. Crot. *conſ. 13. num. 40. par.*
4. tom. 2. recent. in Bononien. fideicom-
miſſi de Guidottis 23. Ianuarij præteriti
ſub §. ſecundum coram R. P. D. meo Ar-
guelles, *& in deciſ. vlt. coram Reuerẽn-*
diſs. Terracinen. *ſub §. de tertio*.
Talis vero ſubſtitutio in defectum li-
neæ maſculinæ concepta nõ poteſt in-
telligi diſcretiuè; adeout reſoluatur in
ſuas ſingularitates, ſeu in deficientiam
maſculorum cuiuslibet lineæ. Siquidẽ
5 cum linea ſit nomen collectiuum con-
tinens in ſe pluralitatem graduum, &
denotans tractum temporis ſucceſſiuũ
talis ſubſtitutio verificari non poteſt,
niſi in caſu vltimi maſculi morientis
totius deſcendentiæ maſculinæ Pauli
hæredis inſtituti, vt ponderauit poſte-
rior *deciſ. Reuerendiſs.* Terracinen. *ſub*
§. vltimo ex hoc, & in his terminis con-
ſuluit. Peregr. *conſ. 50. num. 3. lib. 3.* In-
trigliol. *de ſubſtit. centur. 3. quęſt. 48. nu-*
mer. 34. Rot. deciſ. 97. numer. 5. par. 7.
recent.
Placuerunt etiam Dominis coniectu-
ræ alias deductæ, nam filij deſcenden-
tes ex linea maſculina lęgũtur in teſta-
mẽto vocati in perpetuum collectiuè,
6 & vnica verborum ſtructura ibi, *quos*
omnes, &c. ab ipſis perpetuò ex linea ma-
ſculina deſcendentes, quæ quidem vo-
catio operatur, vt maſculi in quouis
gradu, vel linea fœminas alterius lineæ
perpetuo excludant, Peregr. *conſ. 59.*
num. 6. & 7. lib. 4. Panzirol. *conſ. 91. nu-*
mer. 20. Caſanat. *conſ. 47. numer. 121. &*
ſeqq. Decian. *conſ. 1. numer. 258. lib. 1.*
Gratian. *diſceptat. 621. numer. 18. & 19.*
Muta *deciſ. 57. num. 4.* Caſtil. *deciſ. 103.*
numer. 8. lib. 1. Rot. deciſ. 284. numer.
36. & ſeqq. par. 6. recent.
Inſuper fuit habita à Teſtatore ratio
conſeruandæ agnationis, quæ impor-
tat reciprocum fideicommiſſum inter
ipſos maſculos deſcendentes, quo caſu
fœminæ vnius lineæ à maſculis alterius
lineæ excluduntur, Fular. *conſ. 159. nu.*
7 14. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib. 3.*
cap. 5. nu. 71. in fin. Rota coram. Mantic.
deciſ. 375. num. 5. & in recent. deciſ. 467.
num. 1. & 2. par. 5. Habitam verò fuiſſe
rationem agnationis conſeruandæ pa-
tet ex enixa vocatione maſculorũ per
quatuor vices repetita, & replicata, &
quia eoſdem maſculos, ac deſcenden-
tiam maſculinã ſemper voluit præferri
fœminis, Pariſ. *conſ. 90. num. 16. lib. 2.*
Aldrobr. *conſ. 6. num. 43. lib. 1.* Menoch.
conſ. 205. num. 13. Fular. *conſ. 24. num.*
43. & 44. Rot. in Romana fideicommiſſi
de Zephiris 8. Februarij 1647. in §. hinc
adnectitur corã R. P. D. meo Bichio, & cum
voluntas Teſtatoris in propoſito caſu
adimpleri non poſſet ſine reciproca li-
neari, ratio conſeruandæ agnationis
optimæ ſuffragatur ad effectum eiuſdẽ
reciprocæ linearis, quicquid ſecus eſſet
dicendum, quando ratio agnationis
conſiderari poſſet reſpectu deſcenden-
tium cuiuſque lineæ *iuxta deciſionem*
Seraph. 1023. *num. 9.* & qua diſtinctio-
ne mediante conciliantur inter ſe om-
nes deciſiones, quę pugnare videntur,
vt bene reſponſum fuit *in d. vlt. deciſ.*
Reuerendiſſimi Terracinen. *in §. ſecundo*
quia.
His accedit non ſolum ſimplex voca-
tio maſculorum toties repetita à Teſta-
tore, vt dictum eſt, ſed vocatio vlte-
rius fuit veſtita verbis deſcendentium,
cum dictione in perpetuum, & Teſta-
tor ad plures gradus ſubſtitutionum
proceſſit pręferendo ſemper maſculos
fœminis, ex quo digreſſus fortis con-
8 iectura reſultat reciprocę linearis, cũ
non poſſit fieri tranſitus de vna linea
ad aliam, niſi maſculi ſubſtituti admit-
tantur ad bona tranſuerſalium, vt *d. Ro-*
ta pluribus adductis in Terracinen. fidei-
commiſſi 14. Decemb. 1643. in §. ſecun-
da reſultabat coram me, *& in d. Romana*
fideicom-

fideicõmiſſi de Zephiris 8. *Februarij* 1647. *in §. quarto ponderandum eſt, coram R. P. D. meo Bichio*.

Prȩterea cum maſculis prædicto modo ſubſtitutis per fideicommiſſum fuerit onus perpetuum iniunctum dotandi puellas ſingulis annis certe hoc adimpleri non poſſet, niſi maſculi grauati ad hoc onus ſubeundum admitterẽ-
9 tur ad honorem fideicommiſſi reciprocè, Ancharan. *conſ.*27. *numer.*7. Natt. *conſ.*531. *num.*28. Surd. *conſ.* 539. *num.* 6. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.*6. *tit.* 15. *ſub num.*12. *verſ. ſed rurſus*. *Rot. deciſ.*282. *num.*8. *par.*2. *recent.* Quæ coniecturæ, & rationes fideicommiſſum reciprocum inducentes ſimul iunctæ, & coaceruatim accipi debent, itaut inuicem fulciantur, Honded. *conſ.*54. *numer.*53. *lib.*2. Surd. *d. conſ.* 539. *numer.* 2. Cabal. *conſ.*105. *num.* 25. *lib.*1. *cum alijs adductis in d. Terracinen. fideicommiſſi ſub §. quæ coniectura cor. me*.

Neque obſtat ſæpe deductum obiectum, quod vocatio maſculorum ſit in-
10 telligenda diſcretiue, itaut deſcendentes vniuſcuiſque lineæ cenſeantur ſubſtituti in portione ſui patris ſi maſculi ſuperſint, ſin minus fœminæ illius Columnelli, non autem reciprocè vt fideicommiſſum tranſeat de vna linea ad aliam, *vt in deciſionibus corã* Seraphin. 1013. *num.*24. *coram* Caualer. *deciſ.*465. *num.*2. *in recent. deciſ.* 145. *num.* 5. *&* 316. *num.*4. *part.*4. *& in prima deciſione huius cauſæ*.

Quia Teſtator non vocauit fœminas ſimpliciter deficientibus maſculis, quo caſu fœminarum vocatio poteſt diſcretiue adaptari, adeout fœminę vnius li-
11 neę non excludantur à maſculis ſuperexiſtentibus alterius lineæ in portione vnamquamq; lineam tangente, ſed in præſenti Teſtator vocauit fœminas per ſubſtitutionem conceptam in tempus remotiſſimum, & poſt penitus extinctam lineam maſculinam, vnde verba Teſtatoris clara neutiquam verificari poſſunt, niſi maſculi vtriuſq; lineę admittantur, vt ibi, *& caſu quo linea maſculina non adſit, ſeu quandocũque deficiat fœminę ſuccedant.* Non poteſt enim dici linea maſculina finita ante mortem vltimi maſculi, & ex prælatione lineę maſculinę oritur perneceſſe, quod linea maſculina debeat eſſe finita antequam fœminæ admittantur, Peregr. *conſ.*19. *numer.*4. *& ſeqq. lib.*6. Aldou. *conſ.*92. *num.*10. Ruin. *conſ.*126. *num.*3. *lib.*1. Giouagn. *conſ.* 7. *num.* 15. *lib.*1. Soccin. *iun. conſ.*66. *num.*2. *lib.*3. Menoch. *conſ.*205. *à num.*12. *& per tot.* Cabball. *conſ.*84. *lib.*2. concurrentibus præſertim alijs ſupra ponderatis.

Quæ viſa ſunt ſufficere ad reciprocã inducendam in caſu, in quo verſamur cum hæc oriatur ex ſufficientibus coniecturis etiam ſi deficiant tria requiſita
12 quæ hic adſunt, Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.*7. *tit.*5. *Rota coram bon. mem.* Coccino *deciſ.*493. *numer.* 9. *in d. Romana fideicõmiſſi de Zephiris in §. igitur ſolum videndum eſt, coram R.P. D. Bichio; & in d. Bononien. fideicommiſſi de Guidottis* 23. *Ianuarij præteriti in §. & quando etiam, coram R.P.D. meo Arguelles*.

Cętera, quæ obijciebantur viſa ſunt ceſſare ex deciſione vltima Reuerendiſſimi Terracinen. cum qua DD. tranſierunt.

Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante, &c.

Regien. Bonorum.

Veneris 23 Februarii 1646.

Coram R. P. D. Corrado.

SUMMARIUM.

1 *Ceſſionario competunt eadem remedio, quæ ipſi hæredi ſcripto.*

2 *Bona tranſlata in filios à Patrę per contractum inter viuos, cenſentur exempta à fideicommiſſo prius condito in teſtamento.*

3 *Dona-*

3 *Donatio à Patre facta filio in poteſtate exiſtenti, quando cenſeatur facta in peculium, vel in dominium, & numer. 4. 5. & 13.*

6 *Donatio facta corã ſeptem teſtibus pręſumitur inter viuos.*

8 *Reſeruatio in donatione facta partis bonorum, & vſusfructus facit praſumere donationem inter viuos, & num. 9.*

14 *Verba* in patrimonium, *&c. poſita in donatione filio à patre facta quid importent.*

15 *Filius an debeat imputare ſibi in legitimam bona à patre inter viuos recepta, & num. 16.*

17 *Vſus fructus relictus ei, cui prius erat data proprietas, intelligitur de vſufructu cauſali.*

18 *Iuramentum tollit impedimentum patriæ poteſtatis.*

19 *Abſentia donatarij ſupplet ſtipulatio Notarij, & iuramentum donantis.*

20 *Reſeruatio dominij bonorum facta à donante deficientibus filijs, & deſcendentibus donatarij, quid operetur, & num. 2. & 22. cum ſeqq. vſque ad 27. vbi quando contraria procedant.*

28 *Pactum reuerſiuum ad fauorem patris eſt validum, quo caſu filij prædecederent.*

29 *Prohibitio alienationis, & fideicommiſſi onus ſuper legitima filij patre viuẽte; ſubſtinetur, eoque decedente ſubſtinetur in eo quod legitimam excedit, vel etiam in totum, ſi filius conſentiat. & num. 30.*

31 *Præſentia Iudicis in celebratione Inſtrumenti, ſupplet defectum inſinuationis, & num. 32.*

33 *Statutum Bononiæ requirens in Inſtrumen. ſubſcriptionem duorum Notariorum non comprehendit Inſtrumen. iuramento vallata, nec donationes ob cauſam, & num. 34.*

DECISIO X.

ALexander de Sanctis Bonon. in eius vltimo teſtamento condito de anno 1603. die 12. Nouembris inſtitutis hæredibus vniuerſalibus Hyacinto, & alijs eius filijs maſculis naſcituris, vltimo ex eis abſque filijs, & deſcendentibus decedenti fęminas primùm, & deindè finitis omnium lineis RR. Monniales Sacratiſſimi Corporis Chriſti in Ciuitate Bonon. in bonis in illo Territorio ſitis. Illas verò Terræ Corrigij in bonis ſub eo dominio exiſtẽtibus ſubſtituit. Poſt hæc anno 1608. 6. Februarij eadem bona Territorij Corrigij præfatis eius filijs aſſignauit in patrimonium, ac patrimonij nomine, &c. *Volens, & declarans eiuſmodi aſsignationem valere, ac ſuum debitum finem, & effectum ſortiri perindè, ac ſi de illa eſſet factum publicũ donationis inſtrumentum inter viuos roboratũ, & firmatũ ſuis debitis ſolemnitatibus in ſimilibus inſtrumentis requiſitis, velatius apparet ex publico inſtrumẽto ſuper hoc celebrato.* Defuncto autem anno 1637. Raymũdo vltimo ex filijs d. Alexandri nullis ſuperſtitibus deſcendentibus, pręfatæ RR. Moniales Terræ Corrigij aſſerentes purificatum eſſe ad earum fauorem prædictum fideicommiſſum obtinuerunt eius vigore in partibus ſententiam immiſſionis in poſſeſſionem omnium bonorum illius Territorij, & aliam deindè manutentionis contra Ioſeph, & fratres de Nigris hęredes in effectu d. Raymundi, qui prætendentes nulliter, ac iniuſtè fuiſſe proceſſum, cauſam nullitatis, & appellationis cõmiſerunt in Rota in qua propoſito dubio ſub die 13. Martij 1645. Cui eſſet dandum mandatũ de manutenendo, Domini cenſuerunt videndũ de bono iure partium, quo ſemel atque iterum in duabus propoſitionibus exactè diſcuſſo pro Nigris fuit reſolutum.

Conſtat enim ex Proceſſu vtriuſque partis, bona de quibus agitur, fuiſſe poſſeſſa per d. Raymundum vſque ad diem eius extremum, ac in hæreditate illius remanſiſſe, eamque fuiſſe delatã ad dd. Fratres de Nigris eius conſanguineos hęredes ab eo inſtitutos in bonis Territorij Bononienſis, & ceſſionarios Antonij Vellani pariter inſtituti

in bonis

in bonis Territorij Corrigi, cuius ceſſionis vigore fuerunt in eos translata
1 in effectu omnia iura d. hæreditatis, *l. emptor, ibique* Bald. *in 1. & 2. notab. & alij DD. C. de hæred. vel act. vend.* ità, vt illis competant eadem remedia, quæ ipſi hæredi ſcripto competerent, vt poſt alios probat Menoch. *de adipiſc. r. m. 4. à num. 249. verſ. quaro trigeſimo primo, & ſeqq.* Surd. *deciſ. 308. num. 1. verſ. primo quia, Rot. penes Reuerendiſs.* Vrgellen. *deciſ. 310. num. 1. verſ. Atqui ideo, & in recent. deciſ. 349. verſic. Iis verò iuribus, & ſeq. par. 6.*

Neque viſum fuit obſtare fideicommiſſum ab Alexandro ordinatum in d. eius teſtamento condito de anno 1603. ſuper dd. bonis Territorij Corrigi.

Nàm cùm ille deinde anno 1608. eadem validè tranſtulerit, & alienauerit per contractum inter viuos in eius filios, eo pacto fuerunt exempta à patrimonio, & hæreditate ipſius, ac proinde à d. fideicommiſſo, & propterea eius vigore peti non poſſint, cum iam
2 exijſſent à bonis teſtatoris de tempore eius mortis nec ex illius teſtamento peruenerint in filios, *l. ſequens quæſtio, ff. de leg. 2. l. in fideicommiſſariam, §. quoties, l. ex facto in principio ibiq; gloſſ. in verb. ſua, ff. ad S. C. Trebell. cum concord. adductis à* Peregr. *de fideicomm. art. 6. ſub num. 1. verſic. Ego autem, & in his terminis probat* Corn. *conſ. 228. ſub num. 9. verſ. Quinimo lib. 4.* Pariſ. *conſ. 33. num. 36. verſ. Et conſequenter, ac numer. 44. verſ. Minus obſtat, et num. 76. verſic. Et procedunt iſta, lib. 3.* Aemilian. *conſ. 39. num. 14. verſ. Nam ad hoc, et latius, ſub num. 22. verſ. Pater itaque, et ſeqq.* Mantic. *de coniect. lib. 7. tit. 8. ſub num. 29. verſ. Duodecimo deducitur,* Menoch. *præſumpt. 196. num. 9. verſ. Declara ſecundo, et nu. 12. verſ. tertium exemplum, lib. 4. Rot. penes bon. mem.* Card. Caualer. *deciſ. 647. num. 5. verſ. Prætereà, et ſeqq. et alij relati per* Modern. Brixien. *de ſubſtit. quæſt. 632. num. 1. et 17. verſ. Ego tamen, ac quæſt. 633. ſub num. 1. et conſ. 123. num. 8. verſ. quarto aduertendum erit, et ſeq.* idemque *ſenſit Rot. in Romana fideicomm. de Spiritib. coram R. P. D. meo Bichio 17. Februarij 1645. in §. quia quicqid ſit.*

Nec obſtat quod per illam aſſignationem ab Alexandro factam dd. eius filijs non fuerit in eos translatum dominium, tum quia reſiſtebat patria poteſtas, *l. 2. C. de Inoff. Don.* tum quia talis non fuit patris intentio, qui præſumendus eſt potius voluiſſe conſtituere filijs peculium, cuius illi ſolum vſum, atque
3 adminiſtrationem haberent, ipſe verò dominium, *iuxt. l. fin. ff. de pecul. legat. & theor.* Bart. *in l. ſi donatione, ſub num. 3. verſ. ſi vero pater, C. de collat.* quod eo mortuo redijt ad hæreditatem, *l. certum, & ibi gloſ. in verb. peculia, C. famil. erciſc.* ac proinde fuit ſub d. fideicommiſſo comprehenſum, vt pluribus relatis tradunt, Peregr. *de fideicomm. d. art. 6. ſub num. 44. verſ. ſecundus caſus eſt, &* Honded. *conſ. 59. à numer. 24. verſ. Aut vero dicitur, et ſeqq: et numer. 28. verſ. ſi autem probaretur, ac ſeqq. lib. 1. et alij.*

Quia prædicta procedunt, quando Pater aſſignat ſimpliciter filio in eius poteſtate exiſtenti aliqua bona nulla expreſſa donationis, vel alia æquipollenti cauſa, nulliſque extantibus verbis, ſeù coniecturis ex quibus colligatur eius voluntas transferendi Dominium, ac proprietatem in filium, nam ſi hęc percipi poſſit, tunc ceſſat præſumpta conſtitutio peculij. Ac proinde aſ-
4 ſignatio operatur effectum translationis dominij, vbi tamen id non impedit patria poteſtas (vt in propoſito infra probabitur) Corn. *d. conſ. 228. num. 11. verſ. nam licet, et ſub num. 12. verſ. Et quicquid ſit, ac ſeqq. lib. 4.* Ruin. *conſ. 187. ſub num. 12. verſic. Et per hoc etiam apparet lib. 2.* Pariſ. *d. conſ. 33. à num. 33. verſic. Nec obſtabit, et plurib. ſeqq. et numer. 44. uerſ. minus obſtat, lib. 3.* Grat. *conſ. 7. ſub num. 18. uerſ. Quinto comprobatur, et ſub num. 38. uerſ. Quarto non obſtat, lib. 2.* Aemilian. *d. conſ. 39. ſub num. 5. uerſ. His tamen non obſtantibus, et ſeqq. et alijs relatis.* Peregr. *de fidei-*

comm.

*comm. d. art. 6. ſub num. 44. verſ. Quibus
addo, & num. 4... verſ. Quarens eſt, & pro-
bante Rot. in deciſ. 633. ſub num. 3. verſ.
Non obſtat quod regulariter, par. 3. recent.
& in d. Roman fideicom. de ſpiritib. in
§. ideo ſuper hoc articulo.*

Quod autē ea fuerit in hoc caſu Ale-
xandri voluntas, vt bona filijs aſſigna-
ta etiam quoad dominium, & proprie-
tatem illius acquirentur euidenter de-
monſtrat totus illius inſtrumenti con-
textus, attentè perpenſus, & ſpecialiter
5 ponderando. Primo illa verba, *in patri-
monium, pro patrimonio, & patrimonij ti-
tulo, &c.* quæ propriā cuiuſque ſubſtan-
tiam, & facultates regulariter denotāt,
vt explicat *gloſſ. in l. rei appellatio in verb.
Patrimonio, ff. de verb. ſign. ibique* P. Re-
buff. *col. 11. in verb. Patrimonij.* Hug. Do-
nel. *in Comment. de Iur. Ciuil. lib. 8. c. 25,
verſ. & Patrimonium cuiuſque;* Siue à pa-
rentibus (quod proprius eſt) *l. cum pu-
pillus, ff. rē pupil. ſalu. for. l. quantitas pa-
trimonij, ff. ad l. falcid.* Siuè generaliter
vndecunque acquiſitas, *l. 1. ff. de vſufr.
ear. rer. l. nā quod in fin. iuncta, l. ſeq. & l.
cogi in princip. ff. ad S. C. Trebell. l. Iube-
mus nulli ſub princip. Cod. de Sacr. ſanct.
Eccleſ. cū alijs adductis per* Rebuf. *in loco
mox citato.* Secundo præſertim concur-
rentibus alijs, *Volens, & declarans eiuſ-
modi aſſignationem valere, & ſuum debitū
finem, ac effectum ſortiri perinde ac ſi de
illa eſſet factum publicum donationis in-
ſtrumentum inter viuos roboratū ſuis de-
bitis ſolemnitatibus, &c.* de cuius natu-
ra eſt transferre dominium in donata-
rium, *l. 1. ff. de donat.* Soc. *conſ. 91. num.
9. verſ.* T*ertio quia, lib. 3. Rot. deciſ. 664. n.
23. verſ. Et poſt quam, par. 4. tom. 3. et de-
ciſ. 285. nu. 9. verſ. Conceſſio enim par. 7.
recent.* Tertio, quod d. Inſtrumentum
6 fuit celebratum coram Prætore Bono-
niæ, ac ſeptem teſtibus, vt fieri ſolent
donationes inter viuos ex diſpoſitione
ſtatuti illius Ciuitatis *lib. 3. ſub rub. de
donation.* Vnde rectè precipitur qua-
lem partes intenderint contractum
inire, *iux. not. in l. iuriſgentium, §. quod
fere, ff. de pact.* Surd. *conſ. 450. ſub num.
15. verſ. ſed in inſtrumento, et ſeq.* Mātic.
de tacit. lib. 2. tit. 2. ſub n. 1. et ſeqq. Quar-
to verba illa, *dedit, et aſſignauit, etc* quę
dominij translationem important, vbi
ſubiecta materia id patitur Bart. *in l. ſi
conſtante num. 93. verſ. modo iſtud verbū
aſſignare, iuncto verſ. Imo dico, ff. ſol. ma-
trim.* Corn. *d. conſ. 228. ſub num. 11. verſ.
nam licet, et num. 13. verſ. Non obſtat, lib.
4.* Paril. *d. conſ. 33. ſub nu. 24. verſ. ſexto
verbum, et nu 26. verſ. Septimo iſtud, idem
lib. 3.* Aemilian. *d. conſ. 39. num. 8 verſ.
Et prædicta confirmantur,* Soc. *conſ. 9. ſub
n. 30. verſ. Secundo, lib. 1.* Natt. *conſ. 496.
ſub num. 5. verſ. Item additum fuit,* Me-
noch. *conſ. 201. ſub num. 8. verſ. Nam re-
ſpondetur, Rot. penès,* Card. Caualer. *d.
deciſ. 647. num. 7. verſ. Quod autem, et in
recent. d. deciſ. 633. ſub n. 2. verſ. in par-
te vero diſpoſitiua part. 3. et deciſ. 130.
n. 5. verſ. quia certum eſt, p. 5. ac in d. Ro-
mana fid. icom. de ſpiritib. coram. R. P. D.
meo Bichio in § Tum partis diſpoſitiuę.*
7 Quinto verba ſequentia, *omnia, et quę-
cunquę eius bona poſita in Territorio Cor-
rigl, etc.* infra etiam in pluribus locis re-
petita, quæ reſpiciunt ipſa corpora, &
proinde illorum dominiū, ac proprie-
tatem præſeferunt, *l. libertis in princip.
ibiq.* Bart. *n. 6. verſ. quæro quid in contra-
ctibus, ff. de alim. et cib. legat. l. donatio-
nes, §. ſpecies, ff. de donat. l. fin. ff. de uſufr.
ear. rer. l. cū ij. §. ſiunt ibique gloſſ. in verb.
ſi uni, ff. de Tranſact.* Cephal. *conſ. 399.
à num. 28. verſ. ſecūdo idem dico, et ſeqq.
uſque ad fin. Rot. deciſ. 121. num. 7. verſ.
nam quando relinquitur res, et deciſ. 168.
num. 2. verſ. quia dato p. 1. diuerſ. et deciſ.
62. num. 78. verſ. tum quia part. 5. recent.
ac penes Reuerendiſſ.* Vrgellen. *deciſ. 82.
num. 5. verſ. quod non importent, et alij
longa ſerie relati per* Caſtill. *de uſufruc.
cap. 30. à num. 4. verſ. ſit autem primus
caſus, et ſeqq.* Sexto quod Alexander
*reſeruauit ſibi ſextam partem bonorum
8 ſic, ut ſupra in patrimonium aſſignato-
rum,* &c. quæ quidem exceptio, &
reſeruatio ſextæ partis ſicut certum
eſt, quod facta fuit reſpectu dominij,
& proprietatis, itá ſanè conuincit alias
quinque partes, pariter quoad domi-
nium, & proprietatem in filios fuiſſe

N n transla-

trãſlatas,ſecundum naturam huiuſmo-
di exceptuationis, *l. quæſitũ ad fin.princip.verſ. denique Neratius, ff. de fund. inſtr. l. nam quod liquida, §. fin. in fin. ff. de pen. leg.* Pariſ. *d. cõſ 33. n. 59. verſ. Et quia tempus, & cauſa, lib. 3. Rot. deciſ. 669. ſub n. 2. in fin. verſ. Et confirmatur, par. 1. & deciſ. 24. ſub n. 1. verſ Ex quo rectè arguitur, ac ſeqq. par. 6. recent. & fuit dictum in Signin. bonorum 19. Iunij 1645. coram*
9 *me, in § certio quia.* Septimo quod idẽ
reſeruauit ſibi *vſumfructum bonorum aſſignatorum* in eius proprios vſus ſi libuiſſet conuertendũ donec filij ad ætatem viginti quinque annorũ peruenerint. Vnde reſultat dominij, & proprietatis trãſlatio in eoſdẽ filios, *l. quiſquis, C. de donat.* Pariſ. *d. conſ. 33. n. 31. verſ. Decimo probatur, lib. 3.* Menoch. *præſumpt. 30. n. 25. verſ. Decimo quarto lib. 3. Rot. deciſ. 362. n. 13. verſ. Hic autem par. 1. diuerſ. & penes Comitul. deciſ. 67. n. 18. verſ. Sed magis, ac Reuerẽdiſſ.* Vrgellen. *deciſ. 82. num. 19. verſ. prout etiam, &c.* Octauo quod expreſsè declarauit, *ſe nullo vnquam tempore cogi poſſe ad reddendam aliquam rationem administrationis bonorum in patrimonium aſſignatorum, &c.* Hæc enim declaratio non conuenit prætenſo peculio profectitio, cuius plenum dominium, & commoditas eſt penes patrem, *l. 1. §. 1. l. peculium eſt, l. peculium naſcitur, l. non ſolum, ff. de pecul. l. cum Ancillæ, C. eod. tit. l. filiæ, §. cum autem, C. de collat.* nec ideo illius adminiſtrationis rationem reddere tenetur, minus quam de aduentitio, de quo in *l. cũ oportet, §. nõ autem,* ibi, nec ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre, *C. de bon. quæ lib.* Grat. *d. conſ. 7. ſub num. 14. verſ. ſecundo pondero, & ſeq. lib. 2.* Sed quidem demonſtrant ea bona fuiſſe pleno iure à patre in filios translata, quo caſu cum illi non acquiratur vſufructus, congruebat eiuſmodi expreſſio ad euitandam rationis redditionem, cui aliàs fuiſſet obnoxius, *iuxta theor.* Bart. *in l. litis conteſtatæ, §. fin. in princip. verſ. Nota benè iſtum caſum, ff. de neg. geſt. & in ſpecie probat* Surd. *conſ. 259. ſub num. 13. verſ. Et quamuis, et num. 15. verſ. Et per hanc orationem.* No-
11 no quod deficientibus omnibus eius filijs tam natis, quam naſcituris declarauit ſe *velle eſſe Dominum, et patronum dd. bonorum in patrimonium aſſignatorũ, ac ſi d. aſſignatio facta non eſſet*; Vnde infertur, quod ſi eo caſu adueniente voluit eſſe Dominus, & patronus bonorum aſſignatorũ, interea vtiq; aſſignatione curãti dominiũ erat penes ipſos filios, Ruin *conſ. 187. ſub nu. 12. verſ. Et ultra prædicta, etc. lib. 2.* Pariſ. *d. conſ. 33. ſub n. 31. verſ Decimo probatur, et nu. 58. verſ. Ex quo, lib. 3.* Cephal. *d. conſ. 399. numer. 35. verſ ſexto, et ſeqq. Rot. deciſ. 633. num. 4. verſ. Non obſtat quod pater, par. 3. recent.* Decimo quod expreſsè prohibuit eius filijs bona illis aſſignata *vendere, et alienare,* adiecta ratione ad fauorem illorum de familia, nam hinc etiam dominium, ac proprietatem in
12 eos fuiſſe translatam, ſenſit Bald. *in l. Proculus, verſ. Et tunc appellatione vſusfructus, etc. ibiq;* Angel. *verſ. ex prædictis cõclude, ac alij, ff. de uſufr.* Gab. *conſ. 143. n. 6. verſ. Tamen puto cõtrariũ, et ſeq. lib. 1. et conſ. 108. num. 32. verſ. Et prohibitio alienandi, lib. 2.* Odd. *conſ. 43. ſub n. 11. verſ. primo, et principaliter, ac ſeqq.* Surd. *conſ. 45. num. 27. verſ. Et hinc dixit* Bald. *et ſeq.* Maſcard. *de probat. concl. 1419. num. 11. verſ. ex quo etiam, et alij penes bo. mem.* Buratt. *deciſ. 24. ſub n. 10. verſ. Prohibitio alienandi, et ſeq.* quæ quidem opinio licet aliàs controuerſa inter DD. in hoc tamẽ caſu ex prædictis, & infraſcriptis validè comprobatur.
13 Vndecimo quod addidit ea verba, *quia voluit dd. bona ſemper, et continue ſtare debere in familia dd. de Sanctis,* fideicommiſſariam ſucceſſionem præſeferunt, & per conſequens antecedentem dominij exiſtentiam in grauatis ſupponunt adueniente die, ſeu conditione in alios ſucceſſiuè vocatos transferẽdi, *l. fin. ff. de uſufruct. ear. rer. l. filios hæredes, et l. Codicillis in princip. ff. de uſufr. legat. l. ſpecies, ff. de aur. et arg. legat. l. 1. l. facta in princ. ff. ad S.C. Trebell. l. ſancimus, §. cum autẽ, C. eod.* Mãtic. *de coniect. lib. 9. tit. 5. ſub n. 12. verſ.*

Item

Item ſi is, Ceph. conſ. 399. ſub n. 34. verſ.
ſexto nã teſtator, & ſeqq. Eugen. conſ. 25.
nu. 39. verſ. Quinto quia. Laderch. conſ.
80. num. 5. verſ. Primo quoties, & ſeqq.
Peregr. conſ. 62. num. 19. verſ. Secundo.
quod teſtator, lib. 2. Rot. deciſ. 138. num. 3.
verſ. ſecundo, & ſeqq. par. 4. diuerſ. & alij
relati per Caſtil. de vſufr. cap. 30. à num.
2. verſ. Nunc vero, & ſeqq. Duodecimo
13 quod promiſit omnia in d. inſtrumento
contenta perpetuo obſeruare, & non con-
trafacere, ob idque obligauit ſextã par-
tem dd. bonorũ ſibi (vt dictũ eſt) reſer-
uatam, Hoc enim non congruit præte-
ſæ pæculij cõſtitutioni, quæ à patris vo-
lũtate omnino dependet, & ad eius li-
bitum reuocare poteſt, non ſolũ expreſ-
sè, ſed etiam tacitè, leg. peculium ff. de
pecul. Ruin. d. conſ. 187. ſub n. 12. uerſ. &
per hoc etiã apparet, lib. 2. dicens quod
ſtantibus huiuſmodi verbis contractus
dicitur Donationis, etiã quod Pater ex-
preſsè dixiſſet ſe in peculiũ concedere.
Grat. d. conſ. 7. ſub n. 14. verſ. nono, lib. 2.
Pariſ. d. conſ. 33. ſub n. 34. uerſ. & etiã ex
illis uerbis, lib. 3. Menoch. d. Praſ. 30. ſub
num. 46. uerſ. Octauo idem eſt. lib. 3. Rot. d.
deciſ. 633. num. 2. uerſ. concurrunt etiam
part. 3. recentior.
Ex quibus infertur non aduerſari verba
illa, in patrimonium, pro patrimonio, &
14 patrimonij nomine, &c. nam ex propria,
& communi illorum ſignificatione, &
magis ex omnibus alijs ſequentibus, ac
toto inſtrumenti contextu probantur
translatiua dominij, vt hactenus fuit;
Atque ideò congruentiùs referri poſ-
ſunt ad titulum, & cauſam legittimæ,
quæ dicitur proprium patrimonium
filiorum quippè illis debita ex hæredi-
tate, & ſubſtantia paterna, vt bene no-
tat. Curt. Iun. in Auth. reſqua numer. 16.
uerſ. notandum tamen eſt. C. commun. de
legat. & probauit Rot. penes bon. mem.
Cardinal. Seraphin. deciſ. 451. num. 7.
uerſ. cum legitima.
Nec obſtat quod filius non imputet
in legitimam quæ titula validæ Dona-
tionis inter viuos à patre recepit, niſi
15 fuerit expreſſum per tex. in l. ſi quando
§. & generaliter, C. de Inof. teſtam. leg.
penult. C. de collat. & hoc eſt quod di-
cunt Ang. in l. ſi non mortis in princ. ac
Fulgoſ. numer. 2. uerſ ſecundo nota, &
Roman. qui illam commẽtatur cum leg.
ſi proponas numer. 2. uerſ. nota, ff. de
Inof. teſtament. quos refert Decian.
conſ. 3. num. 27. uerſ. quia ad hoc lib. 1.
& alij.
Quia d. concluſio intelligitur quando
certum eſt, quod pater voluit ſimplici-
ter, ac purè filijs bona donare, non au-
tẽ quãdo ex verbis adiectis, vel alijs le-
gitimis coniecturis dignoſci poteſt,
quod illa intenderit in legitimã impu-
tari, veluti ſi filio donauerit pro parte
ſua, ſeù pro eo quod illi obuenerit, vel
aliter, vt hoc caſu pro patrimonio iuxta
16 mox adducta; Aut ſi bona donata ęqui-
ualeant legitimæ, nã in huiuſmodi caſi-
bus Donatio ob eam cauſam facta cen-
ſetur, & in illã debet imputari ex præ-
ſumpta voluntate donantis ad l. cum
quo, §. fin. ff. ad l. falcid. & l. 1. §. ſi parens,
ff. ſi à parent. quis manumiſſ. ſit ibiq. Bart.
n. 1. uerſ. quaro dicitur hic, & in l. peto in
princ. ſub n. 6. uerſ. dixi, ff. de l. 2. Alex. in
l. Illud, n. 6. uerſ. ſecundo modo ibiq. Dec.
ſub nu. 8. uerſ. ſecundo limita, C. de collat.
Iaſ. in l. ſi quando, §. fin. ſub n. 3. uerſ. ter-
tio limita. C. de Inof. teſtam. Corn. conſ.
64. ſub num. 6. uerſ. ſed rem claram red-
dunt, et uerſ. Ideo ac ſeq. lib. 2. Craſſ. in
§. legitima q. 22. n. 12. verſ. ſcias tamen, et
nu. 14. uerſ. Declaratur etiam, Menoch.
cõſ. 153. n. 15. verſ. Doctrina Saccin. &c.
Rurſus infertur non aduerſari, quod
in eodem Inſtrumento dictum fuerit
vſumfructum dd. bonorum ad filios
Alexandri ſpectare, ac inter eos diuidi
debere, & alibi de eo habita mentio:
17 Quia cũ aſſignatio facta fuerit de ipſis
corporibus ad quę eadem quoque ver-
ba referuntur, non ideo excluditur
propietatis translatio: Sed illa intelli-
guntur de vſufructu cauſali ſpectante
ad eum, qui plenum habet dominum
iux. l. qui vſum fructum, ubi notat. DD.
ff. de uerb. obligat. gloſſ. in l. 3. in uerb.
reuerti, ff. de uſufr. & explicat. Bart. in
d. l. Donationes, §. ſpecies ſub n. 1. ibique
latiùs Imol. verſ. nã ex quo, & infra. uerſ.

ſed quod dixi ff. de Donat. Argel. *conſ.*
338. *Imperitia notariorum, ſub num.7.*
in fin verſ. Si autem quæras. Soc Iun.
conſ.84. num.7. verſ. & licet dixerit lib.
1. Cephal. *d. conſ.399. à num. 29. verſ.*
ſed intelligitur, & num.45. verſ. neq; re-
ſiſtit tertium Eug. *conſ.25. num.52.* Pe-
reg. *d. conſ.62. ſub num.21. verſ. nec ob-*
ſtat his lib. 2. Rot. deciſ. 460. numer.2.
verſ. non obſtat quod ſit vſufruct. p.4.
Dio. *& aly. elati per* Giouag. *conſil.63.*
numer.49. verſ. nec repugnat, & num.54.
verſ.2. quia, lib.1.

Minus reſiſtit patriæ poteſtatis impe-
dimentum, ſtante iuramento actuali
ab Alexandro præſtito in d. Inſtrumē-
to, cuius vigore Donatio facta filijs in
poteſtate exiſtentibus, ſiue pura, ac
ſimplex ſit ex mera libertate, ſiuè in le-
gitimam imputanda, valida, & irreuo-
cabilis eſt, vt probat Bald. *in l.fin.num.*
6. verſ. ſed quid ſi fuit inter patrem, & fi-
lium, ac ſeqq. C. de vſucap. pro Donat. &
latiùs Alex. *conſ.8. viſis, & conſidera-*
tis his, num.2. verſ. tamen veritatem pu-
to, ac ſeq. lib.2. Grat. *d.conſ.7. num.8.*
verſ. & ex hoc apparet, et conſil.63. ſub
num.23. verſ. Preterea, et ſeqq. lib.2. Pa-
riſ. *d. conſ.33. num.35. verſic. et licet Do-*
natio, ac ſeq lib. 3. Clar. *in §. Donatio*
quæſt.8. num. 8. verſic. Sed quero, Gail.
obſeru.38. num.7. verſ. Secundo fallit, lib.
2. Oſaſch. *deciſ. 125. ſub num. 5. verſ.*
Secundo, Peregr. *de fideic. d.art.6. num.*
46. verſ. quartus eſt, Rot. penes Card. Se-
raph. *deciſ.1184. num.7. verſ. Et ideo,*
Card. Mant. *d. deciſ.166. num.15. verſ.*
Preterea, Card. Caualer. *d. deciſ. 647.*
nu.9. verſ. Reſpondebatur etiam Coccin.
deciſ. 379. num.5. verſ. Quia hac regula
non procedit, et in d. Rom. fideic. de ſpi-
ritib. § pen.

Neque abſentia filiorum; Quia (præ-
ter iuramentum) ſuppleuit vtiliter no-
tarij publici ſtipulatio, tam de iure cō-
muni, Bart. *in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſti-*
19 *puler. ſub. num.3. verſ. Tertio fallit, ff.*
de verb. oblig. Rol. *conſ.19. num.22. verſ.*
nono in donatione, et ſeqq. lib.1. Didac.
late agens in repet. rubr. de teſtam. par.3.
ſub num.13. verſ. Sed ſi notarius nomine
abſentis, Rot. penes Card. Seraph. *deciſ.*
427. numer.2. verſ. Quia non procedit, et
deciſ. 346. num. 6. verſ. non obſtat quod
Donatio par.4. diuerſ et in recent. deciſ.
428. per tot. par.4. tom. 2. Oſaſch. *deciſ.*
pedem.33. num.4. verſ. contraria autem
opinio, et per tot. Surd. *deciſ. 111. ſub*
num.4. verſ. Declarauit tamen Senatus,
per tot. et conſil. 305. nu.15. verſ. pro quo
faciunt, Mantic. *de tacit. lib 13. tit.48.*
num.13. verſ. Quinto reſtringitur, et ſeqq.
Mareſcot. *reſol.20. num.1. verſ. Etenim,*
lib.2. Quam ex diſpoſitione Stat. Bo-
non. *lib.3. ſub rubr. de ceſſion. contr. Com.*
Bonon. non faciend. et quod quis poſſit al-
ter. ſtipul. in §. Item ſtatuimus, fol.116.
cuius vigore ipſo iure acquiritur abſē-
ti, etiam ante ratificationem, vt ibi
explicat *Monterent. in fin. verſ. et hic ſo-*
pitur etiam illa queſtio.

Præterea non obſtat quod idem Ale-
xander in d. Inſtrumento poſt factam
aſſignationem filijs ſubiecerit ea verba,
20 *Et deficientibus omnibus dd. filijs tam na-*
tis, quā forſan naſcituris, declarauit, et
declarat ſe velle eſſe Dominum, et patrō-
num dd. bonorum ſic ut ſupra in patrimo-
nium aſſignatorum, ac ſi d. aſsignatio fa-
cta non eſſet, etc. quorum vigore præ-
tenditur quod illa bona ſtatim mortuo
Raymundo ad hæreditatem patris re-
uerſa, & cum ea fuerint conſolidata,
ac proindè ſubiecta remanſerint fidei-
commiſſio in d. eius teſtamento ad fa-
uorem Monialium.

Quia cum hæc reſeruatio, ac declara-
tio facta fuerit ſub conditione mortis
omnium filiorum, qua pendente Pater
deceſſit, euanuit illius effectus, neq; ad
21 hæredes tranſmiſſus fuit, *l. liber homo,*
§. Titius. ex ſemiſſe, verſ. Sed ſi deceſſe-
rit, ff. de hæred. Inſtit. l. heres meus, §. he-
res meus cū concord. per gloſſ. ibi in verb.
ſub conditione, ff. de cond. et demon. l. unic.
§. ſin autem aliquid ſub conditione, C. de
cad. tollen. Rot. deciſ. 515. num. 8. verſ.
Et faciunt regula, et deciſ. 543. num.4.
verſ. Alia littere, par.1. recent. et penes
Reuerendiſs. Vrgellen. *deciſ. 145. n.47.*
verſ. unde cum nunquam. Quod licet nō
procedat in his, quæ proueniunt ex
contra-

Digitized by Google

contractu per *tex. in l. ſi quis 57. ibiq; gloſ. fin. ff. de uerb. obligat. et in §. ex conditionali inſtit. cod. tit. et in §. cum quis, de inutil. ſtipulat.* Hoc tamen intelligitur niſi alia fuerit partium voluntas, *l. iuriſgentium, §. pactorum, uerſ. uerum autem, ibiq; gloſſ. et DD. ff. de pact.* Vel ſubiecta materia repugnet, *gloſ. fin. in l. ſi pactum, uerſ. uel niſi talis ſit naturę, ff. de probat.* quorum vtrumque cōcurrit in propoſito caſu.

Primo quia dd. verba reſpiciunt perſonam ipſius Alexandri, ibi, *declarat ſe uelle eſſe Dominum, et patronum*, &c. *l. qui in futurum, §. ſi ex altera parte, ff. de pact. l. cum pater. ff. de pact. dotal.*
22 *l. ſi marito, §. ſi pater, ff. ſol. matrim.* Iaſ. *in l. contra iuris, §. ſi filius, num. 1. uerſic. Et hoc diligenter nota, ff. de pact.* Natt. *conſ. 163. ſub num. 10. et ſeqq. Rot. deciſ. 396. num. 2. uerſ. quia pactum, par. 4. recent.* Atque ideo illo pendente cōditione defuncto nullum exindè ius ad eius hæreditatem trāſmiſſum fuit, Dec. *conſ. 443. in caſu ad me tranſmiſſo, ſub num. 30. uerſ. Et ita etiam reſpondetur ad illud, et prius Bald in conſ. 115. Verba habent, ſub num. 1. uerſ. Item realitas, et perſonalitas pactorum lib. 1. dicens* quod licet regulariter pacta tranſeant ad heredes, hoc tamen non procedit quando ſunt perſonalia, & illorum realitas, vel perſonalitas depēdet ex mente partium, & mens probatur ratione, Cephal. *conſ. 352. ſub numer. 35. et ſeq. uerſ. Praeterea*, Surd. *conſ. 518. numer. 9. uerſ. Non etiam omitto, Rot. deciſ. 669. num. 1. uerſ. tum ex dictione illa par. 1. et deciſ. 359. numer. 35. uerſ. cum enim facultas, et ſeq. par. 5. recent. et penes* Burat. *deciſ. 469. ſub numer. 12. uerſ. Quia nimirum, et ſeq. ac in alijs*

Secundo quia idem conuincit prętati Inſtrumenti contextus in quo Alexander duobus locis declarauit eius voluntatem circa huiuſmodi bona. Primum ſcilicet quando deficientibus omnibus eius filijs adiecit, *ſe uelle eſſe Dominū, et patronum eorundem bonorum, ac ſi aſſignatio illa facta non eſſet*, &c. Deinde vero quādo prohibita illis alienatione ſubdit, *quia uoluit dd. bona ſemper, et cōtinuè ſtare debere in familia illorum de Sanctis*; Cum autem vtraque voluntas in eodem caſu, & tempore verificari, & effectum ſuum obtinere non poſſet, quia primo caſu liberum erat Alexandri arbitrium diſponēdi prout ſibi magis placeret, *iux. l. in re mandata, verſ. Nam ſua quidem rei, C. mand.* In altero vero coarctata erat diſpoſitio ad certū genus perſonarum, *ad l. cum ita, §. in fideicommiſſo cum ibi not. ff. de leg. 2.* Ideo vt congrua ſit diſpoſitionis intelligentia, illam conuenit interpretari diſtinguendo caſus, & tempora, vt nempè voluntas primo loco declarata reſpiciat caſum, quo filij omnes patri prædecederent, quo ſatis conſonum erat liberam illi ſupereſſe facultatem de bonis ipſis ex integro, prout tunc expediēs aribtraretur, diſponendi: Illas vero po-
24 ſterioribus verbis expreſſa, alium reſpiceret caſum, quo filij poſt obitum patris decedtrent, tūc enim proprius cōgruebat perpetuus, & continuus ſuccedendi ordo inter eos de familia verbis illis indictum; Et hæc ſanè interpretatio iuri, ac rationi conueniens eſt, *cap. inter dilectos, §. ceterum extr. de fid. inſtr. d. l. cum pater, ff. de pact. dotal. l. nō ad ea, verſ. quod ſi purè, ff. de cond. & dem. l. ſi ita fuerit in fin. ff. de leg. 3. cum concord per* Bart. *in l. fin. §. item quęſitū, numer. 4. verſ. debes ſcire, & ſeq. ff. de cond. indeb.* Alex. *conſ. 14. Viſo teſtamento, ſub. num. 4. verſ. aut portet, & ſeq. dicens hoc procedere in omnib. diſpoſit. lib. 2.* Par. *conſ. 40. num. 36. uerſ. Et ideo, & conſ. 91. à num. 38. uerſ. & ideo uerba, cum ſeqq. & conſ 92. à numer. 29. uerſ. Et ideo per diſtinct. lib. 2.* Crau *conſ. 301. numer. 4. uerſ. & iſta reſp. Rot. deciſ. 711. ſub num. 2. uerſ. & interp. p. 3. & deciſ. 429. ſub numer. 24. uerſ. quia prius p. 5. recent.*

Neque in hoc caſu admitti poteſt quod dd. poſteriora verba, *quia uoluit*, &c. tāquam adiecta prohibitioni alienationis ſtent conſecutiuè ad illam, & reſtringatur illorum effectus ad perſo-
25 nas ſupra vocatas, *iux. uulg. conſ.* Dec.

636. *nume.*

636. num.7. verſ. Quibus tamen non ob-
ſtantibus, & ſeqq. Quia cum ſoli filij
Alexandri fuerint in ea diſpoſitione
ſuperius vocati, non autem deſcendē-
tes ex eis, quorum nulla prorſus facta
fuit mentio, nec ex præſumptione,
l. cum Auus, ff. de cond. & dem. & l. cum
acutiſſimi, C. de fideic. ſub intelligi po-
terat in contractu, in quo etiam ſpe-
cialiter fuerat expreſſum, quod deffi-
cientibus eiſdem filijs bona redirent
ad ipſum Patrem, vt bene aduertit Al-
ciat. *in conſ. 3. ſub num. 22. verſ. Nec ob-*
ſtat ſi dicatur, & ſeq. & prius conſ. 2. à
num. 11. verſ. moueor quia, & ſeqq. lib. 8.
Ideo, cum nullum ſupra legatur ordi-
natum fideicommiſſum ad quod ſalua
ratione recti ſermonis reſtringi poſ-
ſint, ſequitur per neceſſe, quod ea ver-
ba in poſteriori parte inſtrumēti adie-
cta nouam importent diſpoſitionem,
ſeu declarationē voluntatis ipſius Ale-
xandri erga illos de familia, & agnatio-
ne, ſupra non ſatis expreſſam, & qui-
dem ſecundum propriam eorum ſigni-
ficationem longæuam ſucceſſionum, ac
temporum ſeriem inter omnes de illa
familia non effectiuè ſolum, ſed con-
tentiuè præleferentem, Curt. Iun. *conſ.*
26 *43. num. 11. col. fin. verſ. Aut ſic ordinaſ-*
ſe non inuenitur, Paſeth. *conſ. 92. ſub nu.*
10. verſ. hoc tantum addam, & ſeqq. De-
cian. *conſ. 86. ſub num. 25. verſ. Prohibi-*
tio hęc, & ſeq. lib. 3. & ita in his terminis
declarauit Rot. deciſ. 133. ſub numer. 4.
verſ. Neque iſta prohibitio, ac ſeqq &
deciſ. 137. numer. 2. verſ. nec obſtat quod
ſtet conſequutiuè, ac ſeq. part. 4. diuerſ.
& deciſ. 44. num. 5. verſ. Non obſtat quod
prohibitio alienationis, par. 1. recent. cum
alijs adductis per Modern. Roman. *di-*
ſcept. 828. ſub num. 22. verſ. Iſta autem
prohibitio alienationis, & ſeqq. ad n. 35.
& ſequitur idē Brixien. *de ſubſtit. quęſt.*
682. ſub nu. 19. Concordarem ego dicens,
quod hoc caſu, quo perpetua conſer-
uatio bonorum in familia Teſtatoris
verificari non poteſt ſi reſtringatur di-
ſpoſitio ad ſolos filios antea inſtitutos,
& inuicem ſubſtitutos, ad illos verba
reſtringi non debent, ſed alios de fa-
milia compræhendunt eſto quod ipſa
prohibitio cōſecutiua eſſet ad antece-
dentem ſubſtitutionem, & ſub eadem
oratione comprehenſa.

Hincque apparet non aduerſari DD.
& Deciſiones in contrarium adductas.
Quia bene procedunt in illis caſibus in
quibus huiuſmodi verba congrue re-
27 ſtringi poſſunt ad antecedentes ſubſti-
tutiones, vt legitur in *deciſ. 15. par.*
7. recent. vbi poterat verificari in de-
ſcendentibus Io. Baptiſtæ in illa diſpo-
ſitione vocatis, vt probatur ſub *num. 19.*
verſ. quoniam dum Franciſca, & ſeqq.
non autem quādo eiuſmodi reſtrictio
congrue fieri non poteſt, vt in ſpecie
reſpondit *Rot. d. deciſ. 133. num. 6. verſ.*
quia Dec. *& alij, et deciſ. 137. numer. 3.*
verſ. quia hic non poteſt dari iſte intelle-
ctus, p. 4. diu. et ſequuntur moderni mox
alleg.

Tertio quia ſubiecta materia omnem
remouet difficultatem referendo Do-
nationem prædictam ad cauſam legiti-
timæ, vt dictum fuit. Tunc enim cer-
tum eſt, quod placitum illud reſerua-
tiuū, ſeu reuerſiuum ad fauorē patris,
28 potuit quidem valide apponi in eo ca-
ſu quo filij prædecederent, non autem
quando patri ſuperſtites eſſet, quia tūc
legitima propriam aſſumit naturam re-
iecto eiuſmodi onere, quo grauari non
poteſt, vt explicat Ant. de Butr. *in conſ.*
9. ſub num. 3. verſ. Ad tertium, Ceph.
conſ. 256. num. 60. verſ. Secus autem, et
ſeq. et probauit Rot. penes Card. Seraph.
deciſ. 815. numer. 5. verſ. vnde quoties, &
in recent. deciſ. 84. nu. 3. verſ. Item quia
teſtator. par. 2. Ideo merito in eo caſu
intelligi debet fuiſſe conceptum quo
valide fieri poterat, & ſubiectæ mate-
riæ congruebat, *l. ſi ſtipulatus, ff. de*
vſur. l. inſulam, ff. qui pot. in pign. hab.
l. cum pater dotem, ff. de pact. dotal. l. da-
mni infect. la 3. §. 1. ff. de damn. infect.
Angel. *in l. ſi ita ſtipuler. in fin. verſ. ſe-*
cundo fallit, ff. de verb. oblig. Franc. Aret.
in l. ſi ſic ſtipulatus, ſub num. 6. verſ. Se-
cundo quæritur, ff. eod. Io. Faber. *in d. §.*
ex conditionali, ſub num. 4. verſ. Item
dic generaliter inſtit. eod. tit. Decian.
conſ. 31.

conſ.31.num.52.uerſ.Et non poteſt etiam
tollere lib.1. dicens, poſt Bald. hanc in-
terpretationem eſſe neceſſariam, & eã
ſequitur alijs adductis Mantic. *de tacit.*
lib.3.tit.11. ſub numer.3. uerſic. uerba
autem, & ſeqq.

Neque repugnat ſequens prohibitio
alienationis, & fideicommiſſum ad fa-
uorem illorum de familia; quo legiti-
tima grauari non poteſt, *l. quoniam in*
prioribus, l. ſcimus in princ. & §.cum au-
29 *tem C. de inoſ. teſtam.* Quia patre viuẽ-
te, & prohibitio alienationis, & alia
onera ſuſtinebantur, vt dictum eſt, &
reſpondit *Rot. deciſ.623. num. 4. uerſ.*
Quia reſponſum fuit par.4. recent. Eo
autem mortuo fideicommiſſum adhuc
vigeret pro ea parte, qua conſtaret do-
nationem excedere integram legitimę
in omnibus paternis bonis filij debitæ
quantitatem, *d. l. ſcimus, §. cum autem,*
uerſic. ſancimus itaque, C. de inoſ.teſtam.
gloſ. in dict. l. quoniam in prioribus, in
uerb. tollatur, uerſic. Item nota hic, C.
eod. Bart. *in l. fin. §. filia, ſub numer.1.*
uerſic. Quod intellige, ibiq. Bald. *uerſ.*
Aut eſt concepta, & Curt. *ſub numer.1.*
uerſic. ſed Dyn. & alij DD. ff. de leg. 2.
Crau. *d. conſ.301. num.3. uerſ. ſecundo*
reſpondeo, et uerſ. ex quibus patet, Rot.
deciſ.206. nu.2. uerſ. unde, par.1. recent.
et in Tiburt. Hared. 13. Februar. 1634.
coram bon. mem. Card. Veroſp. in §. pen.
uerſ. tamen. Vel ſi ipſi filij in illud con-
30 ſenſiſſent, *ad l. ſi uero non remunerandi,*
§. inde Papinianus in fin. ibiq; gloſſ. in
uerb. patroni, ff. mand. Curt. Iun. *conſ.*
54. num.1. uerſic. tamen ex quo ipſe con-
ſenſit, Pariſ. *conſ.2. ſub num.15. uerſic.*
Iſtis tamen non obſtantibus, et ſeq. lib.3.
Gab. *Com. concl. lib.6. tit. de legit. concl.*
1. num.55. uerſ. uigeſimo limita, Man-
tic. *de coniect. lib.7. tit.8. num. 29. uerſ.*
et hoc quidem, Menoch. *preſump. 196.*
numer.13. uerſ. declaratur primo, lib.4.
Peregr. *de fideicomm. d. art.6. num. 47.*
uerſic. in his ergo terminis; et alij relati
per Modern. Brixien. *de ſubſtit. queſt.*
633. num.2. uerſ. declaratur primo.

Non obſtãt demum obiecti deffectus
inſinuationis, *iux. l. ſancimus, C. de*
Donat. nec non rogitûs, & ſubſcriptio-
nis duorum Notariorum iuxta diſpo-
ſitionem, *d. ſtat. Bonon. lib.3. Rubr. de*
Donat.

Quia (prætermiſſis alijs) cum Inſtru-
mentum fuerit celebratum coram ipſo
Iudice, ac Prætore d. Ciuitatis, & cum
eius auctoritate, atq; Decreto, vt in eo
legitur, ceſſat inſinuationis deffectus,
nam legalis illa ſolemnitas ad euitãdas
fraudes inſtituta regulariter æquæ
adimpletur ſi Donatio per acta publica
coram competenti Iudice fiat, ac ſi fa-
cta eodem modo deinde publicetur,
l. Donatio ſiue directa ſit in fin. ibiq. Bart.
verſ. quid enim eſt l. Data (aliàs) *lata, et*
ib. Bart. *in fin. dicens*, quod vbicunq;
fit in actis donatio de alio non eſt cu-
32 randum, *l. in hac, & l. in Donationibus,*
C. de Donat. idemq; ſentiunt, Az. Goſ-
fred. Hoſtienſ. *& alij relati per* Io. Andr.
in Add. ad Specul. lib.2. tit. de Inſtr. edit.
§.14. Porrò *col.6. in verb ſubſcribat verſ.*
ſed alij vbi atteſtatur, quod ita ſeruatur
in Ciuitate Bononiæ eius Patria in qua
fiunt Donationes coram Iudice aucto-
rizante, & dicuntur inſinuatæ, & com-
probat Alex. *conſ.157. Viſo Inſtrumẽ-*
to Donationis, num.2. verſ. Nam inſinua-
tio, & ſeqq. lib.2. Corn. *conſ.36. num 1.*
verſ. ad propoſitum ergo, lib.3. Soc. *conſ.*
78. ſub num.2. poſt med. verſ. ſic etiam
lex ciuil. lib.1. & alij relati per Gabr. *Com.*
concl. lib.3. tit. de Donat. concl.1. nu.46.
verſ. vndecimo limita, Rot. penès ſan.
mem. Greg. *deciſ.391. num.8. verſ. in*
omnem euentum, & in recent. deciſ.552.
num.5. verſ. minus facit, part.4. & ſequi-
tur Barz. *deciſ. Bonon.25. ſub numer.35.*
verſic. Secundo quia in caſu iſto, &
ſeqq.

Alter autem defectus rogitus, ac ſub-
ſcriptionis duorum notariorũ pariter
ceſſat. Vel ex eo, quod ſtatutum illud
non comprehendat Donationes, neq;
infringat Inſtrumenta iuramẽto actua-
li roborata (quale eſt prædictum) *per*
33 *tex. in cap. cũ contingat extra de iur. iur.*
gloſſ. in cap. cum non deceat in verb effe-
ctus, de elect. in 6. Caſtr. *in l. ſi quis pro*
eo, ſub num.7. verſ. Quæ omnia, ff. de
fideiuſſ.

ſideiuſſ. Alex. conſ.27. viſo libello producto, nu.5. verſ.nam ſtatutum lib.1.Curt. Iun. conſ.57. num.1. verſ. quia vera; & communis concluſio eſt, conſ.127. nu.14. verſ.non obſtat ſtatutum, & ſeqq. lib.1.et in ſpecie ſtatutorum Bononiæ. Laur. de Pin. conſ.90. num. 3. verſ. Item tale debitum, Grat. conſ.41. à num.14. verſ. Et ſecundo conſidero, & plur. ſeqq. lib.1. Bero. conſ.126. num.8. verſ. non obſtant in contrarium adducta, & ſeqq. lib.1. Ferrant. Gargiar. Patrocin. 10. numer.12. verſ. Quia d. ſtatutum, par.1. & latè probat Rot. Bon. diuerſ. deciſ. 21. à num 20. verſ. Secundo quia, & plur. ſeqq. vbi reſpondetur omnibus obiectis, & dicitur hanc opinionem non ſolum eſſe communem, ſed in ea Ciuitate Canonizatam, & rurſus in deciſ.27. à nu.22. verſ. ſecundo loco, & ſeqq. & in puncto eius de quo agitur ita reſpondit Pariſ. d. conſ.33. num.47. verſ. non obſtat illud, & ſeqq. lib. 3. Rot. Bonon. apud Barz. d. deciſ.25. ſub num.57. verſ. Et quod tertio loco dicebatur. Vel quia cum hoc Inſtrumentum contineat Donationem ob cauſam, ſeu legitimæ prout dictum
34 fuit, ſeu conſeruationis bonorum in familia expreſſam in verbis præmiſſis, quia voluit, &c. pactumq; reuerſum in caſu præcedentiæ filiorum, vt dictum eſt; Ideo ſub illius ſtatuti diſpoſitione non erat conprehenſum ad l. hoc Iure, §. fin. ibiq; gloſſ. in verb. Donationem, ff. de Donat. Angel. in d. l. ſi non mortis, ſub num.1. verſ. vel quod erat in poteſtate, ff. de inoff. teſtam. Gugliem. de Benedict. in repet. cap. Raynutius in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam, nu.22. verſ. Adeo quod dicit, extr. de teſtam. Rot. deciſ.241. num. 26. verſ. Non obſtat quod deficiat ſubſcriptio, & ſeq. par.7. recent. Et ſpecialiter etiam cauetur in eodem ſtatuto in §. & hoc locum non habeat, fol. 107. & ſeqq. ibi. Vel in his quæ nō propriè Donationes dicuntur, &c. ibiq; Monterent. in Coment. d. fol. 107. lit. D. in verb. ex cauſa emancipationis in fin. verb. Niſi fortè ſit ratio, & litt. E. in verb. non propriè, fol. 109. col. 2. in fin. verſ. Adde etiam quæ ſingulariter dicit; & in his terminis illud declarat Grat. d. conſ.7. num.23. verſ. Reſpondeo in caſu noſtro, & ſeqq. lib.2.

Atque fuit reſolutum vtraque parte informante, &c.

Reggien. Bonorum.

Mercurii 23. Ianuarii 1647.

Coram R. P. D. Corrado.

SVMMARIVM.

1 Aſſignatio bonorum facta à patre filio in poteſtate exiſtenti quando dicatur dominij translatiua, & num.2.3.

4 Diſpoſitio declaratur iuxta tenorem facultatis à diſponente ad hoc impetratæ, & in ipſo actu adhibitæ.

5 Tradens vſumfructum bonorum ei, cui prius aſſignauerat eorundem bonorum dominium intelligitur loqui de vſufructu cauſali, & num.6.

7 Dictio, vt ſupra, refertur ad Contenta in principali diſpoſitione.

8 Aſſignatio in patrimonium, & pro patrimonio quid importet, & num.9.

10 Pactum reuerſiuum ad fauorem patris non obſtat donationi filijs inter viuos factæ, num.11.

12 Acceptatio donatarij quando non requiratur ad validitatem donationis, & num. 13. 14. 18. 19. & 20.

15 Acceptatio donatarij præſumitur ex lapſu temporis, iuncta obſeruantia, & num.16.

17. Acceptatio heredis ſufficit ad validitatem donationis factæ eius autori, qui non acceptauit.

21 Inſinuatio non requiritur in donatione facta coram Iudice maximè ſtante huiuſmodi obſeruantia Bonon.

22 Statutum Bononiæ acquirens in Inſtrumento rogationem duorum Notariorum nō comprehendit donationes ob cauſam.

23 Dona-

23 *Donatio inter viuos quando ſit ſimplex, aut ob cauſam plures aſſeruntur coniectura, & num.24.25.26.& 27.*

28 *Ad hoc vt dicetur Teſtatorem receſſiſſe à prima diſpoſitione, ſufficit voluntas etiam ex actu nullo apparens.*

29 *Teſtator ſi certum corpus alicui legatum alienauerit, & deindè ante mortem redemerit, vadit ad legatarium.*

30 *Legatum, ſeù fideicommiſſum non cenſetur ademptum per donationem, vel alienationem ex cauſa neceſſaria, fallit, numer.31.& 32.*

DECISIO XI.

Deciſio in hac cauſa emanata die 23. Februarij 1646. corã me viſa fuit Dominis confirmãda; Quia ex verbis, ac toto contextu Inſtrumenti aſſignationis bonorum de quibus agitur factę per q. Alexandrũ de Sanctis eius filijs de anno 1608. 6. Februarij clarè conſtat illã fuiſſe translatiuã pleni dominij, non autem ſimplicis vſus, vel vſusfructus. Ac perpetuam, nõ temporalẽ. Et ob cauſam legitimæ non ſolius peculij, amploq; iuramento roboratam, ideoque bona in ea comprehenſa fuiſſe exempta, à fideicommiſſo per illũ antea ordinato de anno 1603. Soc. *ſen. conſ.* 104. *ſub num.* 10. *verſ quia donando, & ſeq. lib.* 3. & fuit latè probatum in eadem *deciſ. in* §. *neque viſum fuit obſtare fideicommiſſum, & pluribus ſeqq.* Pro cuius cõprobatione fuerunt denuò ponderata verba illa eiuſdẽ In-
ſtrumenti. *Quia voluit dd. bona ſemper,*
1 *& continuè ſtare debere in familia illorũ de Sanctis, &c.* quæ perpetuã ſucceſſionis continuationẽ, abſq; interruptione præſeferunt, *ad l. in cognitione, ff. ad S.C. Sylan. l. ſemper, ff. quod vi aut clam. l. Gaio,* §. *Imperator, ff. de aliment. & cib. legat.* Iacob. Aemil. *conſ.* 59. *num.* 7. *verſic. hoc enim importat illud uerbum,* Decian. *conſ.* 1. *nu.* 258. *verſ. pondero, & ſeq. lib.* 1. Rim. Iun. *conſ.* 482. *nu.* 33. *uerſic. quibus uerbis,* Menoch. *conſ.* 328. *nu.* 96. *verſ. illa dictio (ſemper)* Surd. *conſ.* 281. *ſub n.* 18. *verſ. Ea enim dictio, & ſeq.* Rot. *deciſ.* 121. *n.* 4. *verſ. tum quia, par.* 2. *& deciſ.* 491. *num.* 6. *verſ. maximè, par.* 4. *diuerſ. & in recent. deciſ.* 193. *ſub n.* 5. *verſ. Quę roborantur, & ſub nu.* 7. *in fin. verſ. Pracipue par.* 1. *ac dec.* 231. *ſub n.* 4 *verſ. Tandem, par.* 2. *& dec.* 93. *num.* 23. *uerſ. Et probat etiam, ac ſeq. par.* 5. *& penes bon. mem.* Buratt. *dec.* 673. *num.* 3. *uerſic. Per illam dictionem, &c.*

Comprehenduntque omnes de familia præfati Alexandri, tam deſcendentes, quàm agnatos ad *l. cum ita,* §. *fidei-*
2 *cõmiſſo, et l. pen.* § *fratre, ff. de leg.* 2. *et fuit reſolutũ in Romana fideicõmiſſi de Caietan.* 7. *Iunij* 1634. *coram eodem in recent. dec.* 284. *à n.* 1. *uerſic. unde inficiari nõ poteſt, et ſeq. par.* 6. *et Bonon. fideicõmiſſi de Pancaldis* 16. *Februarij.* 1640. *coram Eminentiſſ. D. meo Card. Panzirolo confirmata* 10. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Quod etiam ex eo conuincitur, quia idem Alexander iureiurando aſſeruit, & declarauit in eo Inſtrumento ſe feciſſe d. aſſignationem vigore, & in executione Priuilegij per ipſum obtenti à DD. Comitibus de Corrigio, in quorũ Territorio dd. bona ſita erant. Et priuilegio autem exhibito conſtat illi fuiſſe conceſſum, quod in caſu nõ exiſtentiæ filiorum poſſet in omnibus, vel in parte dd. bonorum inſtituere Sigiſmundũ de Sanctis eius patruelẽ, vel eius filios, ſiuè vnum, vel plures filios Margheritæ ſororis nuptæ Pompeo de Nigris Bononienſi. Cum igitur ad effectum aſſignandi, ac transferẽdi ea bona quocunque titulo in proprios filios non eſſet neceſſaria licentia, ſeu priuilegium huiuſmodi, vt probant, Cephal. *conſ.* 13. *à nu.* 40. *uerſic. quemadmodum ac ſeq. et conſ.* 161. *à n.* 16. *uerſic. Et quia cũ ſeqq.* Rimin. Iun. *conſ.* 15. *n* 3. *uerſ. Quibus tamen minimè refragãtibus, et ſeq. et conſ.* 256. *à n.* 34. *uerſ. tamen.* Eoque minus cum illi iam fuiſſent creati ciues dicti loci ad præces Hieronymi eorum aui, vt legitur in antecedenti priuilegio in eodẽ regiſtrato. Sed quidẽ requireretur ad effectũ de eis perpetuo diſponendi

etiam ad fauorem agnatorum pro quibus fuerat nominatim petita, & facta d. conceſſio. Ideò hinc ſanè dignoſcitur illum voluiſſe de eis pleno iure, ac in perpetuũ diſponere, non ſolũ in eius filios, ac deſcendentes, ſed illis non extantibus in alios de familia de Sanctis cõtentiuè, iuxta tenorẽ facultatis ab eo impetratæ, ac in ipſo actu adhibitæ à qua eius diſpoſitio congruam recipit declarationem, atq; interpretationem,
4 Caſtr. *conſ.64. licet plura quærantur ſub uerſ. debet ergo diſpoſitio*, *lib.2.* Crau. *conſ.135.n.13.uerſ. ſed ipſa Inueſtitura*, *& ſeqq.* Simon. de Pręt. *de interpr. ult. uolunt. fol. mihi 95.n.38. uerſ. quãdo vero diſpoſitio Teſtatoris*, *& ſeq.* Rimin. Iun. *conſ. 774. à num. 45. uerſ. actus enim & ſeq.* Surd. *conſ.202.num.35. uerſ. Et dicit* Alex. *& conſ. 460. num.20. uerſ. ergo electio ſequuta*, *Rota in recent. deciſ. 325. num.4. uerſ. cum in dubio*, *& ſeq. par 4. tom.2. ac deciſ.197. num.25. uerſ. et generaliter*, *par.5. recent. & penes Reuerendiſſimum* Vrgellen. *deciſ. 285. num. 48. uerſ. Quod actus ſecundus*.

Nec obſtat, quod in eodẽ Inſtrumento facta fuerit pluries mentio vſusfructus dictorum bonorum de quo verba ſequentia, cum dictionibus relatiuis (vt ſupra) intelligi debeant.

Quia cum principalis aſſignatio, ac diſpoſitio concepta, & facta legatur de ipſis corporibus, ex cauſa, ac verbis do-
5 minij tranſlatiui ibi, *dedit, & aſſignauit in patrimoniũ*, *& pro patrimonio*, *ac patrimonij nomine*, *&c. omnia, & quacumque eius bona poſita in Territorio Ciuitatis Carrigi, uidelicet unã poſſeſſionem, etc.* & ibi, *Prohibens, et expreſsè uetans dd. bona, ſic ut ſupra in patrimoniũ aſſignata uẽdi, et alienari poſſe ullo unquã tẽpore, quacũque cauſa, et occaſione, quia uoluit dd. bona ſẽper, et continuè ſtare debere in familia de Sãctis, etc.* Ideò quoties deinde facta fuit mentio de vſufructu relatiuè ad ipſo filios intelligi debet de vſufru-
6 ctu cauſali, qui ſpectat ad Dominum, *l. qui vſumfructum ibiq; no. DD. ff. de uerb. oblig. l. ſpecies, ff. de aur. et arg. leg. gloſſ. in l.3 in uerb. reuerti, ff. de uſufruct. et declarat* Bart. *in l. donationes, §. ſpecies ſub nu.1. ubi* Imol. *ſub nu.3. uerſ. nam ex quo, et in fin. uerſ. Sed quod dixi*, *ff. de donat. et reſpondit* Cephal. *conſ.399. à nu. 29. uerſ. Sed intelligitur, et num.45. uerſ. Neque reſiſtit tertium*, Eugen. *conſ.25. n. 12. uerſ. nõ obſtat quod teſtator, et ſeq.* Peregr. *conſ.62.n.21. uerſ. Nec obſtat, lib.2. Rot. deciſ.460. n.2. uerſ. non obſtat, quod ſit uſufructuaria, par.4. diuerſ.* Prout etiã dictiones illæ (vt ſupra) non referuntur ad vſumfructum, ſed ab ipſa corpora bonorũ principaliter in diſpoſitione
7 comprehenſa, vt legitur ibi, *licitum ſit d. Alexandro, etc. uſumfructum dd. bonorũ ſic, ut ſupra in patrimonium aſſignatorum, etc. conuertere in eius proprios uſus, etc.* & ibi, *quod debeat inter eos diuidi uſufructus dd. bonorũ, ſic ut ſupra in patrimoniũ aſſignatorũ, etc.* & ſic deinceps in alijs partibus relatio facta fuerit ad eadẽ bona, non autem ad vſumfructũ; Ideò meritò nõ poteſt ad illum diſpoſitionem reſtringere, vt probat *tex. in d. l. ſpecies*, in illis verbis, *quarum rerum uſufructus, dum uiues tibi ſufficiet, etc.* iuncto principio, *ff. de aur. et arg. leg. Rot. d. deciſ.121. num.6. uerſ. ſi quidem reſponſũ fuit, et ſeq. par.2. diuerſ. et penes* Burat. *deciſ.45. nu.1. uerſ. adeout, ac ſeq.* Honded. *conſ.62. nu.10. uerſ. primò quia lib.2.* Pereg. *conſ.62. num.21. uerſ. nec obſtat, lib.2. et alij*.

Minus obſtant verba illa, *in patrimonium, etc pro patrimonio, ac patrimonij nomine, etc.* quæ de peculio intelligẽda dicũtur per informãtes pro Monialibus.

Quia cum ex tota ſerie d. Inſtrumenti euidenter appareat aſſignationem, ac diſpoſitionem illam prorſus differre à conſtitutione peculij, nullaq; illi iuſta ratione cõgruere poſſe, vt plenè probat deciſ. præcedens. Veriùs ſanè, ac congruus intelligi debent de aſſignatione ex cauſa legitimæ, quæ dicitur proprium filij patrimonium, ſiue defuncto patre, ſiue ab ipſo viuente (vt poteſt ſecundum receptiorem DD. ſententiam, *arg. l. cum quo de peculio, §. fin. ff. ad l. falcid.* Bald. *in l.2. ſub numer.2. verſ. Quæro quid de legitima, C. de reuoc. his*,

qua in

Digitized by Google

quę in fraud. cred. Craſſ. in §. legitima,
quęſt. 12. num.8. verſ. Poriò. Rot. deciſ.
623. ſub num.4. verſ. Tamen, par.4. re-
cen.) valide aſſignetur, Rot. penes bon.
mem. Comitul. deciſ.64. nu.11. verſ. Nec
dicatur, Card. Serap. deciſ.451. num.7.
verſ. cum legitima. Nec enim ad hunc
9 effectum vis eſt pręcipua in formalitate
verborum, ſed in voluntate patris, qui-
buſcunq; verbis expoſita, imò, & pręſu-
pta, ità vt ſi nulla alia expreſſa cauſa ſim-
pliciter bona traderit filio ad legitimã
ſint referenda. arg. d.l. cum quo de pecu-
lio, §. fin. ibique gloſſ. penult. verſ. Et hac
mente, ff. ad l. falcid. et Bart. ſub num.1.
verſ. ſolutio, ac in l.1. §. ſi parene, ſub n.1.
verſ. Quaro dicitur hic, ff. ſi à parent. quis
fuerit manumiſſ. Alex. in conſ.142. circa
primã dubitationẽ, n.22. verſ. unde princi-
paliter moueor, lib.2. Rip. in l. in quartã,
ſub n.36. verſ. Sed dubium ſtat, et nu.38.
verſ fallit in datis in vita, et n.145. verſ.
tertio intellige, ac ſeq. ff. ad l falcid. Craſſ.
in §. legitima, quęſt 22. n.13. verſ. itẽ ſcias,
et ſeq. Bec. conſ.29. per tot. Peregr. de
fideicomm. art.3. ſub num.35. verſ. Idem
eſt, & art.36. ſub nu.125. verſic. intellige,
et alij in pracedenti deciſione allegati in
§. Nec obſtat quod filius non imputet.
Neque alia ſequentia quibus Alexã-
der declarauit ſe deficiẽtibus omnibus
eius filijs, tam natis, quam naſcituris
velle eſſe Dominum, & patronum bo-
norum aſſignatorum, ac ſi d. aſſignatio
11 facta non eſſet. Si quidẽ declaratio, ac
reſeruatio illa reſpiciebat caſum, quo
filij omnes patri prædeceſſiſſent, vt iuri
congruum erat illis autem ſuperſtiti-
bus prorſus euanuit, & bona pro rata
legitimæ penes eos libera remanſerunt;
pro reſiduo autem ſubiecta prohibitio-
ni, ac fideicommiſſo ibi ordinato, iuxt.
text. in l. ſcimus, §. cum autem, & ſeq.
C. de inoſ. teſtam. Gabr. conſ.116. ſub n.
30. verſ. Nam propria natura dotis lib.1.
Rota penes Card. Seraph. deciſ.815. n.4.
verſ. Quantum vero ad argumentum, &
Comitul. deciſ. 55. num.10. verſ. Quia
cum exploratiſſimum ſit, & in recent de-
ciſ.381. num.4. verſ. Minus obſtaret, par.
2. et latiùs explicat deciſio pracedens in
§. Neque repugnat prohibitio ſequens,
etc. in qua cętera quoque argumenta
contraria fuerunt ſatis diluta, ideo-
que non expedit eadem modo repe-
tere.
Præterea nõ aduerſantur obiectæ im-
12 perfectiones, ac nullitates eiuſdem aſſi-
gnationis. Nã illa ex eo deducta, quod
facta fuerit filijs abſentibus, ac etiã na-
ſcituris, neque probetur ab eis accepta-
ta, vt neceſſarium erat cum illis poſſet
eſſe damnoſa. Tollitur primo ex le-
ctura Inſtrumẽti ex quo conſtat de vo-
luntate patris volentis illã ex tunc ple-
num conſequi effectũ perindè ac ſi fuiſ-
ſet celebratum publicũ donationis in-
ter viuos Inſtrumẽtum ſuis debitis ſo-
lemnitatibus firmatum, ac roboratum,
Notario pro filijs ſtipulante, cùm clau-
ſula præcarij, iuxta formam prouiſionũ
d. Ciuitatis Bonon. in quibus legitur
amplis verbis extenſa, cum altera con-
ſtituti, tom.2. lib.7. fol. mihi 22. ſub Rub.
Pactum præcarij, & ſeq. quibus concur-
rentibus non erat neceſſaria illorum
acceptatio pro eius validitate, ac firmi-
tate, l. abſenti in fin. verſ. Niſi ea mente,
ibiq; gloſſ. fin. iuncta l. qui mihi donatum,
ff. de donat. l. nõ aliter, ibique gloſſ in verb.
ſeruo publico, ff. de adopt. l.1. §. exigere an-
tẽ cautionẽ, ff. de magiſt. Conu. l.2. ubi gloſ.
in verb. publicẽ, ff. Repub. ſalu. for. Bart. in
l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipul; ſub nu.3. verſ.
Tertiò fallit, ff. de verb. oblig. Corn. conſ.
2. n.3. verſic. Prat ereà, lib.4. Ruin. cõſ.119.
n.7. verſ. ſecundò principaliter, et ſeq. lib.
1. Car. in §. donatio, quęſt.13. nu.1. verſ.
Primò ergo caſu, Surd. deciſ.121. ſub nu.
4. verſ. declarauit tamen Senatus, et ſeqq.
per tot. Rot. dec.489. num.1. verſ. quia
non procedit, et deciſ.683. nu.4. verſ. ſed
quarta, par.2. diuerſ. et in rec. dec.142. ſub
n.5. verſic. non obſtat, quod hac, donatio,
et ſeq. par.4. et dec.270. num.1. verſic. do-
natio enim prędicta, et ſeq. et dec.308.
num.10. verſic. in qua opinione, par.5. cum
alijs relatis in antecedenti deciſione, in
§. Neque abſentia filiorum. Quæ conclu-
ſio fortiùs procedit in propoſito caſu
13 fauore filiorum infantium, ac etiã po-
ſteà natorum, quibus ex ſola Notarij

ſtipulatione concurrentibus huiuſmo-
di clauſulis dominium etiam acquiri
ſentiunt, Bald. *in l. ſi quis in emancipa-
tum ſub nu.2. verſ. tamen ſi publica per-
ſona, C. de donat.* Alciat. *conſ.14. nu.24.
verſic. Et primo, quod notat* Bald. *&c. lib.*
8. Gabr. *conſ.177. num.42. verſic: Quia
Notarij acceptatio, lib.2.* Surd. *deciſ.322.
ſub num.3. verſ. Et de dum pater, & latè
loquens de vtrinſque.* Menoch. *conſ.113.
ſub num.10. verſ. Præterea, & ſeq. Rota
dicta deciſ. 683. ſub num.6. verſ. prima
eſt, par.1. diuerſ. penes* Card. Seraph. *de-
ciſ.472. num.7. verſ. ſed ad tollendam
omnem diſputationem, & dict. deciſ.270.
ſub num.1. & ſeq. par.5. recent.* Et ceſſat
14 omnis difficultas ſtante diſpoſitione
Statuti eiuſdem Ciuitatis Bononiæ,
lib.3. ſub Rubr. *de Ceſſion. contr. Com.
Bonon. non faciend.* Et quod quis poſſit
alteri ſtipulari, *in §. Item ſtatuimus tom.
1. fol. mihi 116. vbi* Monterent. *in Com-
tar. in verb. ceſſione, &c. & in verb. &
tam vtilis, verſ. Quicquid ſit de iure
communi. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ.77.
num. 39. verſic. Vlterius fuit dictum,*
Giouagnon. *conſ.83. numer.22. verſ.
Quandoquidem Notarius lib.1.*
Deinde non deficit acceptatio non ſo-
lum ex eo reſultans, quod idem, filij
qui cum patre commorantes eiuſmodi
aſſignationis ad eorum fauorem, ac be-
15 neficium factę notitiam à communi-
ter accidentibus habuiſſe præſumitur,
nec eo viuente, nec poſt eius mortem
plures annos, quibus vixerunt illam
vnquam impugnarunt, neq; conqueſti
fuerunt, nec reclamarunt, ſed bona
prædicta ſemper poſſederunt, ac de il-
lis tandem Raymundus vltimus eorū
defunctus teſtamento ſuo ſpecialiter
diſpoſuit ad fauorem Antonij Vellani,
à quo Nigri cauſam habent, quod non
niſi vigore d. aſſignationis ratione le-
gitimæ ipſi licebat, cum alias attento
teſtamento paterno ſpeciali fideicom-
miſſo ad fauorem Monialium eſſent
obnoxia ex quo (extantibus alijs libe-
ris) illa detrahi nō poterat, Caſtr. *conſ.
247. in cauſa qua vertitur* Saonę, *ſub nu.
4. verſ. ſed quando lib.1.* Peregr. *de fideic.
art.4. ſub num.34. verſ. Tertio quia, Rot.
deciſ. 113. numer.4. verſ. quantum ad
quartā par.2. diuerſ. & in rec. deciſ.185.
numer.14. verſ. legitima vero, par. 5. &
penes Reuerendiſſimum* Vrgellen. *deciſ.
39. numer.4. verſ. ſecundo opponibatur,
ac in alijs relatis in Rauennaten. bonorum
Februarij 1647. coram me, in §. quia cum
16 fideicommiſſum de quo agitur, verſ. Ideò
non poteſt.* Ideòque merito ſufficiens
infertur indè acceptatio, & approba-
tio, *ad l. Paulus, ff. rem rat. haber. l. ſi
anta, C. de iur. deliber.* Crau. *conſ. 261.
ſub numer.3. verſ. Ideò diſponens, & ſub
numer.4. verſ. ideò iſta bona, Rota penes*
Puth. *dec.212. lib.3. & benè probat* Surd.
dicta deciſ.111. num.6. verſ. Nec obſtat.
Menoch. *conſ.1. num.490. verſ. ſic in eo,
& conſ.7. num.24. verſic. non obſtat id,
& ſeq. Rota deciſ.219. num.10. verſic. Ex
qua bonorum diſpoſitione, par.5. recent.*
Modern. Roman. *diſcept.594. num.18.
verſ. quæ omnia, ac ſeq.*

Ac demum ſi quę ſuperfuiſſet dubita-
tio, fuit prorſus ſublata ex declaratio-
ne hæredis, qui illam acceptauit, eaq;
vſus fuit, idque iure facere potuit, ſicut
17 poterat defunctus quando non fuit re-
uocata, nec reuocari potuit ſtante No-
tàrij ſtipulatione, vt probat Corn. *d.
conſ.2. ſub num.1. verſ. Nam ad hoc re-
ſpondetur, lib.4.* Clar. *in §. Donatio di-
cta quæſt.13. num.4. verſ. Tertius eſt ca-
ſus,* Surd. *dicta deciſ.111. num.10. verſ.
præterea etiam poſt mortem, &c. & Rot.
penes* Card. Seraph. *deciſ.801. numer 4.
verſ. Nam primum obiectum, ac in recent.
d. deciſ.342. num.7. verſ. & quod poſſit
fieri ratificatio, par. 4. & d. deciſ.217.
num.12. verſic. qua ſemper par.5.*

Ex quibus refellitur obiecta damni, ac
præiudicij animaduerſio. Tum quia
actus ille attentè conſideratus ſuapte
natura erat ipſis filijs merè vtilis, ac fa-
uorabilis, quippè qui ex patris muni-
18 ficentia conſequebantur eo viuente le-
gitimam, quæ alias ex legis diſpoſitio-
ne poſt eius mortem debita erat, *l.1.
§. ſi impuberi, ff. de collat. bon. l. cum quæ-
ritur, C. de inoffic. teſtam.* Omniſque eo
tempore adueniente ipſo iure ceſſabat
pro

Digitized by Google

pro eius rata conditio, onus, atque grauamen, *l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus, §. cum autem, C. eod.* Card. Seraph. *dicta deciſ. 815. num. 4. verſ. Quantum verò, & num. ſeq. & deciſ. 259. ſub num. 4. verſ. quoad legitimam par. 2. recent.* Et ſi quid defuiſſet ad integram eius portionem (quod non verificatur in facto) iure potuiſſent petere ſupplemētum, quod nec tacitè, nec expreſsè 15 fuerat in eo inſtrumento remiſſum, neque prohibitum, *l. ſi quando, §. illud etiam, & ſeq. ibi;* Bart. & Bald. *ſub num. 1.* ac Salyc. *C. de inoffic. teſtament.* Valq. *de ſucceſſion. par. 1. lib. 2. §. 20. ſub num. 291. verſ. ſecundus,* Craſſ. *in d. §. legitima, quæſt. 13.* Ac in omnem caſum licèt ratione damni, & præiudicij potuiſſent eam impugnare, cum tamē id nunquam fecerint, quin potius (vt dictum eſt) approbauerint, non poteſt ea ratione in dubiū reuocari illius validitas, vt bene reſpondet Surd. *dicta deciſ. 111. ſub dicto num. 6. verſ. Nec obſtat, quod non acquiratur inuito, ac ſeqq.* Hincque infertur non applicari *deciſionem 27. par. 7. recent. cum alijs oppoſitis.* Nam procedunt in illis actibus, qui ob pacta, & obligationes reciprocas mixtam præſeferunt beneficij, ac præ 2 iudicij, vtilitatiſque, ac damni cauſam, vt legitur *in dicta deciſ. 27. ſub numer. 1. & ſeq. & ſub numer. 14. verſ. Imò cum ipſemet Pater, ac ſeq. & ſub numer. 22. verſ. quod ſi donatio par. 7. & prius in ead. cauſa deciſ. 274. ſub num. 4. verſ. neque ad id, & ſeq. par. 6.* Præter quod in eo caſu non ſolum ob nō acceptationem, verum etiam ob non implementum oneris in ea adiecti, fuerat etiā ex ſpeciali illius lege reddita inefficax, vt legitur in *d. deciſ. 274. ſub num. 5. verſ. ultra quod, par. 6. & dicta deciſ. 27. ſub nu. 14. verſ. imo cum ipſmet Pater, par. 7.* quæ omnia deficiunt in hoc caſu, in quo filiorum acceptatio, vt dictum eſt, non erat neceſſaria, & ſi talis fuiſſet, ſatis ex prædictis reſultat, ſicque vndecunque corruit obiectio.

Altera verò nullitas ob defectum inſinuationis eliditur pariter (cæteris prætermiſſis reſponſionibus) ex eodem Inſtrumento, in quo interuenit Iudicis præſentia, atque Decretum, & teſtiū numerus iuxta formam præſcriptam à Statut. d. Ciuit. Bonon. (in qua fuit celebratum d. Inſtrumentum) in donationibus excedentibus valorem librarum centum, *lib. 3. ſub* Rubr. *de donat. fol. mihi 98. & ſeqq. tom. 1.* quo pacto ex abundanti fuit ſatisfactum huiuſmodi 21 ſolemnitati. Tam attento iure communi, *iuxt. l. Donatio ſiue directa in fin. & l. data (alias) lata, vbi not.* Bart. *in fin. & l. in hac, & l. in donationibus, C. de donat.* Alex. *conſ. 15. viſo Inſtrumento donationis, num. 2. verſ. nam inſinuatio, lib. 2.* Gabr. *com. con. l. lib. 3. tit. de donat. concl. 1. num. 46. verſ. vndecimo limita, & ſeq.* Quam municipali, ac conſuetudinario dictæ Ciuitatis, ex cuius diſpoſitione non requiritur in eiuſmodi Inſtrumentis à maiore celebratis Iudicis præſentia ob aliā cauſam, vel ſolemnitatem quam inſinuationis, itā vt vtraque adhiberi, ac multiplicari debeat; ſed ipſa praſcribitur inſinuationis forma vnico contextu in eodem donationis Inſtrumento ſeruanda, vt benè declarant, Ioan. Andr. *in addit. ad ſpecul. lib. 2. tit. de Inſtr. edit. §. Porro 14. col. 6. in verb. ſubſcribat, verſ. Sed alij, &c.* atteſtans itā in dicta Ciuitate eius Patria obſeruari, & Monterent. *in Comentar. ad dict. Statut. in verb. In præſentia, & in uerbo Iudicibus,* Cæſ. Barz. *deciſ. Bonon. 25. ſub num. 53. verſ. At Statutum noſtrum, & ſeqq.* & fuit comprobatum in antecedenti deciſione in §. Non obſtant demùm obiecti defectus.

Poſt rema demum inde deducta, quia non fuerunt de illo Inſtrumento duo Tabelliones rogati iuxtà formam eiuſdem Statuti plenè euitatur etiam ex littera eiuſdem; Quia licet Pater voluere aſſignationem prædictam plenum conſequi effectum, perindè ac ſi fuiſſet ſuper ea celebratum ſolemne donationis 22 Inſtrumentum, illa tamen nō fuit propria ac mera donatio, ſed verius ob cauſam legitimæ, cuius neceſſariæ ſolutionis

lutionis tempus pater eo pacto voluit
præuenire, ſimulq; filijs prouidere, ac
propriam hæreditatem ab onere illius
detractionis eximere, *iuxt. d. l. cum quo
de peculio, §. fin. ff. ad l. falcid.* Bald. *in
d. l. numer. 2. verſ. quæro quid de l. git. C.
de reuocand. his quæ in fraud. cred.* Et cũ
reſeruatione vſusfructus, ſiuè illius cõ-
moditatis ipſi patri donanti, donec filij
ad ætatem 25. annorum peruenerint,
& cum pacto plenæ reuerſionis, etiam
quoad dominium ad eundem donantẽ
in caſu, quo omnes eius filij prędece-
derent antequam 25. complerent an-
num (qui ſanè caſus contingere pote-
rat priuſquam vllum ex ipſa donatione
commodum perciperent.) Ac demum
cum onere, & declaratione adiecta ad
fauorem proprię familiæ in qua dd. bo-
na ſemper, & continuè ſtare deberent,
vt dictum eſt, & latiùs probatum in an-
tecedenti *deciſione in §. Neque in hoc
caſu admitti poteſt*; Quæ omnia tran-
ſcendunt propriam, ac ſimplicem purę
donationis naturam, illamque reddũt
23 impropriam, *l. 1. in princip.* ibi, *Dat
aliquis ea mente, ut ſtatim uelit accipiẽ-
tis fieri, nec ullo caſu ad ſe reuerti, &
propter nullam aliam cauſam facit, quàm
ut liberalitatem, & munificentiam exer-
ceat. Hęc propriè donatio appellatur. Dat
aliquis, ut tunc demum, &c. Item cum
quis ea mente dat, ut ſtatim quidem fa-
ciat accipientis, ſi tamen aliquid factum
fuerit, aut non fuerit uelit ad ſe reuerti,
ea non proprie dicitur donatio, &c. ibiq.
gloſſ. in uerb. & reuerti, & in uerb. libe-
ralitatem in fin. verſ. quandoq; tamen, et*
Bart. *ſub num. 4. verſ. uenio ad tertiam,
ff. de donat.* Bald. *in l. illud ſub num. 12.
uerſ. Tertio quæri, C. de Sacroſ. Eccl.* di-
cens, quod pater aſſignans filio legiti-
mam dicitur potius ſoluere naturale
debitum, & cum eo diuidere, quam
24 donare, Ruin. *conſ. 126. ſub numer. 19.
uerſ. non obſtant poſtremo, lib. 3.* vbi pon-
derans verba *tex. mox relata, probat*,
quod donatio facta cum pacto reuer-
ſiuo ad donantem, caſu quo donatarius
decedat ſinè filijs, non eſt ſimplex, &
propria donatio, idemquè firmauit,
*Rot. in deciſ. 241. ſub num. 26. verſ. non
obſtat. p. 7. rec.* Ideoq; non comprehen-
ditur ſub diſpoſitione dicti Statuti,
quod intelligitur de donatione pro-
pria, & irreuocabili, *iuxt. gloſſ. in d. l.
Attilius (aliàs) Aquilius, in uerb. non
meram, ibiq;* Bart. *ſub num. 3. uerſ. quæro
an egeat inſinuatione, ff. de donat. & in
ſpecie concludit* Ruin. *d. conſ. 126. ſub
d. num. 19. lib. 3.* Natt. *conſ. 609. num. 19.
uerſ. 4. et numer. 20. ac inſ.* Surd. *deciſ.
214. num. 16. et ſeq. Rot. penes* Buratt. *de-
ciſ. 274. num. 14. uerſ. nec illud, et* Coc-
cin. *deciſ. 240. num. 2. uerſ. et in hoc caſu,
et in Camerin. bonorum 17. Febr. 1623.
cor. b. m. Remb. in §. Nihilominus, uerſ. et
fuit d. ib Roman. Viridar. etc. ac in alijs
relatis in deciſ. 192. nu. 7. uerſ. quia ubi,
deciſ. 318. num. 4. uerſ. hoc idem p. 6. et in
his terminis fuit reſponſum in d. deciſ.
241. num. 26. ac ſeq. p. 7. rec.*

Hincq. eliditur obiectio, quod d. aſſi-
gnatio reſpiciat ſolum cõmodum do-
natariorum; Nam illius cauſa reſpicit
25 etetiam commodum ipſius donantis,
dum proprium ſoluit debitum, ac ab
eo onere eius hæreditatem exemit, ea-
demque bona in propria familia con-
ſeruari diſpoſuit. Onera verò reuerſio-
nis, ac fideicõmiſſi in ea appoſita, eiuſ-
dem quoque ac aliorum de familia fa-
uorem, ac beneficium reſpectiuè con-
cernunt, & donationem reddunt im-
propriam, vt ſupra dictum eſt, & re-
ſpondit Natta *d. conſ. 609. num. 36. uerſ.
ex his igitur, et prius à num. 32. uerſ. ac-
cedit etiam prædictis, et firmauit Rota in
d. deciſ. coram* Remboldo *ac in alijs
præallegatis*.

Vnde meritò hæc quoque obiectio
reijcitur ex eodem Statuto diſponen-
26 te, non ſolùm in quibuſdam donatio-
num ſpeciebus ibi enumeratis, ſed ge-
neraliter in omnibus donationibus im-
proprijs, vt in eo legitur ibi, *Et hoc lo-
cum non habeat in donationibus, etc. uel
in his quæ non proprie donationes dicun-
tur, etc.* vbi latè explicat. Monterent.
*in Comentar. in uerb. non proprie, uerſ. et
donatio proprie eſt illa ac inſ. et in his ter-
minis* Giat. *conſ. 7. n. 26. uerſ. Reſpondeo*

in caſu

in caſu noſtro lib. 2. *et* Barz. *d. deciſ.* 25. *ſub num.* 33. *verſ. et quoad pretenſam nullitatem, in fin. verſ. In donationibus improprijs:* Neq; repugnat tradita per Giouag. *d. conſ.* 83. *numer.* 36. *ac ſeq. et num.* 37. *cum ſeq. lib.* 1. quia in illa donatione non concurrebant tot qualitates, ac circumſtantiæ, quæ redderent illam impropriam, vt in propoſito
27 caſu, ideoq; ille non ponderauit verba prædicta (vt fecit Grat. & Barz.) quæ omnem remouent difficultatem.

Et demum quatenùs inſtrumentum prædictum aliquo nullitatis vitio infectum eſſet, quod tamen ex hactenus dictis prorſus eliditur; Adhuc tamen ex illo ſatis probatur voluntas Alexandri recedendi à contraria diſpoſitione per eum factâ in teſtamento anteà condito de anno 1603. 12. Nouemb. in quo ſuper eiſdem bonis inſtituit particulare fideicommiſſum ad fauorem dd. Monialium, quod certè nullo pacto
28 erat compatibile cum aſſignatione legitimæ, ac in eo quod ſupereſt cum fideicommiſſo ordinato pro illis de familia de Sanctis, (vt dictum eſt) ſufficit. n. adhunc effectum voluntas etiam ex actu nullo apparens, *l. leg.* §. *pater, ubi* Bart. *et DD. ff. de Adim. legat. et probat. ex l. cum D.* §. *filiusfam. ff. de pecul leg. Albe. in l. Rem legatam in pr. ff. de Adim legat.* Soc. *d. conſ.* 104. *num.* 11. *verſ. nam et donatio, lib.* 3. Gab. *conſ.* 103. *num.* 10. *verſ. quod verò alienat. nulla, lib.* 1. Did. *in rub. de teſt p.* 2. *sub num.* 21. *verſ. Tert. principal. et p.* 3. *sub num.* 19. *verſ. nam l. g. Mant. de coniec. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 2. *verſ. et hęc quidem, et num.* 3. *verſ.* 2. *etiam expenditur,* Menoch. *Pręſ.* 167. *num.* 11. *verſ. extenditur tert. ac ſeq. lib.* 4. Iac. Canc. *var. reſ. p.* 3. *cap.* 20. *de l. g. à numer.* 261. *verſ. quod, et ſeq. ac alij.* Quod procedit etiamſi præcedens
29 legatum factum fuerit pio loco, vel pię cauſę, nihil enim in hac materia ad eorum fauorem ſpecialiter ſtatutum legitur, niſi quando res per Teſtatorem alienata, fuiſſet deindè ab eodem redempta, ac ad eius hæreditatem tempore aditionis reuerſa, *arg. tex. in l. manum eſt, ff. de manum. teſt.* Soc. Iun. *conſil.* 162. *num.* 1. *verſ. & certè, ac ſeq. & ſub nu.* 33. *verſ. nec prædictis obſtant, lib.* 2. *& late probat* Natt. *conſ.* 613. *per tot. &* Mant. *d. tit.* 6. *num.* 5. *verſ. quarto extenditur, quos ſequitur* Surd. *de alim. tit.* 8. *priu.* 11. *à num.* 1. *& ſeq ac alij.*

Nec obſtat quod per donationem, vel alienationē ex cauſa neceſſaria factam cenſeri non poſſit ademptum legatum, ſeu fideicommiſſum prædictũ,
30 ſed ſolùm ex pura, & voluntaria, *vt not.* Bart. *in d. l. rem legatam, sub num.* 3. *verſ. quandoque donationem præcedit neceſſitas, ff de Adim. legat.* niſi tamen conſtet de voluntate diſponentis, eo. quoque caſu adimere volentis, *iux. l. fideicommiſſa,* §. *ſi rem, ff. de leg.* 3.

Quoniam obiecta concluſio intelligitur de alienatione, vel donatione facta ex cauſa merè neceſſaria, quæ non poteſt ſaltem honeſtè euitari, ita quod
33 ex coacta potius, quam libera voluntate proceſſerit, de qua loquitur Bart. *& l. per eum adductæ diſponunt, & clarius tex. in l. ſcribit,* §. *Item ſcribit verſ. verùm ſciendum eſt, ff. de aur. & arg. legat. & explic. poſt gloſ. in d. l. fideic.* §. *ſi rem in verb, neceſſitate, &c. & latiùs* Gabr. *d. conſ.* 103. *ſub nu.* 4. *verſ. tamen his non obſtant. & ſeq. lib.* 1. Mant. *de coniect. lib.* 12. *tit.* 5. *ſub num.* 17. *verſ. ſed ego, &c. & poſt alios* Modern. Roman. *deciſ.* 251. *num.* 66. *verſ. quare neceſſitas.* Ideoq; non applicatur in hoc caſu, in quo nulla tunc Alexandrum vrgebat
32 neceſſitas aſſignãdi ea bona, & ęque poterat (dum vellet) legitimam in alijs bonis in Territorio Bononiæ, vel alibi filijs aſſignare, quare cum hæc voluntariè elegerit id vtiq; feciſſe cenſetur animo recedendi à præcedenti diſpoſitione, & adimendi antecedens legatum, ſiue fideicommiſſum, vt habetur *in d. l. ſcribit,* §. *item ſcribit, verſ. verum ſciendum eſt, ff. de aur. & arg. legat. & in d. l. rem legat. ibiq. not. Scrib. ff. de Adim. legat. & probant DD. pręc.*

Atque ita fuit reſolutum vtraque parte informante, &c.

R.P.D.

R. P. D. MELTIO

Montis Politiani Bonorum.

Mercurii 1. Iulii 1648.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium motum pro aſſociatione, probat in preiudicium Actoris, poſſeſſionem reconuenti.*
2 *Manutentio debetur iniuſtè expoliato.*
3 *Manutentio debetur emphiteutæ, donec dubitari poteſt de caducitate.*
4 *Proceſſus contra pupillum, ſine tutore eſt nullus.*
5 *Nullitas reſultans ex proceſſu contra pupillum non citato tutore, iuuat etiam conſortes poſſidentes pro indiuiſo cum pupillo.*
6 *Solutiones Canonum excludunt deuolutionem, & redarguunt ſententiam, ſuper deuolutione de iniuſtitia.*
7 *Obligatio de renouando inſtrumentum de 29. in 29. Annis, quando cauſet nullitatem ob eius defectum.*
8 *Cauſa colorata excuſat, à caducitate.*
9 *Confeſſio ſuper diminutione, & alienatione bonorum facta de conſenſu Domini directi, probat diminutionem Canonis ad excludendam deuolutionem.*
10 *Via exequtiua vulnerata per ſententiã, non poteſt procedi exequtiuè.*

DECISIO XII.

Bona, de quibus agitur, vſque de anno 1598. ſub die decima Aprilis fuerunt ab Epiſcopo Montis Politiani in emphyteuſim cõceſſa quibuſdam de Bruſchis per eius, eorumque filijs, & deſcendentibus maſculis, & per lineam maſculinam in perpetuum, cum pacto tamen renouãdi 29. in 29. annos, vt legitur in Summario Dominici, & Ioannis de Bruſchis *num.* 8. Modernus Epiſcopus ſub prætextu non ſolutionis Canonum, nec petitæ renouationis conuentæ de 29. in 29. annis corã Vicario Aretinò inſtetit pro mandato de aſſociando ad eadẽ bona. Illi autem de Bruſchis docto de ſolutione fuerunt manutenti in eorũdem bonorum poſſeſſione; & ab obſeruatione iudicij abſoluti, reſeruatis iuribus vtrique parti in petitorio *dicto Summario nu.* 1. fuit poſtea per Epiſcopum ſupradictum appellatio interpoſita à dicta ſententia *dicto Summario n.* 2. & aliud iudicium aſſociationis coram ſuo Vicario ad tertiam partem dictorum intentatum, & nõ obſtante quod ijdem de Bruſchis, iterum eamdem ſolutionem Canonum demonſtrauerint, mandatum de aſſociando fuit illi conceſſum, in cuius vim poſſeſſionem dictæ tertiæ partis bonorum accepit. Delata deinde cauſa ad Rotã ſub hac die fuit dubitatum, cui nam eſſet dandum mãdatum de manutenendo, & per Dominos fuit reſponſum ad fauorem illorũ de Bruſchis, quia de eorum anteriori poſſeſſione conſtat ex confeſsione eiuſdem Epiſcopi, dum iudicialiter petijt, & obtinuit contra eos aſſociationem, quæ præſupponit eoſdem de Bruſchis poſſidere. Roland. *conſ.* 32. *num.* 57. *lib.*
1 4. *Rota deciſ.* 402. *num.* 1. 458. *num.* 2. *coram Papa Gregor. XV. Romana Domus* 16. *Februarij* 1632. *coram bonæ memoriæ Pironano*, §. *quia de naturali Neapolitana Sequeſtri*, *ſeu donationis* 18. *Martij* 1643. *coram R.P.D. meo Royas Ariminen. bonorum* 26. *Iunij* 1645. *coram R. P. D. meo Veroſpio*. Tum quia illa etiam probatur de tempore litis motæ, ex qua manutentio numquam poſſidenti denegatur vulgato §. *retinendę Inſtit. de Interdict.* Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 556. *& remed. vltimo numer.* 34. Seraphin. *deciſ.* 116. *nu.* 8. Gregor. xv. *deciſ.* 438. *num.* 2. *& deciſ.* 502. *nu. primo.* Neque ea ijdem de Bruſchis remanſerunt ſpoliati ex mandato obtento per eumdem Epiſcopum, à ſuo Vicario de aſſociando ex cauſa caducitatis, incurſæ ob non ſolutionem Canonum ab il-
2 lis factam. Quia nulliter, & iniuſtè cõtra eos proceſſum fuit, *l. pradia, ff. de acquir. poſſeſſ. Rota deciſ.* 46. *num.* 3. *& deciſ.* 105.

deciſ. 105. num. 22. verſicul. nec eſt vis
facienda coram Papa Gregorio XV. Vrgel-
len. Canonicatus 6. Nouembris 1634. co-
ram bon. memor. Pirouano, & in Calagu-
ritana beneficij de Cornago 3. Iunij 1644.
coram Eminentiſſimo Cardinali Cecchi-
no. Emphyteutæ enim ſemper concedi
debet manutentio, quotieſcumque ca-
ducitas à Domino directo prætenſa nõ
3 eſt adeo clara, vt de ea dubitari non
poſſit. Rota deciſ. 359. numer. quarto, &
quinto part. 5. recentior. Romana Saluia-
ni 8. Februarij 1648. coram R. P. D. meo
Royas, & in Romana Domus eiuſdem an-
ni coram Reuerendiſſimo Domino meo
Decano.

4 Nullitas dicti mandati Vicarij Mon-
tis Politiani manifeſtè probatur, quia
illud relaxatum fuit contra eoſdem de
Bruſchis nullo dato Tutore Dominico
Pupillo, à quo legitimè defendi poſſet
l. penult. Cod. ſi aduerſus rem iudicatam
Rota in Romana Spolij 13. Februarij 1615.
coram Seluclen. in recentior. deciſ. 169.
num ſecundo verſ. Nec exiſtimarunt Do-
mini part. quarta. Callien. bonorum 8.
Aprilis 1647. §. nullitas enim coram me,
vbi referunt aliæ authoritates, quæ ſa-
nè nullitas, vt operetur etiam reſpectu
Ioannis eadem bona cum ipſo poſſidẽ-
5 tis pro indiuiſo, ac vno eodem contex-
tu cum eo conuenti, & condemnati
firmauit Rota in Romana Spolij Domus
decima Martij, & vigeſima Nouembris
1624. coram Manzanedo apud Modern.
Peruſin. de manuten. deciſ. 44. numer. 3.
verſ. non obſtat ſententia, & ſequen. &
deciſ. 192. num. 3. verſic. nullitas autem
& ſeq.

Iniuſtitia etiam dicti mandati Domi-
nis viſa fuit ſatis manifeſta, quia cadu-
citas pro parte Epiſcopi intentata fuit
ex duplici cauſa, nempe non factæ Ca-
nonum ſolutionis, ac non petitæ reno-
uationis de 29. in 29. annos iuxta con-
uenta in dicto Inſtrumento inueſtitu-
ræ, & tamen neutra ſubſiſtit, nam pri-
ma ex facto tollitur, quia conſtat de ſo-
6 lutionibus factis ex partitis relatis in
eodem Summario numero ſexto l. nulla
Cod. de ſolution. l. pro eo, ff. eodem. Surd.
conſ. 82. num. 1. & conſ. 221. numer. 58.
Duran. deciſ. 11. num. 2. & deciſ. 176. nu.
1. Altera verò non habet locum ſtante
conceſſione facta perſonis inueſtitis
non quidem ad certum, ac limitatum
tempus, ſed pro eis eorumque filijs de-
ſcendentibus maſculis, & per lineam
maſculinam in perpetuum, pacto tamẽ
adiecto renouandi de 29. in 29. annos,
nam hoc caſu poſſunt quidem emphy-
7 teutæ cogi ad accipiendam renouatio-
nem. Verum ea non tamen petita non
incurrunt caducitatem, vt benè diſtin-
guendo reſpondit Rota deciſ. 438. num.
tertio verſ. quia fuit reſponſum part. pri-
ma recent. & deciſ. 381. numer. 14. part.
5. Duran. deciſ. 402. numer. 6. verſ. quia
etiam emphyteuſis num. 7. verſ. quando-
quidem. Et in omnem caſum dicti de
Bruſchis remanent excuſati à præten-
ſa caducitate ex cauſa non petitæ reno-
uationis ſtante lite, quæ iam in hoc
Tribunali ſuper eadem caducitate ver-
tebat, vt apparet ex commiſſione re-
ſtitutionis in integrũ obtenta per Au-
thores eorumdem de Bruſchis vſque
de anno 1608. ſub die 17. Octobris,
datur in eorum Summario num. decimo
aduerſus conceſſionem anni 1598. Vn-
de, quatenus huiuſmodi renouationem
petijſſent fuiſſent in maximum eorum
præiudicium, quæ ſanè cauſa tamquam
8 legitima excuſat à caducitate, cum ſuf-
ficiens etiã eſſet quæuis alia cauſa iux-
ta text. in l. igitur §. poteſt ff. de lib. cauſ.
Rota penes Gregor. deciſ. 388. nu. quar-
to verſ. ex quibus fuit concluſum, &c. &
in recentior. deciſ. 261. num. quinto verſ.
& ideo excuſatur par. 1.

Non obſtat quod ſolutiones factę per
illos de Bruſchis cantent tantummo-
do pro ſtarijs 54. frumenti, cum tamen
ex forma Inueſtituræ, & conceſsionis
factæ de dicto anno 1598. deberent eſ-
ſe de ſtarijs 80. Nam cum à dictis de
Bruſchis fuerint factę diuerſæ aliena-
tiones mediante conſenſu Epiſcoporũ
pro tempore huiuſmodi Canones paſsi
9 fuerunt diminutionem, vt apparet ex
propria confeſsione Epiſcopi dicto Sũ-
mario num. 7. qua nulla maior probatio

dari poteſt, *l. cum te la ſeconda Cod. de tranſaction. l. generaliter Cod. de non. nu. pecun.* Gabriel. *de confeſſ. concluſ quarta num. primo. Colonien. Præcedentię 9. Iunij 1627. coram Vbaldo poſt modern.* Perusin. *de manutenend deciſ. 32. num. 3.*

Eoque magis Iniuſtitia mandati prædicti per Vicarium relaxati detegitur, quia dum fratres de Bruſchis iam reportauerant ſententiam abſolutoriam ab Ordinario Aretino aduerſus Epiſcopum ſuper prætenſa ab eo caducitate, nõ amplius licuit dicto Vicario exe-
10 quutiuè procedere per relationẽ mandati de aſſociãdo, nã via exequtiua fuerat iã per ſententiã vulnerata, vnde ordinariè agendũ erat *ad trad per* Bald. *in l. final. n. 53. in fine C. de edict. Diu Andr. tollen. Rota deciſ. 132. n. 1. part. 2. diuerſorum.* Coccin. *deciſ. 78. num primo* cum alijs copioſè cumulatis *in Romana Domus ſeu appartamenti de Capranica 17. Decembris 1635. corã Reuerendiſs. D. meo Decano ſub I. cæterum quia Balſanetti.*

Et ita illis de Bruſchis tantum informantibus fuit reſolutum, &c.

De S. R· R. Auditorio.

Cap. XIX.

Argumentum.

Copia, ſeù tranſumptum extractum ab originali inter alias producto, quando probet inter alias perſonas, ſi producatur.

De validitate pacti nuptialis, quo ad futuram ſucceſſionem, & de eius irreuocabilitate.

SVMMARIVM.

1 *TRanſumptum ſcripturæ producta inter alios extractum ab actuario, probat etiam ad fauorem tertij, cum tertio.*

2 *Præſertim ſtantibus coniecturis, & præſumptionibus.*

3 *Matrimonia ſine Dote, & pactis nuptialibus, fieri non ſolent.*

4 *Nobilitas producentis, adminiculat fidem Copiæ ab originali producto extractæ.*

5 *Solutio Gabellæ confert ad fidem copiæ ab originali extractæ.*

6 *Tenuta obtenta vigore ſcripturę productæ adminiculat copiam ab ea extractam.*

7 *Copia, & ſcriptura informis probat, parte non opponente in termino citationis ad dicendum contra.*

8 *Innocentiana dat Robur Copię extractę ab originali producto.*

9 *Contractus inter viuos, & præſertim donationis, admittunt fideicommiſſa. numer. 15. & 28.*

10 *Promiſsio donandi ſapit donationem.*

11 *Prematura reſtitutio fideicommiſſi ſapit donationem.*

12 *Stipulatio, in qua non exprimitur cauſa refertur ad titulum donationis, numer. 30.*

13 *Præſumitur pro validitate actus.*

14 *Donationes quæ ſiunt contemplatione certi matrimonij dicuntur priuilegiatæ ob publicum bonum, & ſapiunt naturam fideicommiſſi.*

16 *Promiſsio donandi non patitur alterari donationem.*

17 *Amplia multo minus in præiudicium eligentium religioſam uitam. Vide numer. 39.*

19 *Promiſsio vendendi, & locandi, cur non ſapiat locationem, neque venditionem.*

19 *Obligatio ſuorum bonorum poſt mortem ſapit pactum futurę ſucceſſionis.*

Declara vt num. 22.

20 *Amplia etiam in contractu matrimonij.*

21 *Inualiditas pacti de futura ſucceſsione cauſat reuocabilitatem pacti, n. 36. et 4.*

20 *Scriptura vltro citroq; obligatoria requiritur ſubſcriptionem vtriuſque partis. Vide num. 34.*

21 *Agnoſcens legatum, cum onere, nihil amplius petendi ſibi præiudicat. Vide num. 32. & 46.*

22 *Directa obuentio bonorum poſt mortem promiſſo-*

promiſſoris, cauſat pactum futuræ ſucceſſionis. Vide num.23.

24 *Obligatio faciendi fideicommiſſum de omnibus bonis ſuis non comprehendit futura. Vide num.37.*

25 *Particularia bona, quę dicantur ad effectum, vt valeat pactum de futura ſucceſſione.*

26 *Fideicommiſſum quando dicatur particulare, vel vniuerſale.*

27 *Fideicommiſſum excludit directam obuentionem bonorum.*

29 *Promiſſio faciendi fideicommiſſum, an ſit fideicommiſſum.*

31 *Inſinuatio quando requiratur in donatione, cauſa Matrimonij.*

33 *Tranſactio de re Eccleſiæ requirit ſolemnitates.*

35 *Promittens quando poſſit alterari promiſſionem.*

38 *Donatio, quando requirat ſtipulationē, & acceptationem donatarij, ne reuocari poſſit. Vide num.43.*

40 *Reſtitutio in integrū aduerſus agnitionem legati, an detur non reſtitutis acceptis, num.47.*

41 *Pactum de futura ſucceſſione, ſiuè initum, cum eo de cuius hæreditate agitur, ſiuè cum alio, eſt nullum, & inualidum.*

44 *Indefinita, quando in contractibus equipoleant vniuerſalibus.*

45 *Donans quando poſſit in contractu donationis legem ponere.*

Florentina fideicommiſſi de Serguidis.

Per Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Domin.

Tranſumptū apocæ matrimonialis D. Cancellarij, Magiſtratus Illuſtriſſ. plenè probat, cum fuerit extractum per actuarium eiuſdem Magiſtratus, ab Origi-
1 nali coram eo producto. Felin. *in cap. quoniam contra* 88. *numer.* 50. *de prob.* Couar. *pratic. quaſt. cap.*20.*num.*6. *nota deciſ.*351. *num.*6. *p.*2. vbi quod iura regiſtrata in proceſſu quamuis inter alios, probant, etiam contra eum, qui non interuenit in illo iuditio, dum contra illum producantur. Cardinal. Seraph. *deciſ.*1192. *num.*3. *verſ. & eſt notiſſimum, &c.*

2 Secundo quia concurrunt coniecturæ, adminicula, & præſumptiones, quo caſu etiam Copia copiæ, plenam fidem mereri ſolet, Caputaq. *deciſ.*234. *p.*1. Caualer. *deciſ.*79. *num.*2 *in recent. p.*1. *deciſ.*142. *num.*2. Aloys Ricc. *deciſ.*192. *num.*2. *verſ & multo magis p.*1. *mihi fol.* 196. *egregie Rota diu. deciſ.*543. *in princip. p.*4. *mihi fol.* 300. Seraph. *d. deciſ.*1192.

3 Palam eſt enim, quod matrimonia non ſine Dote, & pactis nuptialibus fieri ſolent, Purpurat. *conſ.*461. *num.*10. *verſ. quia confeſſio eſt veroſimilis, &c. lib.*2. Greg *deciſ.*62. *num.*4 ac proinde, cum Dominus Roderigus q. Illuſtriſſ. Senatoris Nicolai Zimenes, qui dictā apocam originalem produxit, ſit vir Auita nobilitate, vndique clarus, hinc bene deſumitur argumentum pro fide copiæ originalis ab eo producti, vt in
4 propoſito ponderauit *Rota coram* Cardinali Puteo *deciſ.*349. *num.*1. *lib.*1. *in correct. fol.*232.

Accedit ſolutio Gabellæ, & Inſtrumentum ab eodem productæ confeſſionis Dotis receptæ, in ſumma ſcutorum decem millium, iuxta formam dictæ apocæ nuptialis, quod ſicut multum confert pro adminiculanda confeſſione dictæ receptionis, ità e conuerſo, multum fouet apocam prædi-
5 ctam matrimonialem, quamuis ſit copia, Greg. *dicta deciſ.*62. *num.* 8. *verſ. quando enim, &c. fol.*54. *Rota in recent. p.*4. *tom.*2. *deciſ.*239. *num.*1. *&* 15.

Tandem vltra alia, quæ adduci poſſent concurrit ſententia, & tenuta per
6 eandem Dominam Mariam Zimenez. obtenta ab Excellentiſs. D. Iudice Quarterij, Sancti Ioannis, ſub die 29. Octobris 1614. vigore dictæ apocæ matrimonialis, quod de perſe, ſicuti vnicuiq. credere poſſet credibilē dictā apocam originalem, ità, & ſufficit ad

ſupplendam fidem Copiæ. Veral. *deciſ. 234. num. 2. & ſeq. p. 2.* Mareſcot. *lib. 1.* Var. *cap. 81. num. 5. cum pluribus ſequen.* D. Ridolphin. *in prax. recent. p. 1. cap. 12. num. 20. fol. 163.* vbi alios.

7 Præſertim cū in termino productionis dicti tranſumpti ſeu Copiæ, pars citata, ad dicendum contra, (vt mihi ſupponitur) nihil oppoſuerit, quo caſu, quælibet copia informis, plene probat, neque licet amplius, huiuſmodi exceptionem obiicere, Veral. *deciſ. 234. num. 2. p. 2.* Tiber. *in prax. lib. 3. cap. 15.* Caualler. *deciſ. 142. numer. 6.* Mareſcott. *lib. 1.* Var. *cap. 81. num. 9.* Greg. *deciſ. 262. & ibi* Beltramin. *num. 6.*

8 Tandem prædictis omnibus circumſcriptis, etiam Copia Copiæ ex actis etiam alterius iudicij probaret, ſaltem vigore Innocentianæ, iuxta *deciſ. 18. recent. ſub num. 2. p. 2. & p. 1. deciſ. 465. ſub num. 3. verſ. & partim.*

Si igitur copia apocæ matrimonialis eſt informa probanti, & ex eius tenore leguntur hæc verba, *di più s'obliga il detto Signore Antonio di fare valido fideicommiſſo di tutti ſuoi beni per i figlioli, è ſuoi figlioli, maſchi legitimi, e naturali in infinito, & in difetto de' Maſchi alle ſemine in bona forma, con ſolemnità neceſſarie, per che uoglia, e contenga perpetuo fideicommiſſo a beneficio di detti deſcendenti di detto Signore Franceſco.* Ergo dubitari nullo modo poteſt, bona dicti promiſſoris eſſe obnoxia fideicōmiſſo vigore dicti pacti, & obligationis, cum fideicomm. etiam in contractibus inter viuos ritè, & rectè conſti-
9 tuantur *l. quoties C. de donat. quę ſub modo.* Mazzar. *de fideicom.* vbi de magis communi *quęſt. 2. num. 11. fol. 3. verſ. nihilominus*, vbi quod tam in contractu donationis inter viuos, quam in tranſactione poteſt fieri fideicommiſſum Peregr. *de fideicomm. art. 1. num. 16. & art. 51. à numer. 1. cum ſeq.* Surd. *deciſ. 144. num. 16.* Intrigliol. *de Jubſt. cent. 3. quęſt. 89. num. 1. mihi fol. 249.* Magon. *deciſ. Flor. 71. num. 6. Exccellentiſſ. Rota lib. mot. 105. pag. 341.* Fuſar. *de fideicom. quaſt. 14. num. 1. & 8. & quęſt. 308. num. 78.* vbi de magis cōmuni mihi *fol. 254.* Petra *de fideicom. quaſt. 4. num. 1. mihi fol. 37.* Gratian. *diſcep. 247. num. 1. & 9. Rota in recent. deciſ. 21. nu. 2. p. 1. & p. 3. deciſ. 732. fol. 667. & p. 4. deciſ. 580. num. 1. fol. 447. & in eadem parte tom. 2. deciſ. 357. fol. 449. & deciſ. 83. numer. 7. fol. 105.* Turret. *conſ. 55. numer. 4. fol. 92. lib. 3.* Moneta *de commt. vltim. volunt. cap 19. num. 376. pag. 1067. latè* Franciſcus Redenaſcus *conſ. 11. num. 1. fol. 116. nouiſſimè Rota in Bononien. fideicom. de Glauonis 10. Februarij 1639. coram Reueren. Royas, & in Romana fideicom. de Spiritibus 12. Iunij 1643. corā Illuſtriſs. Domin. meo Bichio, & in Peruſina bonorum 31. Iunij 1650. coram Illuſtriſs. Domin. meo Cerro*, ac proinde dicta verba obligatoria præſeferunt promiſſionem de faciēda donatione, & in ea fideicommiſſum
10 ad fauorem eorundem deſcendētium, habitura tamen effectum poſt mortem dicti promiſſoris iuſtta tradita per Fōtanell. *de pact. nupt. gloſ. 9. p. 5. num. 23. verſ. cū enim conueniamus fol. mihi 197. num. 87.* vbi quod præmaſura reſtitutio,
11 donatio eſt, melius Cæſar Barz. *deciſ. Bononien. deciſ. 14. nu. 5. fol. 29.* Paſcal. *de Viribus patr. poteſt. par. 3. cap. 7. num. 11. fol. 553.* tum quia qualibet ſtipula-
12 tio, vbi nullā exprimitur cauſa, refertur ad titulum donationis, vt bene per Mantic. *de Tacit. & ambig. lib. 13. tit. 8. num. 9. fol. 18.* tum etiam quoniam capitur illa præſumptio, vnde actus ſuſti-
13 neatur, Surd. *deciſ. 149. nu. 20.* Caſtrenſ. in his terminis *conſ. 347. quia circa donationem nu. 2. verſ. cum ergo dixit lib. 1.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. p. 4. num. 4. verſ. & vt actus potius valeat fol. 167. & num. 5. fol. 168.* vbi quod hæc præſumptio vincit omnes præſumptionis, ac proindè cum (circumſcripto titulo donationis) redargueretur dicta promiſſio, tanquam continens improbatum pactum de futura ſucceſſione, id circò præſumitur donatio fideicōmiſſum continens, vt optimè, Curt. Iun. *conſ. 81. num. 2. verſ. redeundo igitur, etc.* Buratt. *qui de communi conſ. 136. et ſeq. vol. 2.* pleniſſimè Marta *de ſucceſſ. leg. 1. p. 4. quaſt.*

par.4. quæſt.25. artic.1. num. 23. et ſeq. mihi ſol. 497. Rota coram Penia *deciſ. deciſ.917. iuncto principio cum nu. 5. ſol. 29.p.2.* & quod interprætetur pariter
in apocha nuptiali, verbum hæredita-
mentum pro donatione inter viuos,
egregiè exornauit Fontanell. *de pact. nupt. gloſ.6. num.1. p.1.ſol. mihi 92. tom. 1. & gloſ.9 p.5. numer.1. & 23. ſol. mihi* 197.

Penderando quod huiuſmodi dona-
14 tiones, quæ fiunt contemplatione ma-
trimonij priuilegiatæ ſunt ob publicũ
bonum; itàut nec etiam vitio ingrati-
tudinis reſcindi poſſint, vt latè per An-
dream Malfel. *conſ.41. num.4. mihi ſol. 88. p.2.* ſapiunt enim de per ſe, naturam
fideicommiſſi, dum fiunt ratione certi,
& determinati matrimonij, vt contin-
git in caſu noſtro Guidop. *deciſ.* 145.
Natta *conſ.115. num.12.* cum alijs per
Fontanell. *de pact. nuptial. gloſ.1. num. 18. & 19.* quibus addi poſſunt Andreas
Malfel. *in addit. ad conſ.9. num.9. lib.2. mihi ſol.163.* Ioanni Franciſco à Ponte
conſ.122. num.5. lib.2. ſol.612. vbi plu-
res cumulat deciſiones conſilij Neapo-
litani, *& lib.1. conſ.25. numer. 5. mihi ſol 75. Rota in recent. p.6. deciſ.58. num. 45. & ſeq. mihi ſol. 110.* vbi quod pro-
pterea Pater, nequaquam poteſt præ-
iudicare filijs in rebus donatis contem-
platione matrimonij, neque requiritur,
quod filij ſin heredes Patris, quoniam
acceptum referunt donanti, & nõ pri-
mo donatorio, prout contingit, quãdo
explicitè fuit iniuntum fideicommisũ
Rota in recent. p.5. deciſ. 270. num.7. ſol. 514. & deciſ.194. nu.57. & p.6. deciſ.203. num.21. ſol.381.

15 Quapropter, cum promiſſio de donã-
do habeatur perindè ac ſi donatio facta
fuerit iuxta theoricam Bart. *in l. quod dicitur la 2. ff. de verb. obig.* Gratian. *diſcep.887. num.20. & diſcep.864. num.25. addenſ. ad* Buratt. *deciſ.719.* præſertim
vbi agitur de donatione facta cõtem-
platione nuptiarum. Menoch. *conſ.93. num.27. 34. & 63. Rota in recent. deciſ. 393. num.2. ſol.770. p.5. & p.6. deciſ.58. num.12. cum ſeq. ſol.108. & deciſ.127.*
Illuſtriſs. Domin. Auditor Martius
Medic. *Deciſ. Senen. exam.5. n.16. & 17. ſol.82.* plene Fõtanell. *de pact. nupt. gloſ. 9. par.4. nu.26. & ſeq. mihi ſol.168. tom.1.*
conſequens eſt, quod fruſtrà dictus
promiſſor deindè in ſuo Teſtamento
excluſerit feminas, quæ vitam clauſtra-
lem, & Monaſticam profeſſæ fuerint,
cum non potuerit qeicquam alterare
promiſſionem, iam factam in apocha
nuptiali, vt in puncto latè diſcuſſo ar-
ticulo firmauit *Rota in recent. dicta de-*
16 *ciſ.393. num.6.7. & ſeq. p.5. ſol.370.* con-
firmata *vt in p.6. deciſ 58. num.42. cum pluribus ſeq. mihi ſol.110. & in Taccinen. donationis coram bon. mem. Merlino 28. Ianuarij 1633. inter eius impreſſ. deciſ.568. num.11. tom.2. ſol.47. dupplicata in p.6. recen. deciſ.174.*

17 Eo magis in præiuditium iuris quęſiti
deſcendẽtibus fęminis antè ingreſſum
Religionis, quo tempore nec etiam
ſtatutum citrà violationem iuris Eccle-
ſiæ huiuſmodi diſpoſitionẽ facere poſ-
ſet, Sanchez. *in precit. decal. lib.7. cap. 12. num.15. & 18.* Spenell. *deciſ.135. nu. 124. mihi ſul. 293.* Theſaur. Iun. *lib.2. quęſt.2. num.9. & quęſt.3.* Antonin. *var. reſol.83. num 18. et ſeq. mihi ſol.154. Rota in recent. p.3. deciſ.118. num.4. ſol.201. et in Montis faliſci fideicom. 16. Decembris 1619. coram Coccino impreſſ. apud* Tambur. *de iure Abbat. et Monialium deciſ.29. ſol.81.*

18 Neque quicquam turbant, tradita per
Mantic. *lib.4. tit.3. num.1. mihi ſol.176. de tacit. et ambig. Rota coram Greg. deciſ. 18. num.4. et ibi* Beltram. vbi quod pro-
miſſio vendendi, ſeù locandi non eſt
venditio, neq; locatio, quià in contra-
ctibus emptionis, & locationis, & ſi-
milibus, ſolum pactum vendendi, ſeù
locandi, non ſufficit, pro adimplenda
forma contractus, quoniam requirunt
inter alia, certam determinationem
prætij, & ſola promiſſio vendendi, ſeù
locandi, non ſufficeret, vt poſſit dici
emptio, & locatio, vt latè per *Rotam in recent. p.6. deciſ.172. et deciſ.248.* Bu-
ratt. *deciſ. 898. num.9. ſol. 258. tom.3.*
ſecus vbi agitur de donatione, & hu-

iuſmodi

iuſmodi contractibus, qui ſolo conſenſu perficiuntur, nec quicquam aliud requirunt, vltra quod, hoc eſſe in huiuſmodi pactis matrimonialibus extrà omnem difficultatem bene firmant authoritates ſupra adductæ.

Ex quibus, &c. Sal. &c.

Io: Tanaglius.

ADSIT DEVS

Florentina fideicommiſſi de Serguidis.

DVbia contrà Moniales Sancti Nicolai ex perſona Monialis Mariæ Franciſcæ de Serguidis.

» Ex pluribus non videtur ſubſiſtere fa-
» ctum, quòd legitur in Apoca Matri-
» moniali facta die 17. Settembris 1597.
» in qua Dominus Eques Antonius de
» Serguidis, promiſit facere, perpetuum
» fideicommiſſum ſub his præciſis Ver-
» bis. *E di più s'obliga detto Signore Anto*
» *nio fare valido, e vincolato fideicommiſſo*
» *di tutti li ſuoi beni per il figliuolo, & à ſua*
» *figliuoli, e deſcendenti Maſchi legittimi,*
» *e naturali in infinito, & in defetto de Ma-*
» *ſchi alle femine in buona forma con le ſo-*
» *lennità neceſſarie, perche vaglia, e ſi con-*
» *tenga perpetuo fideicommiſſo à benefizio*
» *di detti deſcendenti di detto Signore*
» *Franceſco.*

Quòd dicitur in ſubſtantia, pactum de futura ſucceſſione, cum quo quis obli-
19 gat omnia bona ſua poſt mortem ſuam, quod de Iure eſt inualidum *l. hæreditas C. de pact. conuent. l. ex eo, C. de inutil. ſtipul.* Gabr. *conſ.* 137. *num.* 1. *lib.* 1. Peregr. *de fideicomm art.* 51. *num.* 25. Fular. *quæſt.* 308. *num.* 25. *& per tot.* Andreol. *contron.* 27. *num.* 3. Cyriac. *cont.* 88. *à n.* 4. *infrà.* Bellon. Iun. *conſ.* 22. Molin. *de ritu. nuptiar. lib.* 3; *quæſt.* 80. *num.* 19.

20 Quæ cóclufio procedit etiam ſi huiuſmodi pactū apponatur incōtractu matrimonij, in quibus terminis loquitur *text. in l. pactum, quòd totale.* 15. *C. de pact. & l. hæreditas, C. de pactis conuent.* Tiraq. *de iure primog. quæſt.* 6. Facchin. *conſ.* 158. *num.* 4. *lib.* 1. Theſaur. *quæſt. for. lib.* 2. *quæſt* 79. *num.* 1. Fular. *d. quæſt.* 308. *num.* 67. *verſ. contrariam opinionem Rot. deciſ.* 112. *per tot. poſt* Merlin. *de pignoribus. Rota in recent. p.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 40 *fol.* 56.

21 Hinc eſt, quod Dominus Eques Antonius potuit recedere à prædicto pacto, faciendo Teſtamentum, cum quo ſatis dicitur reuocatū pactū prædictum Ancharan. *conſ.* 404. *num.* 3. Greg. *deciſ.* 85. *num.* 12. *et ibi Add. in fin. Add. ad* Buratt. *deciſ.* 894. *num.* 12. Rubeus *in annotat. ad deciſ.* 523. *nu* 65. *pact.* 4. *recent. tom.* 3. Ex quibus non poteſt ſubſiſtere tanquam donatio, tantò magis, quia eſſet donatio omnium bonorum, & deficeret inſinuatio.

20 Secundo tale pactum, quod legitur in dicta ſcriptura priuata, minime ſubſiſtit, quia eadem ſcriptura eſt tantum ſubſcripta ab vna parte, non autem à Domina Maria, neque ab eius matre, propterea imperfecta non obligat, nec etiam ſubſcribentem, quæ videtur ſubſcripſiſſe intuitu ſubſcriptionis alterius pacti, continet enim in ſe talis ſcriptura pacta hinc Indè reciproca ſecundū diſtintionem, quam refert Genua de ſcriptura priuata *lib.* 1. *quæſt.* 15. *in* 3. *& vltima concluſ. nu.* 24. *fol. mihi* 69 ponderando in ſpecie verba in fine apochę priuatæ, & *in fede ſarà ſottoſcritta la preſente, & altra ſimile da ciaſcheduna delle parti, &c.*

Tertio nobis infacto preſuponitur, quod Dominus Eques Franciſcus Maria de Serguidis, in ſuo, cum quo deceſſit teſtamento, confirmauerit teſtamentum dicti Domin. Equitis Sui Patris, atquè reliquerit annuum legatum ſcutorū quinquaginta Reuerēdæ Moniali Mariæ Franciſcæ, & eius Monaſterio, cum conditione nihil amplius conſequendi, vndè cum Monaſterium tale legatum acceptauerit non poteſt venire contrà teſtamentum. Bart. & *DD. in l. poſt legatum* 5. *ff. de ijs, quibus, vt indignis.*

21 *indignis. legat. Rot. coram* Greg. *deciſ.* 271. *num.* 18. neque poteſt petere fideicommiſſum, cuius loco legatum relictum fuit textus *in cap. officij, de teſtibus cum alijs apud* Dec. *conſ.* 425. *nu.* 8. quod procedit etiam ſi in eius credito plus inſit, quàm in legato acceptato, Dec. *d. conſ.* 425. *numer.* 8. Mareſcott. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 86. *num.* 1. *& ſeq.*

Reſpõdetur &c.& erit iuſtitię locus.

FLORENTINA fideicomm. de Serguidis.

Excellentiſs. Domine.

Conuentio in Apoca nuptiali inita, vt Dominus Eques Antonius Pater Equitis Franci-
22 ſci de Serguidis ſponſi eſſet obligatus ad faciendum validum fideicommiſſũ, omnium ſuorum bonorum, ad fauorẽ deſcendentium ſponſi, eiuſq; filij primo loco maſculorum, & in eorundem defectum fœminarum, non ſapit pactum à iure improbatum, de futura ſucceſſione, quia vbi verba paciſcentium non important directam obuentionem bonorum poſt mortem promittentis, ſed præſeferunt obligationem hæredũ inde reſultantem, nemo eſt qui controuertat validitatẽ huiuſmodi pacti, dumodo donatio non ſit adeò vniuerſalis omnium bonorum præſentium, & futurorum, vt promiſſor nulla prorſus bona, ſibi reſeruauerit, de quibus teſtari poſſit iuxta celebre *conſ.* Bart. vno ore per DD. in Scholis, & Tribunalibus canonizatum 212. *in lib. primo*, cuius verba formalia, vna cum verbis Curt. Iun. *in conſ.* 15. *num.* 3. *&* 4. *conſ* 25. *numer.* 7. *& conſ* 81. *num.* 3. *&* 4. *cum ſeq.* Alciat. *conſ.* 18. *lib.* 9. *num.* 15. Berou. *conſ.* 30. *ſub num.* 28. *vol.* 3. Burſatt. *conſ.* 136. *numer.* 4. *cum pluribus ſeq.* Siluan. *conſ.* 90. *num.* 6. Gabriel. *conſ.* 123. *num.* 10. *& ſeq. lib.* 1. Anguij *conſ.* 6. *num.* 31. *& ſeq.* Riminald. Iun. *conſ.* 610. *per totum* Menoch. *conſ.* 794. *num.* 4. *& conſ.* 1028. *num.* 3 *&* 8. vbi de receptiſſima opinione Rauden. *conſ.* 26. *num.* 89 *&* 90. *vol.* 1. Honded. *conſ.* 40. *num.* 12. *vol.* 1. Antonin. *var. reſol.* 59. *caſ.* 21. *in fine fol.* 385. Fach. *lib.* 5. *controu. cap.* 85. Crauett. *conſ.* 139. *lib.* 2. *verſ. ſed. præmiſſis non obſtan.* Refert, & ſequitur Cyriac. *controu.* 88. *à num.* 4. quibus addi poſſunt Dec. *in l. pactum dotale. num.* 4. *C. de collat.* quem omnino eſſe videndum dicit Fran. Becc. *in conſ.* 157. *num.* 14. *& ſeq.* vbi plurimos concordantes refert de receptiſſima opinione teſtãdo Oſaſch. *deciſ.* 100. *num.* 14. Celſ. Vgo *conſ.* 100. *num.* 7. Purpar. *in l. final. C. de pact. in* 4. *art. verſ. tertiò*, quod ratificat *in conſ.* 220. *num.* 4. *& in conſ.* 402. *ſub num.* 83. Egregie Riminald. Iun. *conſ.* 580. *num.* 9. *& ſeq.* & ſignanter. *nu.* 40. Giouagn. *conſ.* 24. *num.* 2. *lib.* 2. *verſ. & pactum hoc fol.* 110. Gratian. *diſcept.* 692. *num.* 2.

23 Ex quibus aliquos, verum eſt velle, quod quibuſdunq; verbis contingat fieri pactum, dum tamen non agatur de tota, vel quota hæreditatis, ſed de particularibus bonis innoxiũ ſit pactum ab huiuſmodi vitio, vt de receptione teſtatur Peregr. *de fideicom. art.* 51. *num.* 18. 19. *e* 20. quibus addi poſſũt Rub. Alex. *conſ.* 95. *num.* 3. *verſ. quia etiam pactũ de ſuccedendo.* Crauett. *conſ.* 19. *num.* 7. *&* 8. Siluan. *conſ.* 90. Cæſar. Barz. *de Bonon. deciſ.* 14. *num.* 3. *cum ſeq.* Andreol. qui recantauit poſmodum *controu.* 27. *num.* 11. *& ſeq.* Berett. *conſ.* 56. *num.* 5. *& ſeq.* Pariſ. *conſ.* 20. *nu.* 85. *& ſeq.* §. Craſſ. *in* §. *ſucceſſio q. eſt.* 9. *nu.* 10. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.* 34. *num.* 18. *fol.* 775. Gozadin. *conſil.* 87. *numer.* 10.

Sed noſtrum non eſt, ſuſtinere huiuſmodi partes, cum ſimus extrà conflictum, concurrente vtroque requiſito in caſu noſtro, namque quod non ſimus in tota, vel quota hęreditatis, ſed in tertijs bonis controuerti non poteſt, quia obligatio D. Equitis Antonij, fuit de faciendo valido fideicommiſſo de omnibus bonis ſuis, quæ cum cenſeãur
24 reſtricta ad bona preſentia, neque cõprehen-

præhendat futura, vtique tanquam de
bonis certis ſeù particularibus, firmum,
& validum continere pactum bene cō-
cludit pluribus relatis Fuſar. *de fideic.*
quęſt.208. num.83. & ſeq. Honded. *conſ.*
39. num.31. lib.1. quibus addi poſſunt
Poſt. Imolin. *conſ. 36. num. 11.* vbi de
commuui Cyriac. *controu.88. num. 20.*
Peguer. *deciſ.168. per totā* Rebuff. *conſ.*
167. num.9. plenè Riminald. Iun. *conſ.*
580. num.17. Antonin. *var. reſolut. lib.*
2. reſol.59. caſ.21. fol.385. plures con-
gerit Aug. Barboſ. *dict.198. num.5. fol.*
721. Egregie Fontanel. *de pact. nup.*
clauſ.4. gloſ. 9. p.4. reſpondit *Rota in*
Laurentana donationis 20. Februarij
1641. coram Eminentiſs. Cardinali Ve-
roſpio bon. me. in Aueniocn. hæreditatis
5. Martij 1646. corā Reuerendiſs. D. Royas.
Angel. *in conſ.179. viſis prædictis In-*
ſtrumentis nu.1. verſ. ſimiliter non eſt du-
bitandum Tob. Non. *conſ.43. num.3.* ibi
„ *primo quia conuentio ſimpliciter facta de*
„ *omnibus bonis*, non cenſetur facta ſuper
„ bonis futuris, ſed ſuper bonis prēſētibus
„ *tantum l. fin. vbi gloſ. nec. C. quę res pi-*
„ *gnori obligari poſſit, &c.* vbi alios concor-
„ dantes refert, Oldrad. *conſ.139.* Iaſon.
„ *conſ.233. colum.4. verſ. ſeptimo, bene*
„ *facit, &c.* Grat. *conſ.19. num. 13. lib.1.*
„ Cephal. *conſ.44. num.24. lib.1. & lib.4.*
„ *conſ. 511. numer. 33. & ſeq.*
25 Particularia enim, ſeù certa bona ad
iſtum effectum dicuntur, vbicunque
non agitur, de tota, vel quota hæredi-
tatis, in quibus caſibus concurrunt iura
actiua, & paſſiua, vt optimè diſtinguit
Bart. *omnino viden. in repetitione S. Pa-*
ter filium 14. verſ. dices tu num.10. quem
bene obſeruat in propoſito Io. Anton.
Bellon. *de iure accreſ. cap.6. quæſt.8.*
num.35. mihi fol.23. Egregiè diſtinguit
Crauett. *conſ.19. num.7. ſignanter in*
verſ. ſimil. videtur, & verſ. ideò quando
Siluan. *in conſ.90, num.6.* ſignanter ibi,
nam licet, quandoque appellatio hęre-
„ hitatis, capiatur pro appellatione bo-
„ norum, vt actus magis ſuſtinetur, quā
„ pereat, tamen vbi ſit mentio de futu-
„ ris non poteſt inficiari quin in efectu
„ ſit quota hęreditatis, vt patet ex deci-
„ ſionibus adductis per Aymon. *conſ.19.*
„ *ſub num.7. &c.*
Et propterea DD. diſtinctionem hu-
iuſmodi plerumque loquntur de quo-
ta, vel tota hęreditatis ad differentiam
particularium, ſeù certorum bonorum,
vt liquet ex Theſauro *deciſ. 225. num.*
10. & ex plurimis, quos refert, & ſequi-
tur Peregr. *de fideicomm. art.51. num.27.*
et 30. et ibi Cenſal. *declarat.11. fol.525.*
idem Peregr. *art.5. numer.4.* Caſſanet.
conſ.39. num 10. Soccin. Iun. *conſ.143.*
num.30. lib.1. Paſchal. *de Patria Pot. p.3.*
cap.7. num.13 Rota in Romana bonorum
22. Maij 1617. coram Card. Veroſpio Se-
nior. inter recen p.4. deciſ. 490. num.8.
fol.372. Menoch. *conſ.92. num.51.* Ga-
briel. *conſ.137. numer.16. in fine lib.1.*
„ ibi ſed non procedit cum cōtrahentes
„ verbis vniuerſalibus iura etiam com-
„ plectentibus non vtuntur de tota, aut
„ quota nō diſponuntur, &c. Mantica *de*
„ *tacit. lib.13. tit.33. num.5, et 8. cum ſeq.*
„ *et lib.12. tit.34. num.18.* Purpurat. *in*
„ *conſ.353. ſub num.8. ibi quia non agitur*
„ *de ſucceſſ. vniuerſali, nec de hęreditate,*
„ aut quota hereditatis, ſed de bonis par-
„ ticularibus, &c. *et in conſ.402. ſub nu.*
„ *83. verſ. eamdem diſtinctionem feceram*
„ *in l.licet, etc. fol.11. tom.2.*
26 Et in puncto fideicommiſſi, Peregrin.
d. art.5. ſub num.30. ibi nam fideicomm.
„ tunc eſt de hæreditate, aut vniuerſale,
„ cum reperitur conſtitutum in tota, vel
„ quota hęreditatis, ſecus autem in cer-
„ tis bonis, vel in certo genere bonorū,
&c. egregie oſtendit hanc veritatem
idem Peregr. *in artic.5. num. 26. et ſe-*
quen. et numer.42. 45. et 46. vbi etiam
quod fideicommiſſum vniuerſale non
dicitur, niſi ſit de quota, vel tota hæ-
reditate Teſtatoris ſecus ſi de alia vni-
uerſitate.
Quod autem huiuſmodi obligatio fa-
ciendi fideicommiſſum, nō ſit per mo-
dum obuentionis directæ citrà mini-
27 ſterium hęredis (turbando contracti-
bus inter viuos, fines vltimarum volun-
tatum, iuxta ſupra deducta) in contro-
uerſiam deduci non poteſt, quia fidei-
commiſſum excludit directam obuen-
tionem,

tionem, vt in puncto ponderarunt Decian. *reſponſ.13. num.1. lib.3.* Alba. *conſ.461. numer.3. et 10. tom.3. fol.61.* Fontanel. *de pactis nuptial. clauſ.4. gloſ. 9. p.4. num.7. mihi fol.168.*

28 Et ratio eſt euidens, quia eſt indubitatum, quod etiam in contractibus fideicommiſſa fieri poſſunt, vt firmaui in primis allegationibus *in §. igitur copia, etc.* quibus addi poſſunt Crauet. qui ità reſpondet obiectui ad excluſionem pacti de futura ſucceſſione *d. conſ.19. n. 8. conſ.39. num.13. et ſ. quen.* qui plurimos cōgerit Io. Baptiſta Gargiareus, qui oſtendit eſſe indubitatum *in conſ. 13. num.2. mihi fol.49.*

29 Neque turbat, quod tradit Marta *de ſucceſſ. p.4. quæſt.25. art.4. numer.8. fol. 502.* vbi monetur, quod huiuſmodi promiſſio faciendi fideicōmiſſum, non eſt fideicommiſſum, quia aliud eſt promittere, aliud facere; cum non nullis exemplis, quæ mutuo accepit à Petra *de fideicomm. quæſt.8. à num.161.* quia eſto, quod ex natura rei, aliud ſit promittere, quam effectuare, tamen ad euitandum circuitum, inoleuit vſus, vt vbicunq; obligatio pendet à mero facto ipſius promiſſoris, huiuſmodi promiſſio, habeat vim contractus promiſſi, vt latè firmaui in primis allegationibus præſertim, in §. Quapropter quibus addi poſſunt Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap.7. de pact. num.125. et ſeq. et cap.15. num.r.251. nouiſſ.* Carol. Ant. Bottilier. *de ſucceſſ. cap.2. theor.42. num.16. et ſeq. fol.198.* Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. p.4. numer.28. cum ſeq.* Surd. *conſil. 201. numer.16. et 17.* Buratt. *deciſ.190. num.6. fol. 27. et deciſ. 719. num.6. fol.53. tom.3.*

Non obſtat quod huiuſmodi pactum de faciendo fideicommiſſo ſapiat na-
30 turā donationis, vt alias ſcripſimus, quibus addi poſſunt Poſt Imol. *conſ. 80. num.12.* Fontanel. *de pact. nup. clauſ. 4. gl.19. p.5. num.87.* Cæſar. Barz. *deciſ. 14. num.5.* qui concordantes allegat, ac proinde requirat pro ſui validitate
31 inſinuationem, quia cum ſimus in donatione ob cauſam, præſertim matrimonij, & dotis, inſinuatio non requitur, Curtius Iunior. *conſ.81. numer.5.* Poſt. Imol. *conſ.81. num.19.* Alba *conſ. 461. in fine.* Cancer. *lib.1. Variar. cap.8. num.3.* Iacob. Beretta *conſ.56. num.9. verſ. quæ tamen*, Io. Bapt. Gargiareus. *conſ.13. num.24. fol.50.* Purpurat. *conſ. 355. num.29.* Gozadin. *conſ.87. num.12. Rota in recen. p.6. deciſ.118. numer. 11. vbi alios mihi, fol.216.*

Minus reſiſtit, quod ex aduerſo in facto ſupponitur, D. Equitem Franciſcū Mariam Fratrem Monialis, ex cuius perſona agitur, confirmaſſe Teſtamētum d. D. Equitis ſui Patris, & reliquiſſe annuum legatum ſcutorū quinquaginta cum onere nihil amplius conſe-
32 quendi, quo caſu excluditur à fideicōmiſſo, etiam pinguiori, vbi acceptatū fuerit ex adductis per Excellentiſsimū Dominum meum Auditorē Bianchellum in ſuis conſultiſſimis dubitationibus, quia vltrà quod ex actis non conſtat de hoc, ſed ſupponitur reſpondetur, quod renunciationes, tanquam ſtrictiſſimè intelligendæ, non poſſunt comprehendere caſum alterius Teſtamenti, niſi explicitè hoc expreſſum fuerit, & legatum, acceptatum fuerit præuio mandato ſpeciali à perſonis legitimis, Surd. *conſ.359. num.5.* Hondeck *conſ.66. num. 81. lib.1.* vna cum ſcientia omnium, & quarumcunque qualitatum ex adductis per *Rotam deciſ.109. num.2. & deciſ.132. num.4. p.4. in recen.* & cum ſolemnitatibus ſtatutarijs, vbi agitur de mulieribus, & Canonicis, vbi agitur de perſonis Eccleſiaſticis *iuxta extrauagantē ambitioſa de rebus Eccleſiæ non alienandis*, quę requiruntur etiā
43 Pariter ceſſat quod dicitur de defectu acceptationis, cum ad iſtum effectum ſufficiat ſola præſentia primi donatarij, qui dicitur acceptaſſe pro ſe, & alijs in dicta donatione compræhenſis, *l. quoties C. de donat*, *quę ſub modo. Roſa apud* Poſt. *de manut. deciſ.* 390. *num.* 3. *confirmata in deciſ.* 85. *num.* 1. & *in recent. p.* 5. *deciſ.* 270. *num.* 7. *fol.* 514. & *deciſ.* 194. *num.* 57. & *ſeq.* & *p.* 6. *deciſ.* 203. *nu.* 21. *fol.* 381. & *coram* Merlin. *deciſ.* 404. *num.* 1. & *deciſ.* 692. & *num.* 77. *fol.* 241.

Quintum fundamentum pariter eſt inapplicabile, tum quia ſumus in materia fauorabili, vt firmauimus in primis allegationibus *in verſ. ponderando*, &c. tum etiã, quia in cõtractibus, etiam

44 inde ſinita equipolent vniuerſalibus ex cumulatis per Barbol. *Axioma* 123. *num.* 1. & 9. *fol.* 82. quibus non obſtat Corneus, & Surdus, *deciſ.* 9. *num.* 15. ex aduerſo allegati, quia loquuntur pro ſubiecta materia, ne ex præmiſsis ſequatur implicatio, & nos habemus in Apoca matrimoniali promiſſionem faciendi fideicommiſſum ad fauorem deſcẽdentium filij Domini Antonij promiſſoris, cum clauſula in infinitum, quæ ex ſui natura compræhendit, quoſcunque deſcendentes, & propterea non potuit ſalua remanente ratione recti ſermonis præteriri Moniales ab ipſo deſcendentes ex latiſsimè deductis per Menochium *conſ.* 399. *num* 8. cum plurimis alijs cumulatis per Barboſ. *dict.* 163. *num.* 1. & 4 *fol.* 703.

45 Non obſtat quod donans poſsit in cõtractu donationis apponere legem, quam vult, vt ex aduerſo deducitur, quia procedit, vbi lex, ſeù conditio apponitur in ipſo actu promiſsionis donandi, vt firmauimus in primis allegationibus in §. quapropter, vbi etiam occurſum fuit alteri fundamento ex aduerſo deducto, circa facultatem excludendi Moniales, in præiuditium iuris quæſiti, quod dicitur iniungere onus poſt ingreſſum religionis, quod eo minus licet citra piaculum, & receſſum à precedenti obligatione. Quapropter ea quæ ex aduerſo adferuntur procedunt, & haberent locum, niſi ſimpliciter, & abſolutè Dominus Antonius promiſsiſſet fideicommiſſum, ac proinde donationem ad fauorem omnium deſcendentium, tam fœminarum, quã maſculorum, quia tunc, & eo caſu potuiſſet legem imponere fideicommiſſo, quam maluerit cæterum, vbi iam vigore promiſsionis donandi quæſitũ fuit ius deſcendentibus, etiam fœminis non eſt integrum donatori, ne lato quidem vnguè à promiſsione recedere, vt fuit ibidem plurimis adductis authoritatibus plenè firmatum.

46 Tamen non obſtat vltimum fundamentum deductum ex agnitione legati à Domino Equite Franciſco Patre ſub modo, & conditione, vt nihil amplius poſsit Monialis prætendere, quia vltra quod ad iſtum effectũ eſſent ponderanda verba legantis per ea quæ docuit Peregr. *in conſ.* 2. *impreſſ. in de* Obizis

Digitized by Google

rum, reſeruato ſibi vſuſfructu, eius vita durante, eademque inſtanti, promiſit eundem inſtituere hæredem vniuerſalem, in omnibus, ac ſingulis ſuis bonis præſentibus, & futuris, mobilibus, & immobilibus, quam promiſſionẽ inſtituendi hæredẽ de Anno 1630. 1640. idem Ioannes reuocauit in Teſtamento, in quo hæredem vniuerſalẽ ſcripſit, Iſabellam de Gay eius filiam.

Dicto Ioanne vita functo, orta controuerſia in partibus, ſuper validitate dictæ promiſſionis de inſtituendo hæredem, fuit per Auditorem Legationis Auenionen. lata ſententia, ſuper validitate eiuſdem promiſſionis, eaque fuit in gradu appellationis confirmata per R. P. D. Vaium, tunc Auditorem Eminẽtiſſ. Cardinalis legati, cauſa poſtmodum mihi commiſſa, dubitauit hodie, an dicta promiſſio de inſtituendo hæredem, contemplatione certi matrimonij, eſſet valida, & inreuocabilis,
1 & fuit reſolutum, donationem fuiſſe inualidam, & potuiſſe reuocari.

Moti ex vniuerſalibus, ac ex prægnãtiſſimis verbis dictæ donationis, ac promiſsionis, ibi promiſit facere, & inſtituere dictum Tomam de Gay filium ſuum hæredem vniuerſalem in omni-
2 bus, & ſingulis ſuis bonis, præſentibus, & futuris mobilibus, & immobilibus, in quocunque conſiſtentibus, quæ verba, certè ſunt apta compræhendere omnia bona, nec non iura, & actiones dicti Ioannis, *iuxta tex. in l. bonorum* 49. *ff. de verb. ſignif.* Surd. *conſ.* 4. *num.* 19. Guliel. de Bened. *in cap. Raynutius verb. cętera bona num.* 8. *de Teſtam.* vbi quod quamuis appellatione bonorum mobilium, ac immobilium non veniant iura, & actiones iuxta *l. à Diuo Pio in vẽditione, ff. de re iud.* Guidop. *queſt.* 341. *in fin.* & 499. tamen quando adeſt dictio vniuerſalis, vt in præſenti, contrarium venit iudicandum, *l.* 1. *§. ſi ex fundo, ff. de hered. inſtit.* Grat. *conſil.* 25. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *præſumpt.* 54. *ſub num.* 27. *lib.* 4. Tiraq. *de retract. lign. §.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 20 & *ſeqq.* Rot. *deciſ.* 681. *num.* 9. *p.* 1. *recen.* & *in Albanen. hæreditatis* 23. *Iunij* 1642. *coram R. P. D. meo Cerro in fin. confirmata* 2. *Martij* 1643. Io. Franc. à Ponte *conſ.* 115. *ſub num.* 7. *verſ. per quam dictionem* & *num.* 14. *in fin. lib.* 2. *Seſſ. deciſ. Aragon.* 52. *num.* 35. *verſ.* & *appellatione tom.* 1. Seraph. *deciſ.* 584. *num.* 3. & 622.

Nil obſtat, quod hæc opinio habeat contradictores, ſi vnicum ſignum vniuerſale in ea legatur appoſitum in quibus terminis, ſub ea, iura non comprehendi dixerunt Rol. *conſ.* 65. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 27. *nu.* 52. Menoch. *præſumpt.* 129. *n.* 30. & 31. *lib.* 4. Fontanel. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 27. *p.* 2. *n.* 45. Pereg. *deciſ.* 141. Franc. March. *deciſ.* 128. *p.* 2. Put. *deciſ.* 20. *l.* 2. *in correct.* nihilominus in præſenti, compræhenſionem, eſſe claram, dictum fuit attenta contrahentium mente, ac geminatione verborum ibi hæredem vniuerſalem, videlicet in omnibus, & ſingulis, quas binas dictiones omnia comprehendere, abſque vlla limitatione fuit indubitanter tentum, *gloſ. in cap. vt circa verb. omnia, & ſingula, de elect. in* 6. Ial. *in l.* 1. *num.* 24. *ff. de leg.* 1. Grot. *conſ.* 14. *num.* 16. Olaſch. *deciſ.* 90. *nu.* 6. eodemque modo comprehenſionem intelligi, ac ſi dictũ fuiſſet in omnibus, & per omnia, Cened. *ſign.* 72. *nu.* 3. Barboſ. *clauſ.* 46. *nu.* 14. cum geminatio præfatarum dictionũ vniuerſalium, denotet mentem promittentis, fuiſſe comprehendi, etiã iura, & actiones, vt in proprijs terminis, Io. Franc. à Pont. *d. conſ.* 115. *num.* 7. *verſ. nam cum præcedant l.* 2. Menoch. *præſ.* 54. *ſub num.* 27. *verſ. vel dono. l.* 4. quando autẽ, concurrit mens promittentis, appellatione bonorum, iura ſemper venire tradunt, Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 21. *p.* 2. *num.* 49.

3 Minus aduerſantur, verba illa adiecta in inſtitutione, ibi in quacunque conſiſtentibus, & conſiſtere valentibus, quæ videntur reſtringere promiſionẽ ab bona extantia in certo loco, & ſecludere comprehenſionem iurium, & actionum, quæ certo in loco non recipiunt

piunt circũſcriptionem, *l. Caius* 86. *in princ ff. de leg.*2. Peguer. *in terminis donationis. deciſ.* 141. *ſub numer.*3. Fontanel. *de pact. nupt. d. gloſ.*21. *n.*45. *Nam aduertebant*, D. Io. Franc. à Ponte. *d. conſ.*115. *num.*8. apertis verbis dicere, quod dicta verba non officiunt, quãdo ex verbis geminatis vniuerſalibus, vt in præſenti, comprehenſio iurium, & actionum certe reſultat Aug Bero. *conſ.*44. *num.*15. *&* 16. *lib.* 2. ſed quid quid ſit de hoc ceſſat in præſenti omnis ſcrupulus, dum dictum pactum de donando non loquitur de bonis vbicunque exiſtentibus, ſcire ſituatis, prout in *d. deciſ.* Peguer. 141. *ſed bene in quocũq. conſiſtentibus Summ.* D. Thomæ *num.*1. magnam autẽ eſſe differentiam vtrũque caſum, cum verbum exiſtere, & verbum vbicunque locum deſignet, *text. in l.*1. *ff. ſolut. matr.* Vulpel. *de propoſit. & aduerſ. diction. vbi. verſ. vbicumque pag.* 126. Barboſ. *d. dict.* 413. *num.*2. verbum autem quocumque, & verbum (conſiſtere) vniuerſalius eſt aptum denotare, etiam materiam, ac rem loco non circumſcriptam, ac modum exiſtendi, vt per Vulpel. *de propoſit. & aduerb. dict. quoquomodo, ſub num.* 3. *verb. quocunque, nempè in quacunque ſpecie conſiſtunt, & ſic etiam in iuribus, & actionibus*.

4 Minus obſtat, quod valeat ſuſtineri dictum pactum, ob reſeruationem vſusfructus, cũ facultas teſtandi fuerit conſeruata in illis fructibus reſeruatis. Caſtill. *contr. iur. lib.*4. *cap.*53. *num.*17. *ſeq.* Surd. *conſ.*450. *numer.* 54. *Rot. coram me in Romana donationis* 17. *Decembris* 1640. nam ceſſat obiectum ex facto, dum reſeruatio vſusfructus adiecta legitur primę parti, videlicet, donationi medietatis bonorum, de qua hic nõ agitur, at verò in promiſſione inſtituẽdi hęredem, de qua eſt quęſtio, nulla legitur reſeruatio vſusfructus, ſed bene talis promiſſio comprehendit, omnia bona, quę dictus Ioannes de Gay, promittens habebit in futurum tẽpore obitus, indedicitur continere fructus in parte donationis reſeruatos Io. Franc. à Pont. *d. conſ.* 115. *numer.*13. *lib.*2.

5 Quibus ſtantibus fuit animaduerſum promiſſionem præfatam, non ſuſtineri, & eſſe manifeſtè inualidam, quia per eam remanſit ſublata facultas teſtandi dicto Ioanni de Gay, immo fuit inductum votum captandæ mortis, à quo multum iura abhorẽt, vt ſunt expreſsi *in l. cum donationes ibi*, nec ad implẽdum promiſſum hęreditatis propriç policitatione, quiſquã aſtringitur, *C. de tranſact. l. ſtipulatio hoc modo concepta* 61. *ff. de verb. obl. l. fin. C. de pact. latiſſimè*, Valq. *de ſucceſſ. l.*2. *§.* 18. *nu.* 191. *e* 192. Pereg. *de fideicom. art.*51. *num.*26. Bart. *de ſucceſſ. lib* 2. *de inſtit.*

6 *circa pact. de hered. inſt. num.*1. *&* 2. vel ad minus fuit reuocabilis, vt euenit cũ ille aſſenſus dicti Ioannis promiſſoris habeat tacitam conditionem, quatenus vſque ad obitum perſeueret in eadem voluntate, *ad tex. in d. l. fin. vbi notãt omnes DD. C. de pact.* Bart. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta num.*4. *ff. de verb. obl.* Bald. *in cap. ad noſtram il* 2. *num.*7. *de iur. iuran.* Giouagnon. *conſ.*24 *num.* 9. *l.*2. Molfet. *conſ.*38. *numer.*18 *ſtatuto*, Gomez *ad l. Tauri* 22. *num.*31. Molin. *de primog. l.*2 *cap.*3 *num.*4. *Rota in Romana donationis* 16. *Martij* 1643. *coram R. P. D. meo Bichio*, quamuis interuenerit iuramentum, cum illud non

7 validet acta contra bonos mores ex Thoric Bart. *in l. fin. in prima lect. num.* 9. *C. de pact.* Theſ. lun. *quęſt.*20. *num.*4. *l.*2. Cyriac. *contr.*88 *numer.*6. Mant. *de tacit. l.*12. *tit.*34. *numer.*14. *& de verſori, & magis communi. Rot. in Aſculana bonorum* 15. *Iunij* 1618 *coram bon. mem Sacrato, relat. per* Gratian. *diſcep.*692. *nu.* 24. *& ſeqq.*

Vlterius fuit animaduerſum, quod licet contra prohibitionem iuris ciuilis non negetur, poſſe valere huiuſmodi prohibitionem ſtante iuramento, in præſenti autem caſu eſſet contra legem naturæ, quia ſi locum ſibi vindicaret dictum pactum, de inſtituendo hæredem in omnibus ſupradictis bonis auferret legitimam filię, iure naturali debitam

bitam, *cap. Raynutius, cap. Raynuldus de teſtam*, Gotofred. *in l. pen. §. fin. lit. K. C. de inoff. teſtam. comp. lat.* 10. Molin. *de primog. lib. 2. cap. 1. à num.* 14. *ad nu.* 17. Caſtil. *contr. lib. 3. cap. 5. num. 21. &* 22. Barboſ. *in collect. p. 4. in cap. ius naturale 6. dict. prima à num. 23. ad nu.* 29. Burat. *deciſ.* 115. *num.* 5.

8 Hæcque locum habent licet promiſſio inſtituendi hæredem facta legatur in capitulis matrimonialibus, & ſic fauore certi matrimonij, quia ſemper militat ratio deperditæ facultatis teſtandi, ac inductionis voti captandæ mortis, *tex. in l. pactum, quod dotali* 15. *C. de pact. vbi Dec. num.* 17. *in* 7. *ampl.* notat, quod pactum huiuſmodi, neque naturalem parit obligationem, & ibidem Salyc. *in princ. vbi* Iaſ. *num.* 1. *&* 6. Bald. *in l. cum Archimedoram. num.* 10. *cum ſeqq. C. vt in poſſ. leg.* Grat. *conſ.* 25. *nu.* 27. *lib.* 1. Ioann. Franc. à Pont. *conſ.* 116. *num.* 2. *lib.* 2. Rimin. Iun. *conſ.* 66. *num* 11. *& ſeq* Peregr. *conſ.* 65. *num.* 1. *lib.* 1. Vaſq *de ſucceſſ. dicto* §. 8. *nu.* 104. *&* 109. *& ſeq.* Andreas Fachin. *contou. iur. lib.* 5. *cap.* 87. Tiraq. *de iur. primog. queſt.* 6. *num.* 17. *Rot. deciſ* 490. *num.* 8. *vbi quod diſpoſitio, l. pactum, quod dotali* 15. *locum ſibi vendicat. ſiuè tota hæreditas, ſiuè eius quota promiſſa legatur p.* 4. *receu. & induta Aſculana bonorum coram bon. mem. Sacrato relata per* Grat. *d. diſcept.* 692. *nu.* 30. prout in proprijs terminis, de faciendo filium hæredem, tradunt Gabr. *conſ.* 237. *numer.* 3. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 794. *num.* 4. *&* 7. *& conſ.* 1028. *num.* 3. *&* 4. Bell. Iun. *conſ.* 22. *nu.* 3. vbi fauorabilem eſſe cauſam potius liberi arbitrij, quam matrimonij, *& numer.* 9 Cyriac. *contr.* 88. *numer.* 10. *& ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. legal. p.* 4. *queſt.* 25. *art.* 1. *ſub num.* 2. Fontanel. *de pact. nup. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *p.* 4. *num.* 15. quam pro-
9 miſſionem, licet factam in capitulis matrimonialibus eſſe reuocabilem, vt exitus comprobauit, dixerunt Theſ. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *queſt.* 79. *verſ. aliud* Molin. *de rit. nupt. lib.* 3. *queſt.* 2. *nu.* 74. *&* 75. *verſ. his adden.* reuocatam autem cenſeri præfatam diſpoſitionem, ſic emanatā ſtatim atque pregenitor al ū ſcripſit hæredem. Anchar. *conſ.* 404. *numer.* 3. Menoch. *conſ.* 806. *nu* 1. *& ſeqq.* Surd. *conſ.* 110. *num.* 18. Cyriac. *contr.* 351. *num.* 1. *Rot.* 33. *numer.* 1. *&* 3. *p.* 6. *rec.*

10 Deciſio verò in cauſa lauretana donationis 20. Februarij 1641. coram Eminentiſſ. Cardinali Veroſpio contrariū non decidit, dum in illa tantum diſputabatur, an donatio eſſet inter viuos, cauſa mortis; præſens autem diſputatio, tota verſatur in pacto de futura ſucceſſione, ac de inſtituendo Thomā de Gay hæredem vniuerſalem, inducendo votum captandæ mortis, indè oritur diuerſitas caſuum, nec ſuſtinetur pactum controuerſum licet factum fauore certi matrimonij *tex. in l. pactū, quod dotali* 15. *vbi gloſſ. C. de pact.* Cyriac. *controu.* 88. *num.* 11. *&* 12. Grat. *diſcept.* 692. *num.* 32. *cum alijs, vbi ſupra, vndè dicta deciſio Laurentana non applicatur.*

Ponderatum etiam fuit, quod coniuges, qui matrimonium contraxerunt, ſub præfata promiſſione, neque ad hæreditatem, neque ad intereſſe agere valent, cum cenſeatur, eos ſenſiſſe cuā à principio, quod illa promiſſio inſtituendi hæredem in tantum valere, in quantum promiſſor in eadem volūta-
11 te permanere, vſque ad obitum, *l. fin. C. de pact ibi*, & in ea, vſque ad extremum vitæ ſuæ ſpatium perſeuerauerit, &c. venitque imputandū coniugibus, ſi non cenſuluere, illam promiſſionem irreuocabilem reddere, nec adhibuerunt illam diligentiam, quam adhibere tenebantur Cagnol. *in l. exigere dotem num.* 5. *ff. de re iud.* Alciat. *in l. licet num.* 6. *&* 7. *C. de pact. & in proprijs terminis* Bald. *in l. cum Archimedoram. nu.* 12. *in fin. C. vt in poſſ. leg.* ibi reprobat contrariam ſententiam, atque ſtultū fuiſſe, qui ſic contraxit. Cyriac. *contr.* 88. *num.* 13. *&* 14. Gomez. *ad l. Tauri* 22. *num.* 21. *in fin. verſ. ex quo collige* Theſ. Iun. *queſt.* 79. *num.* 10. vbi ponderat, quod ſi iſtud intereſſe eſſet debitū omnes contractus, quos leges annul-

lant, & in quibus promiſſio eſt ſubſequta per hanc rationem ſuſtinerentur *lib.2.* Peregr. *deciſ. Patau. 50. num. 6.* indeq. fuit reiecta diſtinctio inter contractum ex cauſa oneroſa, vel lucratiua adducta, per Menoch. *conſ.*1136. *num.* 8. Gabr. *conſ.*137. *nu.2. lib.1.* Grat. *diſcep.* 692. *num.*44.

12 Demum non obſtat conſuetudo Prouinciæ Occitanæ, in qua talis promiſſio facta legitur, & totius Galliæ iuxta quã ſuſtineri huiuſmodi pacta teſtatur, Franc. Marc. *deciſ.*132. *nu.*8. *p.*2. Add. ad Papon. *lib.2. Tit.3. arreſt.2. verſ. eo, quod in Francia,* Criuell. *dec. Dolan.*147. *num.*1. & 2. quia quid quid ſit de validitate huius conſuetudinis, quam non valere, dixit Bald. *in d. l. cum Archimedonam. nu.*12. *in fin. & ibi ad d. lit. A. C. vt in poſſ. legat. cap. deteſtanda, C. de conceſſ. preben. in* 6. Cald. *conſ.*42. *alias* 4. *de conſuetud. ſat eſt reſpondere, cum* Theſ. *deciſ.*225. *nu.*13. *verſ. ſed reſtringerem, quod in vim conſuetudinis valeat forte promiſſio, ſed adhuc ſit reuocabilis per dictum* Ioannem *iuxta tex. in l. fin. C. de pact. & in l. cum donatione. C. de tranſact. & in his terminis* Beor. *deciſ.*204. *numer.*14. *circa fin. verſ. & hoc probant, & ſeqq. vbi adducit concordantes.* Molin. *de primog. queſt.*81. *numer.* 8. Marta *de ſucceſſ. legal. p.*4. *queſt.*25. *nu.* 4. 6. & 7. Molin. *de rit. nupt. lib.3. q.2. num.*41. & 53. Vltrà quod talis conſuetudo non probatur in loco, & Prouincia Auenionen. de qua promiſſor, & in qua Prouincia bona ſituata reperiuntur, vt debet, Dec. *conſ.* 225. *numer.*6. *verſ. non obſtat* Peregr. *de fid. art.* 51. *num.*35. Pedem. *deciſ.*100. *nu.*47. *verſ.* & dato quod cõſtaret, nec ſufficit, quod locus contractus eſſet ſub Prouincia Occitana, in qua talis conſuetudo forte viget, quia locus contractus attenditur tantum, quoad ſolemnitates in contractu ad hibendas, Cancer. *var. reſol. lib.1. cap.10. ſub num.* 21. *Rota in Romana, ſeu Peruſina Cenſus* 12. *Decembris* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio.*

Vltrà quod nec talis conſuetudo, vti contra bonos mores, & contra leges, & quæ inducit votum captandæ mortis eſſet extendenda ad hæc bona exiſtentia extra Prouinciam, in qua talis conſuetudo non viget Giurb. *cõſuetud. Meſſan. in præf num.*33. & 34. Menoch. *conſ.*401. *num.*25. & *conſ.*86. *num.*23.

13 Quibus ſtantibus Domini dicebãt talem promiſſionem, per præfatum Ioãnem potuiſſet reuocari, prout fuit reuocata ex quo quæcũque diſpoſitio per modum vltimæ voluntatis, prout fuit controuerſa, non effectum ſortiatur, niſi mortuo Teſtatore *l.*4. *ff. de adim. & transmit. leg. l. vltima, §. penult. C. de pact.* ibi ſi donec vixerit permanſerit in eadem voluntate, Bald. *conſ.*458. Titius *habens lib.*5. id circo ea fuit vſque ad vltimum eius vitæ ſpiritum reuocabilis prout omnia Teſtamenta, ex ſupradictis.

Et ità reſolutum vtraque parte informante, &c.

De S. R. R. Auditorio,

Cap. XIX.

Argumentum.

Donatio facta contemplatione certi, & determinati matrimonij ad fauorem Patris, & filiorum, quando requirat qualitatem hæreditariam.

Remiſſoria quo caſu denegetur.

SVMMARIVM.

1 Remiſſoria quando denegetur.
2 *Appellatione hæredum, quando veniant heredes ſanguinis.*
3 *Stipulatio pro ſe, & filijs, quando requirat qualitatem hæreditariam.*
4 *Donatio, contemplatione certi, & determinati*

terminari matrimonij, quo caſu ſupponat qualitatem hæreditariam reſpectu Patris.

5 *Stipulatio donatarij non attenditur, ſed promiſſio donantis.*

R.P.D. VEROSPIO

In Cauſa Auenionen. fideicomm.

Lunæ 4. Februarii 1647.

DECISIO. II.

EXcluſo fideicommiſſo in Caſtro Sancti Trinquetti, per ſtipulationem Notarij, pro hæredibus,& ſucceſſoribus quibuſcunque receptam,& ex pluribus alijs coniecturis in præterita deciſione deductis, coram me, ſub die 30. Aprilis 1630. præteriti, Petrus de Pol Pronepos donantis, vt oſtenderet donationem ad hæredes ſanguinis fuiſſe reſtrictam, & in ea idcircò ſe tantum comprehenſum, non autem Catherinam aduerſariam, vt extraneam, inſtetit pro remiſſoria articulando,quod verbum Noirs adiectum in ſtipulatione per donatarium, ſolum in hæredibus ſanguinis verificetur, tum ex generali ſtylo Ciuitatis Auenionen.tum ex particulari conſuetudine Notarij, qui inſtrumentum donationis confecerat, verbum verò Neriſiers, extraneos etiam hæredes includat; Eam tamen hodie Domini de-
1 negarunt tanquam irreleuantem iuxta diſpoſitionem *tex. in l. ad probationem, & per gloſ. ibi in verbo non conuenit, ff. de probat.& in cap.cum contingat in verbo nihilominus de officio delegati*, prout alias ex hoc eodem fundamẽto pluries denegauit hoc Tribunal, vt coram Ceſare de Graſſis *deciſ. 1. & 2. de dilation. coram* Mohed. *deciſ. 1. num. 6. de probat. coram* Veral. *deciſ. 66. num. 1. & deciſ. 68. num. 2. p. 3. & coram* Greg. *deciſ. 122.*

Hæc autẽ irreleuãtia ex eo cõcluditur, quod in inſtrumento donationis certę, ac determinatæ perſonæ vocantur à donante, Ioannes videlicet ac filij ab eodem eligendi eiſque deficientibus ſine liberis, Gabriel eiuſdem frater, ſi viueret, ſin minus ipſius liberi, ſub qua vocatione comprahendi non poterit Petrus Donantis pronepos, ex deductis in deciſione præterita, nec etiam includi in donatione, recepta à Dona-
2 tario pro ſe, & hæredibus, licet ſanguinis, dum non eſt hæres donatarij, à quo rem donatam habere cenſetur, non autem à donante, vt declarat Fontanel. *de pact. nuptial. clauſula 4. gloſ. 9. p. 1. nu. 10.* diſtinguendo inter emphytheuſim patri factam, & filijs, & ſoli Patri conceſſam, recipienti pro ſe, & filijs, vt primo caſu admitti debeant filij, tanquam filij, quibus idcircò queſitum cenſeatur Dominium rei emphitheuticæ; Altero verò caſu ſecus, nec admittantur, niſi fuerint hæredes Patris, quam diſtinctionem ponderat Dec. *conſ. 210. num. 4. & 5.* Soccin. Iun. *conſ. 88. num. 5. in fine cum ſeq. lib. 2.* Ludouic. Bellon. *conſ. 45. nu. 2. & 3.* Surd. *deciſ. 324. num. 6.* Hodierna *ad eundem in deciſ. 322. num. 2.* vbi æquitati innixam, ac in praxi recipiendam, atte ſtatur *Rota coram* Buratt. *deciſ. 861. nu. 4.*
3 *& 8.* & dubio quod donatio à Patre ſtipulata pro ſe, & filijs, pro filijs, vti Hęredibus recepta præſumatur, *notat gloſ. in l. ſi tibi decem, §. pactus in verbo proderit circa finem, vbi etiam* Bart. *num. 8.* Angel. *num. 2. ff. de pactis. idem* Bart. *in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig.* Iaſ. *nu. 27.* Alciat. *num. 28.* Menoch. *conſ. 255. num. 17. & plures alij adducti per* Alciat. *de præſum. reg. 1. præſum. 31. num. 1. cum ſeq.* & quoties in ſtipulatione hæredũ, etiam nomẽ exprimitur (prout hoc caſu contingit) vt admitti non poſſint filij niſi fuerint etiã patris Hæredes tradit Bart. *in l. vt iuſiurandum, §. ſi liberi nu. 3. ff. de oper. liber. per text. in § emphitheuſim* Auth. *de non alienan.* Iaſon. *in l. 2. C. de iure emph. num. 188.* & plures alij adducti per Peregr. *de*

ſideicom. art. 32. num. 14. & 15. Clar. *in §. emphiteuſis quæſt. 16. num. 2. & quæſt. 37. pariter num 2. & in §. feudum. nu. 2. circa finem*, & de communi teſtatur Criuell. *deciſ. 18. num. 11. verſ. contrariam opinionem.*

4 Non obſtat quod donatio cōtrouerſa contemplatione certi, ac determinati matrimonij facta fuerit, quo caſu filijs cenſeri ius quæſitum, tanquam filijs, non autem tanquam hæredibus, tradit Ioannes Franc. à Ponte *conſ. 80. num. 11. & 16.* & alij adducti *per Addit. ad deciſ.* Buratt. 861. *& in Romana diuiſionis 10. Iunij 1641. coram R.P. D. meo Cerro in §. immo*, nec alia capi debet interpretatio; quia concluſio procedit ad effectum, vt irreuocabilis dicatur donatio reſpectu donantis, & ſic debet intelligi, vt fuerit ius quęſitum filijs ad impediendam alienationem, non tamen ſi Patris hęredes non extiterint, itàut tunc admitti non debeant, vt declarat idem Ioannes Franc à Ponte *eodem numer. 16.* Ludouic. Bell. *conſ. 128. num. 13.* Capic. Latro *conſult. 76. nu. 54.* Ricc. *in Collectan. deciſio num. 3948. in §. vaniſſima, mihi ſemper eſt viſa Rot. in Romana fideicommiſſi de Incoronatis. 5. Martij 1640. coram bon. mem. Pirouano in §. tertius eſt caſus*, vbi pretereà concludit, quod non bene inferatur, ex cauſa Matrimonij ad ſtipulationē pro filijs, vt filijs, non autem, tanquam hęredibus.

5 Hinc verò dignoſcitur irreleuantia probationis articulatę dum à Donante in ſubſtantia donationis non fuerunt nominati hęredes ſanguinis; ſed ſolum in ſtipulatione donatarij, quę ad hunc effectum non attenditur, vt fuit ſuperius oſtenſum, & fortius demonſtratur ex ſubſequentibus verbis ſtipulationis pro ſucceſſoribus, quibuſcunque extraneorum incluſiuis in hac materia indifferenti, vt reſpondit *Rota, coram* Mant. *deciſ. 18. num. 5. & deciſ. 587. nu. 2. & 3. p. 1. & 251. num. 6. p. 5. rec, & in Portuen. ſtagni 13. Iunij 1646.* & in alijs in preterita deciſione deductis, coram me *ſub 30. Aprilis 1646. in §. tum etiā, etc.* Quę ſanè verba, tanquam clara excludunt irreleuantiam articulatę credulitatis pluries factę per Ioannem, ac Gabrielem circa donationē Caſtri controuerſam, quod illa extraneos non includeret, ſed reſtringeretur ad ſuos, cū talis declaratio, ſeù reputatio non attendatur, tanquam erronea, nec illorum hęredibus præiudicialis exiſtat, *l. 1. C. de falſa cauſa adiecta l. non probatur, ff. de confeſſis, l. ſi poſt diuiſionem, C. de iur. et fac. ignor. Rot, deciſ. 200. num. 12. p. 1. et 320. num. 7. p. 5. recent.*

Et demū articulata materia, Dominis reddi viſa fuit irreleuans, ex pluribus coniecturis, ponderatis in deciſione preterita; coram me emanata ſub 30. Aprilis 1646. quæ efficaciter ſuadent filios Gabriellis in conditione poſitos, non eſſe diſpoſitiuę vocatos, & adhuc remaneat in ſuo robore, licet articulata probatio iuſtificaretur ex aduerſo. Et ità vtraque, &c.

De S. R. R. Auditorio,

Cap. XX.

Argumentum.

Alimenta, & ſumptus litis, quando debeantur, & an computanda ſint in ſortem, & debeant reſtitui per Actorem ſuccumbentem.

De exceptione metus aduerſus obligationem, quomodo probetur, & quid releuet, & an ſolutum ex falſa cauſa poſſit repeti, & præſcriptio an iuuet in foro conſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 A*D obtinenda alimenta, requiritur præſumptio boni iuris, vna cum paupertate plenè, et concludenter probata*

Digitized by Google

probata ad effectum, de quo agitur.

2 *Obligatio, & fideiuſſio reſtituendi alimẽta, & ſumptus litis non iuuat, etiam quod Actor ſuccumbat, minuſque imputari poſſunt in ſortem.*

3 *Reum ſumministrare expenſas Actori, eſt contra æquitatem naturalem.*

4 *Sententia abſolutoria inducit præſumptionem mali iuris in Actore.*

5 *Neceſſarius defenſor, ſicut admiſſus ad cauſam, facit omnia acta ſua, ità, & iuuatur ſententia abſolutoria.*

6 *Sententia acceptata, non poteſt in parte reſpui.*

7 *Exacta ſorte, fructus non debentur, etiã ſtante proteſtatione, quo ad fructus.*

8 *Fructus in iudicio ſpolij, antè motam litem non debentur.*

9 *Tutus præſcriptione triginta Annorum, nõ poteſt actione ſpolij, nec qualibet actione perſonali moleſtari.*

10 *Præſcriptio iuuat etiam in foro conſcientiæ.*

11 *Scriptura antiqua probat abſque recognitione.*

12 *Partita decima, quando, & contra quos probet.*

13 *Cauſa falſa, tollit efficaciam, etiam in ſtrumento quarantigiato.*

14 *Dolus probatur ex coniecturis.*

15 *Dolus, & metus quomodo probentur.*

16 *Declaratio celeriter facta arguit metum.*

17 *Læſio adminiculat metum.*

18 *Præſentia inimicorum arguit metum.*

19 *Subſcriptio Apocæ inter epulas, & vinum, dicitur ſuſpecta.*

20 *Locus remotus, & clauſus arguit metum.*

21 *Obligatio metu extorta eſt nulla.*

22 *Præſumptio boni iuris, ad obtinenda alimenta, debet eſſe non leuis.*

23 *Requirit ſententia.*

24 *Exceptiones, quæ impediant præſtationem alimentorum.*

25 *Solutum ex falſa cauſa, repetitur.*

26 *Solutum ab eo, quem tuebatur præſcriptio triginta Annorum, repetitur.*

27 *Narrans falſa pro obtinendis alimentis, & ſumptibus litis, non debet obtinere.*

28 *Spolium commiſſum per Actorem impedit præſtationem alimentorum, numer. 32.*

29 *Quando liceat propria auctoritate, ingredi poſſeſſionem rerum ſui Debitoris.*

30 *Non purgato ſpolio ſumptus, & alimenta litis non debentur.*

31 *Reſcripta ſunt intelligenda prout de iure.*

32 *Spolium, reſcripto Principis, non facile tollitur.*

33 *Pendente compromiſſo non licet attentare.*

Volaterana Spolij.

Illuſtriſſime Domine.

RESiſtunt omnia iura cõtra prætenſionem nouiter excitatam per Aduerſarium, vt ſibi ſoluantur alimenta, quæ ex aduerſo adducta fuere in præcibus porrectis Sereniſſ. D. N. ex facto retorquentur, ponderando ſeriem facti, quæ eſt huiuſmodi.

Anno 1641. D. Io. Petrus Aduerſarius, aſſerens ſe filium, & hæredem Io. Pauli de Lutijs, intentauit iudicium ſpolij pro reintegratione ad poſſeſſionem Domus poſſeſſam per Camillum Moreſium, habentem cauſam ab Auctoribus D. Franciſci Lutij Informantis, qui venit ad cauſam tanquam neceſſarius defenſor D. Moreſij, & ſuſcepit in ſe iudicium motum, & licet placuerit D. Iudici ſententiam fauorabilẽ proferre ad fauorem D. Aduerſarij, & tamen quoad penſiones dictæ domus ex aduerſo petitas totalis, & plena abſolutio emanauit in dicta ſententia. Videns igitur Aduerſarius proſpere ſibi cecidiſſe primũ facinus cogitauit alia moliri, & in contemptum præfatæ ſententiæ abſolutoriæ à penſionibus prædictis illas nihilominus extorquere.

Ad iſtum effectum non ignorans D. Franciſcum Volaterris commorare à pluribus annis, parum fecit, nulliter contra ipſum, eo non legitimè citato, inſtitue-

inſtituere iudicium coram Ordinario Aretino, dummodo principalem finē conſequeretur, vt ad ſententiam deueniretur nulla per eum habita notitia etiam iudicij moti, ne dum ſententię ferendæ. Hinc factum fuit quod contra ſtilum, & praxim omnium Curiarum, nullis præuijs diligentijs de perſonaliter citando D. Franciſcum ex abrupto, obtinuerit Aduerſarius, in Curia Epiſcopali Aretina deputari Curatorem, qui citandus eſſet ad ſingulos actus loco D. Franciſci.

Verum euentus fuit contra votū Aduerſarij, quia cum ad aures D. Franciſci indirecte peruenerit de hac deputatione Curatoris, agnoſcens grauamen appellauit ad Sanctiſſium, & cauſa Appellationis, per Breue Apoſtolicum commiſſa fuit Iudici Synodali Volaterrano, à quo citatorię, & inhibitoriales emanauerunt executioni demandatę, tam contra Iudicem, quam contra Aduerſarium perſonaliter.

Videns hinc Aduerſ. inanes hos ſuos conatus, non tamen animo defecit, ſed alia moliri decreuit fortiora. Itaque cum ſuis promotoribus maturo habito conſilio, compoſuit ſcripturam cuius tenor n. . . . . in cuius vim (accedente tamen ſubſcriptione D. Franciſci) ipſe D. Franc. obligabatur non ſolum ad dictas penſiones domus ſoluendas, ſed etiam agnoſcebat Aduerſarium in cōſobrinum, & vocatum ad donationem eum declarabat.

Tota autem difficultas verſabatur in modo extorquendi dictam ſubſcriptionem à D. Franciſco, ſed piger non fuit Aduerſarius in perſcrutando modum, illumque effectuandi magna cum calliditate. Tranſtulit ſe vna cum filio ad iſtum effectum Volaterras noctis tempore die 23. Iunij 1645. præmiſſis tamen duobus eius mancipijs abſq́ue verſutis in dicta ciuitate, quorum opera clandeſtinè parata fuit. Taberna in ſuburbiis Volaterranis, in qua opportunè receptus fuit obuijs tamē dictis duobus præcurſoribus, prætergrediens ciuitatem eius ingreſſum vitauit, longiori itinere, & in taberna cum eiſdē mancipiis vnico cubiculo, & menſa cibum, ſomnumq; cępit dicta nocte.

Adueniēte die Feſtiuitate Claro S. Io. Baptiſtę ſūmo mane miſit dictos duos præcurſores loco ſpeculatorum ad aucupandam perſonam D. Franciſci, eius votis adfuit fortuna, ita vt nihil opportunius ſibi contingere potuerit: quoniā D. Franciſcus procul ab omni ſuſpicione huiuſmodi rerum, dicta die ſub ſolis ortu celebrato Sacroſancto Sacrificio in Eccleſia S. Hieronymi Fratrum de Obſeruantia reuertebatur, dum à dictis ſpeculatoribus fuit inuentus, vnde de eorum alter ſtatim ſe tranſtulit ad certiorandum de hoc dictum Aduerſarium; alter vero blandis verbis habito cum eo colloquio ſub ſpecie negocii reduxit D. Franc. ad viridarium præfatæ Eccleſię vt ociū hinc haberet Aduerſ. eum inueniendi in loco remoto, & oportuno, vt euenit, quoniam via muris vndique ſepta, & remota extra Ciuitatem ſe obtulit Aduerſ. dicto D. Franciſco ſtipatus eius filio, & altero ſpeculatore.

At D. Franciſcus perterritus improuiſu acceſſu illorum, quia adhuc manus ſanguinolentas habebant ex nece ſui fratris, & agnoſcens ſe eſſe inter inimicos, & in loco ad facinora accomodato diſſimulauit pauorem, & anguſtias animi ſui, & bonis verbis ad inuicem adhibitis; iam prope erat taberna, in qua pernoctauit Aduerſarius vna cum dictis ſpeculatoribus externa nocte, & in qua etiam equi parati erant ad oportunam fugam, ſi caſus contingeret, quaneo Aduerſ. rogauit D. Franciſcum vt ad dictam tabernam accederet, vt oſtenderet ſe reconciliatum cum eo, & filio, & ibi in loco remoto parata menſa, quo nec etiam tabernarijs patebat acceſſus, dum D. Franc. per plures vices ad oſtendendam reconciliationē biberat, & ita vt ebrius poſtea iudicatus fuerit, vt n. . . . . non dum confecto prandio paratam ſchedulam obligatoriam exhibent, & tam Aduerſarius, quam eius filius inſtant pro ſubſcriptione;

ſcriptione, reſiſtit pluribus vicibus D. Franciſcus, inculcant verba Aduerſarij, miſcent altercationes, ciuili, & ſolito more loquendi poſt habito, demũ inter epulas, & vinum ſolis dictis ſpeculatoribus præſentibus extorquent à D. Franc. ſubſcriptionem, immediate aſcendunt equos, & meridianis vrgẽtibus magnis caloribus per viam inſolitam Aduerſarij ſe transferunt Florentiam. D. Franciſcus vero adhuc vacillans propter vinum, & timorem vix ſe tranſtulit domum, vbi euomuit pro tumulento habitus ab omnibus.

Altera die refectis viribus exhibuit Ordinario Volat. declarationem in reprobationem dictæ ſubſcriptionis vti metu, & malis artibus extortæ, vt n...

Aduerſarius vero prædictus, citra querelam D. Franciſci, ſed ex officio, & ad querelam Bariſelli Volaterrani, fuit in carcerem coniectus, & ſuper præmiſſis proceſſatus, abſolutus tamen cum reſeruationibus de quibus in dicta ſententia, vt n.... Quã emanata ſtatim contra eius formam tranſtulit ſe ad Terramnouam, vbi ingreſſus domum D. Franciſci ſub ſpecie longioris itineris quæritans parum vini ab eius factore in eam ſe intruſit, & raptis clauibus eiecit factorem, & cuſtodem dictæ domus, & multam quantitatem frumenti vini, Olei, Lanæ, Cacei, ibidem exiſtẽtium ſtatim dilapidare cæpit nullo confecto inuentario, vt n.... Mox in poſſeſſionem omnium ſtabilium D. Franciſci ſe pariter intruſit extorquendo tanquam Dominus caſeum, ſegetes, & fructus à colonis.

Quorum certior factus D. Frãciſcus ad cohercendum Aduerſarium à dictis turbationibus, & ad ſe manutenendum in poſſeſſione inſtetit coram Delegato Apoſtolico pro vſu interdicti, §. *retinendæ Inſt. de interd.* qui D. Delegatus, ſtatim ad remouenda ſcandola, auocauit ad ſe poſſeſſionem, mox ſeruatis ſeruandis mandatum de manutenendo ad fauorem D. Franciſci relaxauit, quod fuit executioni demandatum.

Poſtmodum vero omnes prætenſiones hinc inde remiſſæ fuerunt in Sereniſſ. D. noſtrum, qui annuens precibus commiſit cauſam referendam Excellẽtiſſ. Dom. meis.

Corã quibus petit Aduerſarius reintegrari ad poſſeſſionem prefatorum ſtabilium. D. Franciſcus excepit illum fuiſſe rite, & recte priuatum per decretum Delegati Apoſtolici, ac proinde non competere reintegrationem, ſed tanquam expoliatorem adſtringendum eſſe ad purgandum ſpolium commiſſum, ob occupationem mobilium D. Franciſci.

Examinatis pluribus teſtibus, inductis à Franciſco cum 200. Interrogatorijs Aduerſarij ad probationem, & liquidationem d. ſpolij mobilium porrexit Aduerſarius ſupplicem libellum Sereniſſ. vt referretur vel ſuper dicta reintegratione in primis, & ante omnia, vel quod aſtringeretur hęc pars ad ſoluendum ſcuta ducenta d. Aduerſario pro alimentis litis, & facta per Excellentiſſ. Dom. meos relatione reſcriptũ fuit. *Faccianſi le relationi conforme al Reſcritto ſopra meriti, non oſtante l'ecceZioni.*

Reiectus igitur Aduerſarius à dictis alimẽtis petijt corã Excellentiſſ. Dom. meis referri pẽſiones dictæ domus iuxta apocam, vt ſupra extortam ſibi eſſe debitas, & donationem ad ſui fauorem, fuiſſe purificatam.

D. Franciſcus vero firma remanente exceptione ſpolij inſtetit referri ſuper quãtitate bonorum ſubtractorum pro eorum reſtitutione, & petita per Aduerſarium declarari non fuiſſe, nec eſſe legittima. Integro compilato proceſſu ſuper his, & facta hinc inde productione Iurium in calculo relationis faciendæ porrexit Aduerſarius rurſus ſupplicem libellum pro alimentis mille calumniis plenum vnde reſcriptum fuit. *Li ſuddetti Giudici ſentite le ragioni delle parti riſ. riſchino à S. A. quello che loro parerà conuenirſi per la bona giuſtitia.*

Referendum autem videtur nullo iure d. alimenta Aduerſario deberi ex infraſcriptis.

Deficit

Deficit enim Aduerſarius in vtroq; requiſito paupertatis, & præſumptionis boni iuris, quibus copulatiue non concurrentibus nõ eſt locus preſtatio-
1 ni alimentorum, & quidem paupertas plene, & concludenter probanda eſt, ita vt præſumptiones, & coniecturæ ſatis non ſint ad iſtum effectum, *vt latè per Rotam in Vbixkenen. Matrimonÿ coram Pirouano de qua ſiſtatur addens ad Buratt. deciſ.* 707. *nu.* 10. quinimo probanda eſt ſtricte reſpectu, de quo agitur, *vt reſoluit Rota apud* Card. Seraph. *deciſ* 42. *in recent. deciſ.* 470. *numer.* 5. *part.* 2. Beltram. ad Greg. *deciſ.* 189. *nu.* 7. *verſ. paupertas* D. Gratioſus Vbertus *de citation. cap.* 15. *num.* 52. *tom.* 3. Hic autem contrarium conſtat ex confeſſione Aduerſarii, quia facta inſtantia, per hanc partem, vt ipſe tanquam forenſis, (& qui modo ſe facit clericum modo laicum) præſtaret fideiuſſionem præſcriptam per ſtatutariam diſpoſitionem, cõtinuo allegauit in eius comparitionibus, ſe poſſidere ſtabilia in Sereniſſ. ſtatu, vnde tantum adeſt, vt probet paupertatem, vt potius facultates habere confiteatur, non ſolum ad ſuſtinendas expenſas litis pro eius parte, ſed etiam in caſu ſuccũbentiæ ad parendum iudicato, & quoad expenſas, & quoad ſortem, quod ſolum ſufficeret ad excluſionem ab his alimentis, quia lex, quæ mandat præſtari huiuſmodi alimenta, adeo pauperem ſupponit collitigantem, vt nec etiam fideiuſſionem
2 de eis reſtituendis, neque in ſortem ea imputari velit, neque obliget ad reſtitutionem in caſu ſuccumbentiæ, *vt reprob.* Couarru. *late exornat.* Beltram. ad Greg. *deciſ.* 189. *num.* 7. *vbi alÿ*.

3 Non minus deficit Aduerſ. in altero requiſito neceſſario, præſumptionis boni iuris, ſine quo obtinere non poteſt, vt hoc tam graue onus iniungatur reo conuento, proprias pecunias ſubminiſtrandi ei, a quo diſpendia, & moleſtias ſuffert contra omnem æquitatẽ naturalem, *vt bene docebat* Baldus *in l. Imperatores num.* 1. *ff. de Tut. & rat. diſtrah. vt late proſequitur* Surdus *de aliment. tit. prl. quæſt.* 120. *nu.* 3. *& quæſt.* 110. *nu.* 1. *Rota coram* Buratt. *deciſ.* 485. *num.* 1. prætendendo enim penſiones domus à ſeptuaginta, & vltra annos, dum in eadem ſententia, per quã conſequutus fuit domum, plenaria abſolutio continetur, de notorio malo iure redarguitur, ne dum boni iuris præ-
4 ſumtionem habeat, *vt firmant Doctores omnes in l. ſi ſeruus plurium* §. 1. *ff. de leg.* 1. *& præſertim* Bald. & Bart. *latè proſequitur* Gerius Spinius *in conſ.* 3. *n.* 5. *ſol.* 13. *vbi plurimos*.

Neque iuuat Aduerſarium quod ſententia fuerit lata in iudicio ſpolii intẽtato ab Aduerſ. contra Camillum Moreſium poſſeſſorem, & habentem cauſam ab Autoribus D. Franciſci, quia cũ tanquam neceſſarius defenſor Moreſii, D. Franciſcus ante ſententiam, ſuſcepit in ſe dictam litem, & venerit ad
5 cauſam, non ſolum ſententiam inde emanatam, ſed etiam omnia acta fecit ſua, & ideo ſicut ſibi nocuit ſententia, ita, & iuuatur ex dicta abſolutione. Put. *deciſ.* 71. *lib.* 3. Seraph. *deciſ* 996. *num.* 1. Greg. *deciſ.* 303. Buratt. *deciſ.* 833. *num.* 10. *Rota in recent. deciſ.* 313. *num.* 6. *par.* 6. Gerius Spinius *conſ.* 71. *numer.* 35.

Neque obſtat quod ex aduerſo dicitur dicta ſententia cum ſit fauorabilis dicto Aduerſario, ita faciat aliquã præſumptionem pro fructibus, ſeu penſionibus decurſis, quia ſententia eſt indiuidua, & ideo executioni per Aduerſarium demandata, quoad domum, non
6 poteſt impugnari reſpectu abſolutionis penſionum decurſarum *ad tradita per* Buratt. *deciſ.* 286. *num.* 3. *& deciſ.* 337.
7 *numer.* 22. Et ſi verum eſt, vt eſt veriſſimum ex acta ſorte fructus amplius peti non poſſe, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 45. Etiam ſi fuerit proteſtatum de ſibi non præiudicando, quoad fructus, *vt late per* Gratian. *conſ.* 145. *lib.* 2. tanto magis eſſet abſurdum, quod accepta domo per Aduer prætendat poſtea illos fructus domus, quos conſtat ſibi non deberi eadem ſententia, qua domum prædictam obtinuit. Spinius *d. conſ.* 3. *num.* 5.

numer. 5. cum alijs ſupra deductis.
Sed circumſcripta etiam dicta ſenten-tia abſolutoria, prætenſio dictarum pẽſionum apparet omni iure reprobanda, quia fructus in iudicio ſpolii ante mo-
8 tam litem non debentur, vt in eiſdem terminis Teſaur. *deciſ.29. numer.*8. Caual. *deciſ.586. num.*4. Buratt. *deciſ.678. num.6.* Gratian. *diſcep.58. numer.*8.

Quod tutius applicatur ad excluſionẽ dictarum penſionum, quia cũ D. Franciſcus eſſet tutus poſſeſſione ſeptuaginta annorum, non ſolum fructus, ſeu penſiones prætatæ præſcriptæ erant. Gratian. *diſcep.422. num.*11. Sed etiam
9 quælibet actio ſpolii ab Aduerſ. intenta. Seraph. *deciſ.*1360. Menoch. *conſ.* 1050. *Rota in recent. deciſ.*79. *numer.*1. *& deciſ.*409. *p.*1. *& apud* Poſtium *de ſubaſt. deciſ.*428. *nu.*11. *& de manut. deciſ.* 44. *n.*7. *apud* Pacificum *de Saluian. dec.* 68. *n.*6. ſpatio enim ſolo triginta annorum omnis actio præſcribitur, & vnuſquiſque præſumitur ſatisfactus de ſuo credito *l. ſicut C. de praſcrpt. trig. ann.* Surd. *deciſ.*3. *nu.*3. adeo vt præſcriptio habeat vim pacti de non petendo, ſolutionis, & alienationis cauſę à patiente iura ſua pręſcribi, Bald. *conſ.*31. *col.*1. *lib.*3. Surd. *deciſ.*236. *n.*9. Gratian. *diſcep.* 881. *num.*18. *Rota in recent. deciſ.* 2. *o. num.*1. *part.*6. *& deciſ.*359. *n.*11. *par.* 5. Bertran. *conſ.*29. *lib.*2. *par.*1.

Neque dicat Aduerſarius cauſam obligationis dictarũ penſionum domus contentam in ſchedula, cuius vigore agit ad dictas penſiones fuiſſe exonerationẽ conſcientię autorũ D. Franc. quia cũ præſcriptio iuuet etiam in foro con-
10 ſcientię, vt de communi Theologorũ, & Canoniſtarum ſententia teſtatur Sotus *de iuſt. & iure lib.*4. *quaſt.* 5. *artic* 4. Tiraquell. *de praſcript.* §.1. *gloſſ.* 2. *circa finem, doctiſſimè* Sarmient. *Rota Romana Auditor celeberrimus lib.*2. *ſelect. ca.* 10. *n.*3. non minus hinc remanet falſa dicta cauſa obligationis. Eo magis quia conſcientia D. Franciſci, & eius Autorum non ſolũ iuſtificatur ex dicta longiſſima poſſeſſione pacifica poſt prætẽſam aſſignationem dictæ domus factã Io. Paulo vigore diuiſionis cum fratribus, abſque aliqua reclamatione ipſius, licet ſuperuixerit per annos triginta; ſed etiam ex pluribus monumentis, ex quibus apparet poſt dictam diuiſionem fuiſſe vigore compromiſſi eiuſdem Io. Pauli datam in ſolutum dicto Vincentio Lutio in excomputum debiti dicti Io: Pauli, vt conſtat ex eiſdem litteris Io. Pauli, quæ licet non fuerint regnitæ, tamen quoad conſcientiam hęc ſolemnitas non eſt neceſſaria, & in foro fori non minus earum fides æſtimanda eſt, quia cum ſint antiquę, & plurimę,
11 & adminiculatæ, etiam ex publico Inſtrumento compromiſſi facto per rogitũ Ser. Marci Antonii Carceris Notarij Sorani, ocularis inſpectio ſupplere debet recognitionem, vt fidem etiã in Iudicio faciant, ex late deductis per *Rotam in recent deciſ.*341. *nu.*43. *par.*5.

Neque refragatur partita decimarũ, ex qua ex aduerſo dicitur, dictam do-
12 mum vigore dictæ diuiſionis fuiſſe appoſitã ad creditum d Io: Pauli, neq; vnquam immutata vigore dictæ dationis in ſolutum, vnde anno 1641. tẽpore dictæ litis Aduerſarius illam deſcribi fecerit ad ſuum creditum, ex quo vnico fundamento reportauit ſententiã reintegratoriam ad poſſeſſionem dictæ domus ſub die 8. Februarij 1641.

Quia hoc noceret ſolum reſpectu tertij contrahentis cum eo pro quo cantat deſcriptio, vt eſt clara lex Sereniſſimi Magni Ducis, partita enim decimarum nõ probat dominium, neque poſſeſſionem, niſi contra conſentientem deſcriptioni, & in ea interuenientem, *l. ſi pater vbi* Bal. *C. de act. empt.* Alex. *conſ.* 10. *num.*5. *vol.*4. Menoch. *conſ.*147. *nu.* 51. *& conſ.*252. *num.*13. Peregr. *de fideicom. art.*44. *num.*9. Maſcard. *de prob concluſ.* 272. *num.*1. *vbi de communi Rota in recent. deciſ.*706. *numer.*6. *part.*2. & ideo tanto minus nocet quoad penſiones ſtante tam longa præſcriptione.

13 Cum igitur cauſa obligationis dictarum penſionum, remaneat ex prædictis falſa, tollitur omnis efficacia, & præſumptio, etiam quod de obligatione

conſtaret ex publico, quarantigiato in-
ſtrumento, *l. cum iuſiurandum ff. fam. exci-
ſcunda l. ſi poſt diuiſionē C. de iur. & fact.
ignor.* Decius *conſ. 600. per totum latiſ-
ſime,* Galleſ. *de oblig. cum queſt. 17. num.*
78. Tiraq. *de ceſſan. cauſ. num. 224* Ga-
briel. *conſ. 62. num. 3. & ſeq. lib. 2.* Bu-
rat. *cōſ. 361. n. 3. lib. 4. n. 4. Rota in recent.
deciſ. 255. num. 1. par. 2.* Buratt. *deciſ.*
282. *num. 1.* Duran. *deciſ. 273. num. 4.
Rota poſt 2. vol. conſ. crim.* Farin. *deciſ.*
206. vbi quod iuramentum propterea
doloſe extortum non nocet.

Ergo multo magis cum ſubſcriptio di-
ctę ſchedulę in qua fundatur dicta obli-
gatio appareat vndique malis artibus,
& metu doloſe extorta; dolus enim, &
14 metus ex ſerie facti, & ex coniecturis
ſatis probatur. Boer. *deciſ. 101. num. 4.
& 5.* Maſcard. *de prob. concluſ. 1052. nu.
1. & ſeq.* Afflict. *deciſ. 69. num. 8.* quæ
coniecturæ in caſu noſtro plurimæ, &
vrgētiſsimę ſunt, etenim in primis ne-
gari non poteſt homicidas fuiſſe Ad-
uerſarium, & eius filium fratris D. Frā-
ciſci, quod valde vrget ad iſtū effectum
Maſcard. *de probat. concluſ. 1052. num.
1. & ſeq.* Afflict. *deciſ. 96. num. 8.*

15 Item certum eſt in magnum dedecus
euiſdem D. Franciſci, Aduerſarium de
pluribus criminibus calumnioſe accu-
ſaſſe D. Franciſcū, quod ſufficit ad con-
cludendam inimicitiam inter ipſos. Fa-
rin. *in prax. crim. tit. de ind. ad tortur.
quaeſt. 49. num. 73. & conſ. 192. num. 6. lib.*
2. & ideo magis abundat ad excluden-
dū ſpontaneum conſensū D. Franciſci,
concedendi Aduerſario momento tē-
poris, quod iudicialiter magna impen-
ſa, repugnauerat per plures annos in
ingentem paupertatem ſe detrudendo
quod ſolum ſufficeret, vt dicta ſubſcri-
ptio pro metu extorta eſſet habenda,
vt arguunt Rolan. *in conſ. 100. nu. 12. &*
128. *vol. 4.* Decius *conſ. 219. ſub num. 2.
in fine.* Alba *conſ. 77. nu. 24.* Curtius Iun.
conſ. 41. num. 18. Maſcard. *de prob. con-
cluſ. 1050. num. 41.*

16 Accedit declaratio coram Iudice im-
mediate facta per eundem D. Franci-
ſcum, quod eſt non leuis ponderis ad
comprobandum metum, & dolum Ad-
uerſarij Decius *conſ. 219. ſub numer. 4.
verſ. & hoc comprob. Rota coram* Buratt.
deciſ. 215. num. 15.

Quinnimo in caſū noſtro in quo con-
ſtat etiam de læſione ex prędictis, ſola
17 ſufficeret ad cōcludendum metum. Ia-
ſon *in l. ſi ita ſtipulatus num. 9. de Verb.
oblig.* Ruin. *conſ. 64. num. 11. lib. 1.* Nat-
ta *conſ. 627. num. 9. Rota coram Orano in
Romana legatorum 13. Nouembris* 1595.

18 Cōcurrit præſentia inimicorū abſque
aliquo ex cōfidentibus, & ex amicis D.
Franciſci, quod attenditur admodum
ad metum iudicandum. Boer *deciſ. 100.
num. 7. & ſeq. addens ad deciſ. 20. im-
preſſa poſt primum vol. conſ. crim.* Fari-
nac. *lit. B fol. 16.*

19 Conſtat, quod ſchedula fuit compo-
ſita Florentię per partes Aduerſarij, ne-
que prius viſa per D. Franciſcum, niſi
inter epulas, & vinum dum fuit ex ad-
uerſo extorta ſubſcriptio, quæ admodū
annuunt dolum Aduerſarij, vt dicebat
Bald. *in l. dolum 6. C. de dol.* Decius *conſ.
112. ante numerum primum verſ. & dicit*
Bald. *Rota d. deciſ. 20. impreſ. poſt 1. vol.
conſ. crim.* Farin. *num. 5.*

20 Vrgent locus remotus, ex quo libere
exire nō poterat D. Franciſcus *l. 1. §. pe-
nult. ff. de vi, & vi armor, l. ſuccurritur,
ff. ex quibus cauſ. maior.* Maſcard. *de
prob. concluſ. 1051. n. 45* Reſiſtentia per
plures vices facta per D. Franc. ſubſcri-
bendi d. apocā, & importunitas inciui-
lis Aduerſarij pro dicta ſubſcriptione
Afflict. *deciſ. 69. nu. 5.* Boer. *deciſ. 101.
num. 10.* tanto magis cum paria ſint ali-
quid coacte facere, vel metu ne coga-
tur, *l. nouiſſime vbi* Baldus *quando falſ.
tut. vel. curat. ſequitur* Decius *conſ.*
690. *viſis numer. 10.* Maſcard. *concluſ.*
1051. *num. 26.* Ex quibus dubitandum
non videtur dictam ſchedulam ſuffra-
gari nullatenus poſſe Aduerſario tan-
quam metu extortam, vti in fortiori-
21 bus terminis publici inſtrumenti qua-
rantigia roborati Aym. *conſ. 408. nu-
mer. 2. verſ. 2. reſpondeo lib. 3. Rota in re-
cent. deciſ. 526. num. 12.* Gratian. *diſcept.
64. numer. 40. & diſcept. 348. n. 9. & alios*

plurimos

Digitized by Google

plurimos congerit Fontanella *deciſ. Caſal.* 139. *num.* 20. *&* 21.

Quibus ſtantibus non videtur obſtare
difficultas excitata per Excellentiſſimũ
Dominum meum, quod habente Ad-
uerſario dictam ſchedulam obligato-
riam exceptiones oppoſitæ aduerſus
creditum in ea contentum, metus, fal-
ſæ cauſæ, præſcriptionis, &c. impedire
non poſſe præſtationem dictorum ali-
mentorum.

Quia vltra quod huiuſmodi argumẽ-
tum, non ſupplet probationem pauper-
tatis omnino neceſſariam, vt ſupra de-
duximus, nec etiam conclũdit præſum-
ptionem boni iuris, quæ cum debeat eſ-
ſe non leuis ad iſtum effectum, vt poſt
22 Couarr. *prat. cap.6. ſub num.6. verſ. mo-
do aliqua non leuis* Gabriel. *conſ.25. poſt
num.2. lib.1.* Valaſq. *conſ.1. nu.21.* Mo-
lina *de primogen. Hiſpan. lib.2. cap.16.
num.36.* quem refert, & ſequitur Me-
noch. *conſ.491. ſub num.33. verſ. & quod
non leuis præſumptio.* Greg. *deciſ.* 524.
*num.*3. Requirit propterea ex neceſſi-
23 tate, vt præceſſerit ſententia, vt per
tex. in l. inſtituta 27. *§. de inofficioſa, ff.
de inoff. teſtam.* firmãt ibidem gl. & ſcri-
bẽtes, & præſertim Bald. Alber. Angel.
& Caſtren. Salicet. *in l. vltima col.* 1.
verſ. quarit gl. & hanc eſſe communem
opinionem atteſtati ſunt Couarr. *prat.
cap.6. num.6. verſ. tertium quod habet,*
Anton. Corduba Hiſpanus. *in l. quis li-
beris, §. ſi vel parens de lib. agnoſc.* qui
plurimos allegat, vt teſtatur Menoch.
conſ.491. ſub num. 33. vbi etiam quod
à prædicta communi opinione recedi
non poteſt.

Sed admiſſa etiam opinione quod sẽ-
tentia non requiratur, non hinc tolli-
24 tur, iudicem non attendere exceptio-
nes per reum oppoſitas, & bene hinc
inde deducta librare, & perpendere,
denegando alimẽta vbi exceptiones, &
acta cauſæ vrgent pro reo, vt bene ad-
uertit Couarr. *d. cap.6. pract. n.6. in fin.
&* Menoch. *ibidem.* Cum igitur contra
creditum d. ſchedulæ nõ ſolum vrgeat
ſententia per aduerſarium obtenta, fal-
ſa cauſa obligationis, & præſcriptio lõ-
giſsimi temporis, & alia ſupradicta, quę
ſingula non ſolum reſiſtunt dictæ pro
miſsioni ſchedulę, vt ſupra deduximus,
ſed etiam ſoluti repetitionem indul-
25 geant ſoluenti, quando in executionem
promiſsionis proceſſum fuiſſet ad ſolu-
tionem, vt de ſoluto falſâ cauſâ promiſ-
ſionis firmant *DD. præſertim* Bartol. &
Paul. *in l.2. ff. quod metus cauſa. Rota in
Romana de Perottis impreſſa apud* Zach.
*de oblig. Cam. deciſ.*52. cum alijs pluri-
mis, quos refert, & ſequitur. *Rota coram*
Duran. *deciſ.*373. *num.*18. & de ſoluto
ab eo, quem tuebatur præſcriptio tri-
26 ginta annorum late comprobat, Balb.
de prǽſcript. par.1. quęſt.5. num. 10. *mi-
hi fol.*109. Cancer. *variar. reſol.* qui te-
ſtatur de veriori, *cap.15 num.30. par.1.*
merito dicendum eſt Aduerſ. nulla iu-
ris præſumptione, niſi peſsima affectũ
eſſe, ex qua illi deneganda ſint alimen-
ta petita ex ſupra deductis prǽſertim cũ
tantum abſit, vt vera ſint narrata per
ipſum in præcibus Sereniſs. D. N. pro
27 dictis alimentis conſequendis, *defatiga-
tum ſe exclamando per hanc partem litibus
ciuilibus, & criminalibus, & exce-
ptionibus ad protrahendum, vt oppreſſus
ſuccumbat,* quæ admodũ mouere poſ-
ſunt ad alimenta decernenda ex latè
deductis per Decian. *conſ. 66. col. vl-
tima,* quia retorquetur argumentũ ex
facto ex quo in oppoſitum apparet ve-
ritas, quia hæc pars ad euitandũ circui-
tum ob repugnantiam Aduerſarij vti-
les etiã probationes facere omiſit ele-
ctionis Peritorum ad effectum referẽ-
di ſubſcriptionem d. ſchedulæ incon-
ſtanti, & vacillanti charactere per D.
Franc. ſubſcriptam apparere, ex quo
argumentum non leue deducebatur
metu fuiſſe extortam. Maſcard. *concluſ.*
151. *num.* . . . Cæterum conſtat ſo-
lum in reſponſionem Aduerſarij fuiſſe
exhibitas ſcripturas omnes alias, & to-
tidem breuiores quam fuerint illæ per
Aduerſarium exhibitę, quę mille ca-
lumnijs ſemper plenę, & famoſis
verſiculis, ex quibus iure potuiſſet
Aduerſ. puniri, niſi totus fuiſſet ani-
mus huius partis ad expeditionem

cauſæ, & procul ab omni criminalitate, vt ingenuis, & nobilis eſt. Quinimo licet Aduerſ. ducentis Interrogatorijs defatigaſſet etiam ruſticos teſtes ſuper duobus vel tribus capitulis per hanc partem inductos ad probandum ſpoliũ ex aduerſo commiſſum; iſta pars non exceſſit numerum vigintiquatuor Interogatoriorum plurimis capitulis ab Aduerſ. productis, & ſuper illis inductis teſtibus, vnde tanto magis deneganda ſunt alimenta petita, vt per doctrinam Bart. *in l. ſi neget de liber. agnoſc.* late proſequitur Menoch. *d. conſ. 491. num. 35.*

Quando etiam conſtaret de bono iure, & paupertate Aduerſarij quod eſt omnino alienum à veritate, nihilominus non eſſet locus præſtationi alimẽtorum ſtante ſpolio per Aduerſarium commiſſo occupando propria autori-
28 tate omnia mobilia D. Franciſ. vinum, & oleum, caleum, lanam, & ſcripturas, illaque vendendo, & in proprium vſũ precium conuertendo, quod citra vitium ſpolij facere nõ potuit, quia ſumma prætenſi crediti non erat liquida, Buratt. *deciſ. 653. num. 4. & deciſ. 447. num. 3.* Greg. *deciſ. 485. num. 8. & deciſ. 224. num. 1. & deciſ. 545. numer. 7.* neque erat facultas propria autoritate ingrediendi poſſeſsionem, quæ etiam ſi fuiſſet deficiente clauſula cõſtituti ſuf-
29 fragari nec etiam potuiſſet, *Rota apud* Cencium *de Cenſ. deciſ.* 150. Cencius *quæſt. 5. art. 5. num. 5 & 13.* Vltra quod iam ex ſupradictis apparet dictum prętenſum creditum Aduerſarij nullo iure ſubſiſtere, & ideo magis certum ex præfata occupatione doloſa, ſaltem ſpolium ad Aduerſario fuiſſe commiſſum; *ex late deductis per Rotam coram* Card. Seraph. *deciſ. 722. & in recent. deciſ. 128. nu. 1. part. 3. & par. 4. deciſ. 564.* Quo non purgato etiam quoad expenſas Aduerſarius in iudicio audiri non poteſt, *vt late per* Buratt. *deciſ. 449. & 731. num. 8.*

Neque enim vt putat pars Aduerſa remiſſum fuit ſpolium prædictum vigore Reſcripti, *vt non obſtantibus exceptionibus ref. rretur ſuper negocio principali,* quia ſpolium dictorum mobilium eſt negocium principale per hanc partem intentatum, quod vt conſtat in proceſſũ aſcendit ad ſcuta mille, vt in calculo, quod datur, ac proinde remanet in ſuo robore, & operatur eundem effectum, quia Reſcripta ſunt in-
31 telligenda prout de iure, ac proinde ſpolium excludere, & eius priuilegia conquaſſare intelligendum non eſt vt
32 in puncto Reſcripti Principis Theſaur. *deciſ. 15. per totam,* & in terminis quod ſtante ſpolio denegentur alimenta reſpondit *Rota coram* Verallo *deciſ. 9. par.* Vbi refertur alia Deciſ. coram Puteo. Quod tanto magis vrget cõtra Aduerſarium, ſtante quod pendente hac lite, & remiſsione in Sereniſſ. D. N. non erubuit attentando extorquere preciũ frumenti D. Franciſci proprijs colonis commodati, dum occupauit dicta mobilia quod citra pęnam attentatorum
33 facere non licuit, Lancell. *de attentatis pendente compromiſſo part. 2. cap. 15. num 81. fol. 324.*

Quare, &c. Saluo, &c.

Io: Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XXI.

Argumentum.

Indultum transferendi penſionem, non comprehendere translationem fructuum propria auctoritate percipiendorum.

SVMMARIVM.

1 *Verba generalia, & effrenata reſtringuntur ex verbis, quæ immediatè ſubijciuntur.*

2 *Limites verborum ſubſequentium, ità cohercent*

oohercent generalitatem prædictorum, vt non poſſint verba generalia cõſiderari, niſi cum limitatione qualificante totam orationem.

3 *Dictio ſuper importat hipothecam, non autem dominium ad fauorem illius, pro quo grauantur bona.*

4 *Differentia eſſentialis inter reſeruationem fructuum propria auctoritate percipiendorum, & penſionem.*

5 *Dominus non dicitur habere hipothecam.*

6 *Differentia ſpecifica diuidit ſpecies.*

7 *Penſio in quantitate, quomodo diſerat à reſeruatione fructuum.*

8 *fructus propria auctoritate percipiendi loco penſionis dicuntur ſciſſura beneficij.*

9 *Verba generica, in exorbitantibus ad ſpeciem reſtringuntur.*

10 *Indultum retinendi penſionem, non comprahendit reſeruationem fructuum.*

11 *Stylus Datariæ in concedendo reſeruationem fructuum propria auctoritate percipiendorum.*

12 *Indultum transferendi penſionem, quãdo comprahendat penſiones reſeruatas ſuper diſtributionibus quotidianis.*

13 *Penſio reſeruata ſuper fructibus, non differt ſpecie a reſeruata ſuper diſtributionibus.*

14 *Actiones quę competunt pro penſione.*

15 *Penſionario competit actio pro penſione cõtra quemcunque perceptorẽ fructuum, ſeù diſtributionum.*

16 *Appellatione prouentuum, quæ veniant, & num. 17.*

18 *Indultum reſtrictum ad vnam ſpeciem non extenditur ad aliam.*

19 *Penſio ſuper diſtributionibus, non eſt adeò repugnans iuri, quemadmodum reſeruatio fructuum propria auctoritate percipiendorum.*

20 *Deciſio Achil. de Graſſ. 8. de penſ. declaratur, & num. 21.*

22 *Penſio translata an debeat eſſe qualis erat antè translationem.*

23 *Concordia, ſeù tranſactio, quando reducat reſeruationem fructuum propria auctoritate percipiendum ad penſionem in quantitate.*

Romana reſeruationis fructuum, ſeú Penſionis.

R.P. INdultum, non comprehendere fructus reſeruatos, loco penſionis, videtur reſoluendum, verba enim illius vniuerſalia, & effrenata, transferendi quaſcunque pẽſiones, re-
1 frenantur, & reſtringuntur ex illis verbis, quę immediatè ſubijciuntur, ſuper fructibus reſeruatis, *l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3.* Bart. *in l. generali, §. vxori, §. de vſuf. leg.* Oldr. *conſ. 148.* Rum. *conſ. 78. numer. 4. verſ. præterea vol. 1.* Buiſatt. *conſ. 266. numer. 18. lib. 3. Rota in recent. deciſ. 518. num. 2. p. 2. & coram* Greg. Papa *deciſ. 90. num. 14. & deciſ. 134. num. 5.*

Et in terminis eorundem verborum conſuluerunt Rimin. Sen. *conſ. 79 num. 18.* Gigan. *conſ 148. num. 6. in fine* Rimin. Iun. *conſ. 216. numer. 4. & ſeq. vol. 2.*

Et in puncto penſionis Gigans *de penſ. quæſt. 86 ſub numer. 5. & ſeq. verſ. prędictis tamen non obſtantibus, &c.* reſpondit Rota in Cęſarauguſtana *penſionis 1. Iulij 1611. coram* Greg. Papa *inter eius impreſſ. deciſ. 561. num. 6.* Ex limitibus
2 enim dictorum verborum ſubſequentium, ità limitantur precedentia, vt non poſſint conſiderari, niſi cum dicta limitatione, quæ totam orationẽ qualificat, *l. hæres meus 98. alias 100. §. duæ ſtatuę, ff. de leg. 3.* Gemin. *conſ. 34 numer. 6.* Gratian. *diſcep. 811. num. 6. Rota in Viterbien. Caſtrorum 21. Iunij 1628. coram Reueren. Decano inter recent. par. 5. deciſ. 194. num. 94.*

Quod autem limites dictorum verborum, non egrediantur penſionem in quantitate, manifeſtè patet ex eo, quia
3 illa verba, ſuper fructibus reſeruatas, excludunt Dominium ipſorum fructuum ex parte penſionarij, & ſolum includunt ſimplicem hypothecã Bart. *in l. fundus, ff. de an. leg.* Surd. *conſ. 162. numer. 10. vol. 1.* Olaſ. *deciſ. ped. 38. nu. 1.* Gratian *diſcep. 852. num. 88. & 683. num. 11.* Caccialup. *quęſt. 9. nu. 6. de penſ.*

Gigan.

Gigan. *eodem tract. quaſt.* 51. *num.* 1. *&* 17. *& queſt.* 62. *num.* 15. Seraph. 1429. *Rota in recent deciſ.* 76. *num.* 3. *& deciſ.* 291. *num.* 2. *p.* 2.

Et ideo importat differentiam eſſen-
4 tialem à reſeruatario fructuum, propria autoritate percipiendorum, qui cum ad inſtar veri vſufructuarij ſit Dominus ipſorum fructuum, *l. fundi Trebatian. ff. de vſufr. leg.* Creſcen. *deciſ.* 3. *num.* 3. *de ſolut. Rota in Tolet. penſ.* 25. *Decembris* 1603. *Coram Iuſto, & in recent. deciſ.* 508. *p.* 2. *num.* 3.

5 Vtique hipothecam ſuper illis habere nequit, *l. neq. pignus.* 45. *de reg. Iur. l. in rem, ff. de Pign.* Guttier. *pratic.* 9. *cap.* 166. *num.* 2. *lib.* 2. *in Romana retract.* 18. *Iunij* 1629 *coram R. P. D. Merlino inter impreſſ. in* 5 *p. recen. deciſ.* 303. *numer.* 18. *& deciſ.* 347. *numer.* 6.

Et ideò cum ex differentia eſſentiali
6 diuidatur vna ſpecies ab alia, vt tradunt DD. omnes *in l.* 3. *§. genera, ff. de acq. poſſ.* Bart. *nu.* 2. *verſ. proprie autem loquendo ſpecies diuiditur.* Iaſ. *numer.* 1. Alex. *numer.* 4. Angel. *numer.* 2.

7 Dubium non videtur dicta verba diuidere penſionem in quantitate, à quota fructuum propria auctoritate percipiendorum, vt in puncto firmauit, Lotter. *de re benef. lib.* 1. *quaſt.* 40. *num.* 71. *&* 72. quem ſequitur Ang. Barboſ. *in ſua prax. & exig. pen. in proem. num.* 12.
8 maximè cum ex illamet differētia, proueniat ſciſſura benefitij. Gambor. *de off. leg. tit. de pact. num.* 16. Rebuff. *in prax. benef. tit. de reſer. num.* 18. à qua vehementer aborrent ſacri canones, *cap. niſi. de preben.*, & nominatim illam reprobauit Concilium Turronen. relatum *in cap. maioribus de preben.* vt latè teſtantur Io. Anan. *in cap. audiuimus de collu. deteg.* Io. And. *&* Felin. *in cap. ad audientiam ibi, ſecundo* 31. *in ordine, col. fin. verſ. & dicit, &c. de reſcripſ.* Rebuff. *de pacif. num.* 114. *& in praxi tit. de reſer. num.* 15. Gig. *de pens. queſt.* 8. Caccial. *quaſt.* 6. Dec. *conſ.* 141. *ad plura numer.* 3. Pariſ. *de reſig. lib.* 6. *quaſt.* 1. *numer.* 4. Rodoan. *de Simon. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 37. Garg. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *§.* 3. *num.* 362. *& ſeq. Rota diu. deciſ.* 240. *num.* 1. *p.* 1. Gratian *diſcep.* 617. *numer.* 11. *& ſeq.*

9 Quare ſi verba alias generica in exorbitantibus à iure Communi, ad ſolam ſpeciem reſtringuntur, Seraph. *deciſ.* 853. Surd. *deciſ.* 174. *&* 329. *numer.* 13. Gonzalez *gloſ.* 9. *numer.* 20. *ad regul. cancel.* Rimin. Iun. *conſ.* 216. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 2. Gig. *conſ.* 121. *num.* 8. *Rota in Nolana penſ.* 10. *Ianuarij* 1615. *coram Card. Sacrato apud* Marchel. *p.* 1. *fol.* 631. *num.* 3. *Rota diu. deciſ.* 400, *num.* 17. *p.* 1. & in puncto ità ſenſit *Rota in Pharen. penſ. coram Brauo.* dum indultum retinendi penſiones, &c. ingenere cō-
10 ceſſum Cardinali, dixit non compræhendere fuctus reſeruatos loco penſionis propria autoritate percipiendorū; ergo ceſſat omnis dubitatio, quod d. indultum ex ſuiſmet verbis reſtrictum ad ſolam penſionem in quantitate, nō poteſt extendi ad quotam fructuū, quæ ex ſupra deductis reperitur ſpecialiter prohibita à Concilio Turronen. cum quæuis diſpoſitio generalis, & effrenata, non extendatur ad illud quod ſpecialiter reperitur prohibitum, *cap. cum in illis de preb. in* 6. Crauett. *conſ.* 106. *num.* 6. Corneus *conſ.* 181. *col.* 2. *vol.* 3. Gig. *de penſ. queſt.* 28. *num.* 16. Rimin. Iun. *conſ.* 10. *num.* 46. *in* 1.

11 Eo magis quia conſtat, ex ſupplicationibus datis in præterita, *ſum. num.* 5. & ex fide officialium, Datariam explicite, non autem ſub in voluero verborum generalium; ſemper fuiſſe, & eſſe ſolitam concedere ſimilia indulta, transferendi fructus, quem ſtylum Datariæ, vti organum Papæ, pro eius mente indaganda, ſemper attendere ſolet Rota, vt per Caſſador. *deciſ.* 2. *de reſer. ſub. num.* 4. *verſ. & iſte ſtylus,* & in terminis translatiuis *in ferrarien. penſ.* 21. *Martij* 1627. *coram Card. Vir. deciſ.* 50. *num.* 26. *p.* 5. *recent.*

12 Non obſtat deciſio in Romana *penſ.* 15. *Febr.* 1636. *coram R. P. D. Pirouano*, in qua indultum transferendi penſiones ſuper quibuſq. fructibus, redditibus, & prouentibus quorumcūque beneficiorum,

ciorum, fuit dictum comprehendere
penſionem reſeruatam ſuper diſtribu-
tionibus, licet illæ dicantur lato modo
13 fructus, & prouentus; Quia penſio re-
ſeruata ſuper fructibus, nõ differt ſpecie
à reſeruata ſuper diſtributionibus, quia
vtraque eſt in quantitate, & pro vtra-
14 que Rector obligatur actione perſona-
li ad illam ſoluendam, Gigans *de penſ. queſt. 39. & 43.* Gonzalez. *gloſ. 5. §. 5. num. 45. & ſeq.* Caputaq. *deciſ. 13. nu. 1. p. 1.* pro vtraq. competit hipothecaria,
15 aduerſus quemcunque, tam fructuum,
quam diſtributionum perceptorem
Rota in recent. deciſ. 176. num. 3. & 291. nu. 2. p. 2. & appellatione prouentuum
16 veniunt omnes fructus naturales arti-
ficiales, & induſtriales, vt in *extrauag. ad fin. de decimis*, Moedan. *deciſ. 6. de praben.* non minus igitur ſi congruum
in dicta deciſione viſum fuit, quod per
vniuerſalia verba quibuſcunque, quo-
tidianæ diſtributiones comprçhendan-
tur, quæ ſaltem impropriè, poſſunt di-
ci fructus benefitij, & Cannonicatus
quia queruntur, ex re Eccleſiaſtica *gloſ. in cap. licet de præb.* Puteus *deciſ. 279. lib. 1.* cum alijs in ea allegatis.
17 Sed in caſu noſtro differentia non eſt
verbalis, ſed eſſentialis, & ſpecifica ex
ſupra deductis à penſione in quantita-
te à fructibus reſeruatis propria aucto-
ritate percipien. & ideò adiectiuum
vniuerſale quæcunque adiectum cer-
tæ, & determinatæ ſpeciei, non poteſt
extendi ad aliam ſpeciem *l. ſi certa C de*
18 *tranſact.* Alex. *conſil. 117. in 1. vol. 1.* Cęph. *conſ. 636. num. 5.* Socc. Iun. *conſ. 167. numer. 26. numer. 2.* Menoch. *conſ. 97. numer. 125.* non aliter quam
ſi diceretur, quodcunque animal ra-
tionale, non cõpræhenderentur bruta.
Et ceſſat omnis ſcrupulus ponderan-
19 do, quod non reperitur ſpecialiter
prohibitum in iure, quod penſio ſuper
diſtributionibus imponi non poſſit, vt
ſpecialiter prohibetur in Concilio Tu-
ronen. reſeruatio fructuũ propria au-
ctoritate percipiendorum *cap maioribus de prabend.* cum cęteris ſupra dedu-
ctis, &c. Et ideo non mirum ſi ex ver-
bis generalibus quibuſcunque infera-
tur ad translationẽ penſionis ſuper di-
ſtributionibus reſeruatis; quia procede-
re nõ poteſt reſpectu translationis fru-
ctuum, quæ vti ſpecialiter prohibita,
in diſpoſitione generali non dicitur
compræhenſa, *cap. cum in illis de praben. in 6.* Gig. *de penſ. queſt. 28. num. 16.* Crauett. *conſ. 106. num. 6.* Corneus *conſ. 181. col. 2. vol. 3.* Rimin. Iun. *conſ. 10. num. 46. vol. 1.*
20 Minus obſtat *deciſ.* Achil. 420. *alias* 8.
de penſ. vbi quod Rota non conſtituit
defferentiam inter penſionem, & re-
ſeruationem fructuum, vbi non ſit ex-
ceſſus vltra medietatem, quia procede-
re poteſt, vbi in reſeruatione fructuũ,
non adeſt facultas, percipiendi propria
auctoritate, tunc enim cum teneatur
fructus reciepere de manu Rectoris
21 Achil. *deciſ. 3. de reſer. num. 13.* Pariſ.
de reſign. lib. 6. queſt. 1. num. 21. vtique
conſiderari non poteſt ſciſſurã benefi-
tij, quæ eſt illa, quæ conſtituit deffe-
rentiam inter vtraque de maioribus de
præb. Rota diu. 240. p. 1. cum alijs ſupra
adductis.
Secundo loco, pugnare videtur, quia
22 eſt penſio translata in quantitate, &
reſeruatio eſt in quota fructuum pro-
pria auctoritate percipiendorum, vndę
non eſt eadem in ſubſtantia ex ſupra
deductis, ac proindè, translatio ſuſti-
neri nequit, vt in puncto firmauit *Rota in Segalien. translationis pẽſionis* 11. *Decembris* 1587 *coram Card. Pamphilio, vt teſtatur* Gratian. *diſcept. 551. numer. 26. & ſeq.*
23 Non obſtat quod vigore concordiæ
redacta dicatur penſio ad quantita-
tem, &c.

Quia vltra quamquod in translatione fuit habita relatio ad literas reſeruatorias, non autem ad concordiam, ceſſat omnis ſcrupulus, quia concordiæ non reducunt penſionem ad quantitatem, ſed ſolum vigore ipſorum fuerũt aſſignata certi fundi beneficij, ex quibus reſeruatarius propria auctoritatę percipere poſſit fructus reſeruatos quod fuit ad faciliorem exactionem, non au-

non autem ad ſubſtantiam reſeruationis immutandam.

Quare. &c.

Io. Tanaglius

Et ita reſoluit Rota vt liquet ex infraſcripta deciſione 28. Ianuarij 1641. coram clara mem. Card. Veroſpio, quę infra ſubicitur.

De S. R. R. Auditorio,

Cap. XXI.

DECISIO. I.

SVMMARIVM.

1 R*Eſeruatio fructuum propria authoritate percipiendorum, quando concedatur.*

2 *Diſcrimina inter reſeruationem fructuum, & penſionem in quantitate.*

3 *Indultum transferendi penſionem non comprendit translationem reſeruationum fructuum propria authoritate percipiendorum.*

4 *Dicto ſuper importat hipothecam.*

5 *Tranſactio, quando immutet naturam penſionis.*

R.P.D. VEROSPIO

Romana Penſionis.

Lunę 28 Ianuarii 1641.

QVæſitum fuit in dubio, quod hodie propoſui. An ſub indulto transferendi penſiones, quod conceſſum fuit Reuerendiſſimo Epiſcopo Aſſiſienſi, contineretur facultas transferendi fructus, qui reſeruati fuerant illius fauore, loco annuæ penſionis ſuper Eccleſia Parrochiali S. Stephani; & effectus eius dubij erat: An ſuſtineretur translatio, quam idem fecerat de dictis fructibus fauore Auguſtini. Et DD. negatiuè reſponderũt. Quia in indulto, ſiuè facultate transferendi illi conceſſa legebatur permiſsũ, vt transferre poſſet penſiones quas obtinebat reſeruatas ſuper fructibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, quorum appellatione non poterant comprehendi ipſi fructus. Hæc enim penſio ita conſtituta in ſpecie, ſiue quota parte fructuum, quæ fieri ſolet fauore reſignantis, aut cedentis beneficio, & aliquando etiam ad fauorem tertij, *vt tradit* Mandol. *in tract. de ſignat. grat. in tit. fructuum reſeruationes.* Pariſ. *de reſignation. lib. 6. quæſt. 1. num. 15.* non eſt proprie penſio cum Titularis, ex cuius beneficio ijdem fructus debentur;
1 nihil pro ijs ſoluere, aut pendere debeat Penſionario, vt tenetur facere in alijs penſionibus reſeruatis in certa quantitate, ſed poteſt idem Reſignans, ſiuè alius quicumque, cuius fauore ſit ea reſeruatio, eos percipere propria authoritate quaſi illorum Dominus, qui propterea dicitur eſſe ſimilis vero vſufructuario, vt tradit idem Mandoſ. *in dicto verbo fructuum reſeruationes, in verſ. clauſula exprimens penſionem, & in verſ. Reſignanti, vel cedenti, & latè probat* Pariſ. *dicta quęſt. 1. numer. 15.*
2 *& 18.* vbi refert alia diſcrimina inter hæc duo genera penſionum, quæ etiam probauit *Rot. in Sipontina penſionis 24. Ianuarij 1614. coram Reuerendiſs. D. meo Pirouano in 2. par. recent. deciſ. 508. nu. 3. & apud* Creſcent. *deciſ. 3. de ſolutionib. num. 4.* Achill. *deciſ. 3. de renunciationib.* Ex his verò ſequebatur, quod
3 cum in indulto conceſſo Epiſcopo Aſſiſij data fuiſſet illi facultas transferendi penſiones reſeruatas ſuper fructibus beneficiorum, non poterat cenſeri eidem conceſſum, vt transferret etiam ipſos fructus, qui reſeruati fuerãt ſuper dicta Eccleſia, tam ex natura penſionis, quæ definitur eſſe portio aſſignata

ſuper

ſuper fructibus beneficij, vnde non poterat illius nomen conuenire reſeruationi factæ de ipſis fructibus, *ex notat. per* Bart. *in l. ſi quis ſeruo num. 2. C. de furt. & in l. 1. §. dolũ, ff. de dolo in princip. & arguit idem* Mandoſ. *in loco ſupra relato in verbo fructuum reſeruationes in verſ. clauſula exprimens penſionem*, quam ex qualitate huius reſeruationis, in qua cum diuidantur fructus, ac ſeparentur à cetero corpore Beneficij, negari non poteſt, quin contineat maius grauamen, quàm penſio reſeruata in quantitate, vnde illa videbatur indigere particulari expreſſione, neque potuiſſet comprehẽdi ſub generali facultate conceſſa in eodem indulto, *vt notatur in cap. quamuis de præbend. lib. 6. & in cap. 4. eodem tit. & notat ibi gloſ. in verbo dignitatum, tenuit Rota in Farenſi penſionis 11. May 1576. coram Aldobrandino in 1. part. diuerſ. deciſ. 217. num. 3.* vbi hoc tradit in materia huius reſeruationis, *& in eadem cauſa 24. Iunij 1578. in eadem par. 1. deciſ. 454.*

Et viſa fuit hæc interpretatio confirmari poſſe, tam ex generali vſu, & cõſuetudine Cancellariæ, quę etiã ex verbis ipſius indulti; Et primo id ſuadebat vſus Cãcelleriæ, quæ in expeditione ſimiliũ facultatũ retinẽdi, aut trãsferẽdi fructus reſeruatos hoc modo ſuper Beneficijs, ſolita eſt illos nominare expreſſè, & diuerſo modo de ijs loqui, ac de pẽſionibus, quæ conſtitutæ ſunt in certa quãtitate, quæ conſuetudo pro lege haberi ſolet, & cõſiderari debet hoc caſu pro interpretatione voluntatis Papæ, qui gratiã conceſſit, *vt tenuit Rot. apud* Caſ. *ad. deciſ. 2. de vnion. n. 7. inter deciſ. ſuper regul. Cancellariæ, & deciſ. 55. de Conceſſion. Præbendæ in antiquis nu. 2. & tradit* Mandoſ. *ad Regul. Cancellar. 24. quæſt. 2. n.* .. Garz. *de beneſ. p. 1. c. 5. n. 120.*

Secundò idem ſuadere viſa fuerunt verba indulti, quia facultas in illo conceſſa continebat, vt liceret Penſionario, cui idem indultum conceſſum fuit, transferre penſiones reſeruatas ſuper fructibus, quæ facultas non poterat intelligi de ipſis fructibus, quos percipit penſionarius, cuius fauore reſeruata fuit quota illorum pars, ſed ſolum de penſione in quantitate propter naturã illius dictionis ſuper, quam illa ſignificare videretur hypothecam competẽtem ſuper re, *vt probat tex. in l. codicilis §. inſtituto, ff. de legat. & notat ibi* Bart. *poſt gloſ. in verb. fœnerari, & in l. fundus num. 1. ff. de annuis legat.* Neguſant. *de pignorib. part. 2. membr. 4. numer. 164. in declarat. vigeſimi tertij caſus:* vbi hoc tradit in terminis penſionis reſeruatæ ſuper fructibus Beneficij, quæ hypotheca non poterat conuenire Penſionario, pro quo reſeruati eſſent ipſi fructus, cum poſſet illos capere iure proprio *argument. tex. in l. neque pignus, ff. de regul. iur. & in l. ſi rem ff. de pignorat. action. & notat. idem* Bart. *in l. ex ſextante, §. latinus, ff. de except. rei iudicat. poſt gloſ. ibi in verb. conſtituto.* Vndè eſt quod in expeditione ſimilium reſeruationum, quæ ſunt de ipſis fructibus, ſolet ex conſuetudine poni ea clauſula, quæ etiam legebatur in hac reſeruatione, vt reſignans, ſiue cedens Beneficio poſſit illos capere propria authoritate, cuius cauſa dicitur illos percipere non vti poſſeſſor, ſed vti Dominus Beneficij, & tamquam ex re, à qua fit debita ſeruitus perſonæ, *vt tradit* Mandoſ. *de ſignat. grat. in verb. fructuum reſeruationes in verſ. reſignanti, vel cedenti, & in regul. de annali. quęſt. 30. num. 1.* Pariſ. *de reſignat. Beneficiorum lib. 6. quęſt. 1. numer. 17.* Neque poterat excludi hæc declaratio, quæ deſumebatur ex verbis indulti, eo quia non ſubſiſteret, vt fructus Beneficij eſſent obligati pro pẽſione reſeruata ſuper illius fructibus, vt exiſtimauit Felin. *in cap. ad audientiam 31. nu. 6. de reſcript. ſequendo* Caſtrenſ. *in conſ. 339. lib. 1. num. 4. & numer. 3.* vbi hoc generaliter probat in omnibus annuis pẽſionibus, pro quibus negat obligatam eſſe rem, ex qua illa præſtatio debetur, *argumento tex. in l. Caius, ff. de alim. & cibar. legat. & in l. vltim. §. vltim. ff. de contrahend. emptione.* Contrariam enim opinionem tenuit, Romanus *in conſ. 388. num. 2. & 3.* quem

Tt ſequutus

ſequutus fuit Neguſant. *eodem memb.4. in declaratione eiuſdē caſus. 23. in verſ. ſed aduertendum*. Natt. *conſ.341. num. 6*. Pariſ. *de reſignat. Beneficiorum lib.6. queſt.2. num 96*. & eamdem opinionem tenuit *Rota apud* Creſcent. *in deciſ.3. de ſolutionibus, & in Neritonen. penſionis 1. Iunij 1605. coram Penia*, & in caſu quo penſio reſeruata fuerit pro alimentis, illum indubitatè procedere, ait Caccialup. *de penſionibus queſt.9. numer. 14.* Gigas *eodem tract. queſt. 51. num.17.* vbi illud ſequutus fuit; & admiſit idem Caſtrenſ. *dicto conſ. 339. eodem num.4.*

Neque viſa fuit obſtare tranſactio, quæ dicebatur poſtea inita inter Epiſcopum Aſſiſij, cui reſeruati eſſent dicti fructus, & Rectorem Eccleſiæ, in
5 qua loco fructuum, quos idem Epiſcopus percipiebat prò certa quota, conſtituta fuit inter eos penſio annua ſcutorum centum, & viginti, nam in ea trãſactione expreſsè conuentum fuit, vt ex conſtitutione eius nouæ penſionis non cenſerentur mutata iura, quæ partibus antea competebant, ex qua clauſula videntur partes voluiſſe ſibi cauere ab omni præiudicio, quod propter eam nouam conuentionem alteri earũ naſci poſſet, ità vt relicta fuiſſent in eodem ſtatu iura, quæ vtrique competebant occaſione dictæ reſeruationis *argum. tex. in l.* Claudius Fælis 17. *§. vlt. ff. qui potior. in pign. habeant. & in l.1. C. quibus res iudicat. non noceat*, & tenuit *Rota coram* Put. *deciſ.191. num.17. lib.1. deciſ.113. lib.2. & coram* Cardinali Seraph. *deciſ. 144. num.6*. Imò potuit eadem clauſula reddere actum conditionalem, & efficere, vt ille haberetur pro infecto poſt damnum, quod inde ſequutum fuiſſet, *vt probat tex. in l. ſi teſtamento, §.1. ff. de manumiſſ. teſtamen. & notauit* Bald. *in l. vlt. nu.4. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* Honded. *conſ. 86. num 44 lib.2. & tenuit Rota in Ferrarien. bonorum de Taſſonijs 26. Iunij 1613. coram Card. Pamphil. deciſ.513. num.3. par.1. recent. in qua declarata fuit deciſio Putei 34. lib.2.* quę abſolutè firmauit propter dictam clauſulam fieri actum conditionalem, cum non poſſit hoc intelligi de conditione ſuſpenſiua, ſed ſolum de conditione reſolutiua, & idem ſuper ea clauſula notauit *Rota deciſ.9. de conceſſ. præbend. in antiquior. impreſſ. per Biſign. & coram* Cardinali Seraph. *deciſ.877. num.2.* Prætereà neque potuiſſent partes mutare naturam antiquæ penſionis, neque recedere à forma, quæ data fuit in litteris ſine approbatione, & confirmatione Sũmi Pontificis, cuius ſola authoritas ſufficere poterat, vt ſuſtineri deberet, quod vltra formam præſcriptam conuentum fuit ſuper ſolutione eiuſdem penſionis, *vt fuit dictum in Aſculana penſionis 7. Februarij 1586. coram Cardinali Pamphilio, & in Legionen. penſionis 5. Iunij 1609. coram Cardinali Marquemontio, & tenuit Rota in Corduben. dimidiæ portionis corã Fabio relata per* Puteum *deciſ. 113. lib.5*. Vbi in his terminis cenſuit, vt nõ liceret percipere fructus, qui fuerunt reſeruati loco annuæ penſionis poſtquam longo tempore ſoluta fuerat penſio in certa quantitate, quamuis vtrumque concederetur in litteris, cuius deciſionis mentionem fecit Pariſ. *de reſignation. benef. eadem queſt.2. lib.6. num.30.* Mandoſ. *de ſignatur. gratiæ in verbo fructuum reſeruationes, in verſ. reſeruationes fructuum*,

& ita, &c.

De S. R· R. Auditorio.

Cap. XXII.

De ratione, ex qua Ius Patronatus non præſumitur.

SVMMARIVM.

1 Beneficia præſumuntur libera, & non Iuris patronatus, num.10.

2 *Ordinarius habet intentionem fundatam, quòd ad eum pertineat collatio omnium*

ommium beneficiorum ita diæceſim exiſtentium.

3 *Patronus tenetur probare Ius patronatus.*

4 *Etiam ſi ſit Rex, & Imperator.*

5 *Etiam ſi ſit in poſſeſſione præſentandi.*

5 *Quaſi poſſeſſio præſentandi ſufficit ad ſubſtinendam collationem, ſecus tamen reſpectu prouiſi Apoſtolici, vti de reſeruato.*

5 *Vel quando proprietas abſorbet poſſeſſionem.*

5 *Aut non ſuſpenſum fuit petitorium.*

6 *Ratio quare Ius patronatus non præſumitur, num. 16. 17. 19. 27.*

7 *Ratio rationis.*

8 *Beneficia natura cohærentem habent qualitatem ſeruitutis.*

11 *Pertinet ad Parochianos, ſeu ad illos de vniuerſitate Eccleſiam ędificare, & dotare, num. 12.*

13 *Actus præſumitur factus ab eo de cuius intereſſe agitur.*

14 *Parochiani præſumuntur ædificaſſe, & dotaſſe Eccleſiam, num. 27.*

14 *Siue illi de vniuerſitate, num. 27.*

15 *Parochiani, ſeu illi de vniuerſitate quomodo Ius patronatus teneantur probare,*

16 *Ius patronatus, an pręſumatur reſeruatum, num. 17. 18.*

19 *Præſumptio, alia iuris, & de iure, alia iuris tantum, alia hominis.*

20 *Quæ ſint huiuſmodi præſumptiones, numer. 24. & 25.*

21 *Contra præſumptionem iuris, & de iure regulariter non admittitur probatio contraria.*

22 *Pręſumptio iuris, ſiue hominis tantum, num. 24.*

23 *Paupertas quando pręſumatur, vt non ſit opus probatione, num. 25.*

1 Concluſio eſt frequentiſſima in
ore omnium; quod beneficia
præſumuntur libera, & non
Iuris patronatus alterius, Innocen. *in
cap. cum venerabilis num. 9. & ibidem
DD. de excep.* Decius *in conſ. 117. p. &
conſ. 573. vol. 2.* Berou. *conſ. 6. num. 11.
vol. 1.* Rolan. à Val. *conſ. 47. numer. 10.
vol. 1.* Cephal. *conſ. 680. num. 1.* Garg.
de beneſ. 5. p. cap. 5. numer. 95. & dietim
reſpondit *Rota, vt coram* Cardinal. Seraph.
*deciſ. 1353. num. 1. diu. deciſ. 167.
p. 2. & fuit firmatum in Gerunden. beneſ.
14. Decembr. 1598. coram Corduba, & in
Marſicana Beneficij 10. Iunij 1577. coram
Clem. 8. apud* Marcheſ. *de commiſ. tom. 1.
pag. 387. & in Mutinen Plebis, ſeu Iuris
patr. 21. Feb. 1625. coram Coccino.*
Et ideo, ſicut ordinarius, mediante
2 hac præſumptione libertatis habet intentionem
fundatã; quod ad eum pertineat
collatio omnium beneficiorum
intra ſuam diœceſim exiſtentium, *cap.
cum iniuncto de hæretic. cap. nullus omnino
16. quæſt. 6.* Crauett. *conſ. 322. in 1.
tom. fol. 276.* Rolan. à Val. *conſ. 47. num.
1. vol. 1. & late* Decian. *reſponſ. 93. num.
23. lib. 5. & notãt DD. in cauſa omnes Baſilicę
16. quæſt. 7.* Decius *in conſ. 117. &
conſ. 152. num. 1. Rota deciſ. 4. de conceſſ.
prabendę, & late fuit confirmatum in
Regien. Beneficiorum 25. Iunij 1621. coram
R. P. D. Pirouano, impręſſa apud* Viuian.
de Iure patron. deciſ. 88.
Ita e conuerſo, Patronus comprobare
debet Ius patronatus, vt obtineat, vt
præter mox allegatos dixit, *Rota in re-*
3 *cent. deciſ. 222. num. 1. et deciſ. 333. nu.
2. p. 1. et in Cęſaraguſtana Parchial. de
Maella 6. Nouembris 1617. coram Reuerendiſſ.
DeCano Coccino, et coram eodem
in Mutinen. plebis ſeu Iuris patr. 21. Feb.
1625. coram Caual. deciſ. 236. numer. 4.*
& alias ſæpe.
4 Quod etiam procedit in Iure patronatus
Principum Regum, & Imperatorum,
quemadmodum conſuluit Rodulph.
Sicar. *conſ. 20. lib. 2. quod ſequta
fuit Rota in prę laudata Cęſaranguſtana,
quam Maſſerb. in praxi ad concurſ.* per
extenſum retulit *in pręlud. 7. dub. 3. ſub
num. 45. pag. 64.* Viuianus *in praxi Iuris
patr. p. 1. lib. 4. cap. 10. num. 31. fol. 271.*
Et habet locum, etiam ſi Patronus ſit
in quaſi poſſeſſione pręſentandi, quia
nihilominus ad effectum canonizzandi
Ius patronatus illud debet plene, &
5 concludenter probare, *Rota in recent.
deciſ. 222. num. 1. p. 1.* ſecus tamen quoad
validitatem collationis, quia ipſa col-

latio, tamquam fructus Iuris patronatus ſemper ſuſtinetur, etiam quod iudicetur contra Ius patronatus, Ceph. *conſ.* 680. *num.* 15. *et ſeq. vol.* 5. Crauet. *conſ.* 322. *ſub num.* 5. *vol.* 1. *fol.* 277. Roland. à Valle *conſ.* 47. *num.* 27. *lib.* 5. *Rota in recent. deciſ.* 374. *numer.* 3 *p.* 1.

Dummodo proprietas non abſorbeat poſſeſſionem, vt firmauit *Rota in recent. deciſ.* 188. *num.* 1. *p.* 1. *et p.* 2. *diuerſ. deciſ.* 167.

Vel niſi procedatur vnico contextu in petitorio, & poſſeſſorio; quia tunc nec collatio ſuſtinetur. *Decian. reſp* 91. *num.* 20. *et* 24. *vol.* 5. Celſus Vgo *conſ.* 77. *num.* 2.

Vel niſi opponatur Ius patronatus, prouiſo Apoſtolico, tamquam de reſeruato, quia cum reſeruatio inficiat titulum, & poſſeſſionem, vtique collatio tamquam fructus Ius patronatus non ſuſtinetur. *Rota in recent. deciſ.* 222. *num.* 1. *p.* 3. *et in Compſal. Iuris patron. apud* Viuian. *p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *l.* 29.

Ratio autem, quæ adfertur eſt, quia aiunt DD. Ius patronatus eſt ſeruitus,

6 quę non pręſumitur, & ideo eſt probanda, Menoch. *de praſump qui plurimos lib.* 3. *cap.* 90. Berou. *conſ.* 6. *num.* 11. *lib.* 1. & alij ſupra relati.

Verum hęc ratio tantum abeſt, quod applicari poſſit ad excludendam pręſumptionem Iuris patronatus, quod potius retorqueatur, ac proinde Ius patronatus apertiſſime concludat.

7 Quia ratio, vt ſeruitus non pręſumatur ex eo dependet, quia nō habet cauſam connaturalem, ſed aut impoſitā, aut pręſcriptam, §. *vltimo inſt. de ſeruit.* & late explicat Menoch. *de pręſump.* 89. *num.* 2. *fol.* 410.

8 Verum beneficia ex natura, cohęrentem qualitatem habent ſeruitutis, quia de per ſe non naſcuntur, ſed fundantur, & dotantur ab alijs, vnde eodem tempore quo producuntur oritur eius ſeruitus, ſiue reſpectu fundationis, cō-

9 ſtructionis, ſiue dotationis, Menoch. *de pręſump. lib.* 3. *praſump.* 90. *num.* 5. *et conſ.* 90. *num.* 20 Ruminal. Iun. *conſ.* 114. *ſub num.* 20. Aym. *conſ.* 326. *num.* 2. *et ita firmauit Rota coram Card. Caualerio in Calagur. Iur. patron. de Vill.* 30. *Octobris* 1613. *inter eius impreſſ. deciſ.* 65. *et in recent deciſ.* 517. *num.* 2. *p.* 1.

10 Et ideo, cum ex natura, beneficia ſint Iuris patronatus, vtique Ius patronatus omnino præſumi debet, Abb. *in conſ.* 54. *vol.* 1. Creſcen. *deciſ.* 1. *alias* 13. *de Iure patron. & plurimos* Mareſc. *lib.* 2. *var. cap.* 52. *numer.* 4. Gambar. *de off. legati lib.* 3. *num.* 298. *fol.* 81.

Et hæc tanto magis obtinere videntur, vbi Parochiani, ſeu vniuerſitas, ſunt in poſſeſſione pręſentandi ad illas Eccleſias, ſub cuius parochia ſunt, quia tunc vltra ſuperius adducta ſatis viget pro illis ſpecialis ratio, quod cum pertineat ad parochianos, ſeu ad illos de vniuerſitate non ſolum Eccleſiam ædi-

11 ficare, Spec. *in tit. de Eccleſ. ędific* Fuluius Pacianus *conſ.* 7. *à num.* 100.

Verum etiam illam dotare, vt ex ea ali poſſint ſacerdotes, qui ipſorum ani-

12 mas paſcere debeant, *cap. ſi Epiſcopus de off. ord. in* 6. *c. cum ſecundum apoſt. de preben. &* Sāctiſſime docuit Diuus Auguſt. *in ſu. lib. de Paſtoribus à principio.*

13 Cum actus pręſumatur factus, illius expenſis, de cuius intereſſe agitur, & ad quem pertinet, Seraph. *deciſ.* 1078. *num.* 2. *Rota diu. deciſ.* 396. *numer.* 2. *p.* 1. Gambar. *de off. leg. lib.* 3. *num.* 300. *fol.* 81. *Rota in recent. deciſ.* 529. *p.* 1. *& fuit concluſum in Hiſpalen. primitiarum ſeu attentatorum,* 24. *Ianuarij* 1614. *coram Cardinal. Pamph.*

14 Vtique ædificatio, ſeu dotatio Eccleſię, vel conſtitutio pręſumitur facta à parochianis, ſeu ab illis de vniuerſitate, vt poſt Lamber. *de Iure patron. in* 7. *art.* 9. *princ. lib.* 1. *firmauit* Decius. *conſ.* 117. *pro tenui, col. vlt. verſ. tertia, & vltima ratio, quos retulit, & ſequtus fuit* Fuluius Pacian. *conſ.* 7 *num.* 105. *fol.* 72. *& dixit Rota in Lucana Iuris pat.* 31. *Ianuarij* 1610. *quę eſt impreſſa apud* Viuian. *de Iure patr. deciſ.* 28, *num.* 1.

15 Et tamen, non ſolum parochiani, ſeu illi de vniuerſitate, hac pręſumptione non iuuantur, verum etiam ipſi coguntur, (ad ſtrictam formam *Sacri Concilij Trident.*

Trident. ſeſſ. 25. cap. 9.) Ius patronatus illorum comprobare, vel ex publico Inſtrumento fundationis, & dotationis, aut ex conſuetudine immemorabili, iunctis præſentationibus effectum ſortitis per ſpatium quinquaginta annorum, de quibus conſtet per publicas ſcripturas, Garg. *de benef. p. 5. cap. 9. num. 122. fuit firmatum in Bononien. Iuriſpatron. 20. Martij 1589. coram Gipſio, vt teſtatur* Mareſcott. *lib. 2. var. cap. 52. Rota in recent. deciſ. 481. p. 1. à numer.* 1. vbi de vniuerſitatibus etiam paruis, & de parochianis, Achil. *deciſ. 4. de Iure patron. Rota coram Reuerendiſſimo Decano* Coccino *deciſ. 25. num. 3. & in Lucana Iuris patron. de podijs 31. Ianuarij 1620. coram bon. mem. Reuerendiſs. Archiep. Seleucien. quæ eſt impreſſa apud* Viuian. *deciſ. 28.*

16 Iſtis ponderatis, plurimis, ad euitanda quę paulo ante adduximus, relicta illa ratione, ſeruitutem non pręſumi dixerunt, quod Ius patronatus nõ pręſumitur, quia licet ex oblatione fideliũ Eccleſiæ, & beneficia fundentur, atque dotentur, tamen non præſumitur Ius patronatus ſibi reſeruaſſe, ita Creſcent. *deciſ. 1. de iure patr.* Gambar. *d. lib. 3. nu. 297. & ſeq. fol. 81 & plurimi, quos ſequutus fuit* Marel. *lib. 2. var. cap. 52.*

17 Verum hæc reſponſio multo minus ſubſiſtit, quia conſtructores, ſeu fundatores, & dotatores præſumuntur ſibi reſeruaſſe Ius patronatus, & ideo nõ opus habent expreſſa reſeruatione, ſed ſufficit quod aperte illud non remittãt, *gloſ. in Can. ſi quis Baſilica 10. in verb. ſub Tributaria de conſecr. diſt. 1. DD. in cap. nobis de Iure patron. & in cap. ſignificauit, vbi poſt* Io. Andr. Card. & Butr. Felin. *confirmauit num. 2. de teſtib.* Roccus *de Iure patr. in* Verbo *Eccleſ. fundator num. 12.* Lamber. *eodem tract. lib. 1. p. 1. quæſt. 2. art. 4. à num. 1.* Puteus *deciſ. 369. num. 4. lib. 2. in nou. Rota deciſ. 5. de Iure patr. in antiq. & p. 2. diu. deciſ. 17. num. 4.* Garg. *de benef. 5. p. c. 9. num. 62.* Azor. *Inſt. Moral. tom. 2. lib. 6. cap. 19. in quæſt. 9. Rota in recen. deciſ. 517. num. 2. p. 1. et fuit confirmatum in Lunen. Sarzanen. Cappellę. 9. Iulij 1600. et in Auximana Iuris patr. 26. Aprilis 1616. corã Cardinal. Sacrato, quam per extenſum inter ſua commiſcuit* Viuian. *de Iure patr. p. 1. lib. 2. num. 13. cap. 1. fol. 55. et id ipſum in Imolen. Iuris patr. 7. Iunij 1577. coram. Cantuciro.* impreſſa inter *deciſ. diuer. 167. p. 2.* duplicata apud Viuian. *d. p. 1. lib. 1. cap. 2. num. 50. fol. 38. Incipit domini, finis, eſt verſ. merito, etc. et coram Card. Caualer. bon. mem. in Calagurit. Iuris patronatus de Victoria 6. Febr. 1615. quæ eſt deciſ. 336.* inter eius impreſſas.

Et hoc adeo verum eſt, quod negati conſtructores, aut fundatores Eccle-
18 ſiæ, non acquiſiuiſſe Ius patronatus, incumbit onus probandi, vel quod ipſi talem animum acquirendi non habuerint, vel quod Ius patronatus ſemel ex conſtructione acquiſitum remiſerint, vt confirmando ſupra allegatam *deciſ. dixit Rota in eadem Calaguritana Iuris patron. 1. Febr. 1616. coram eodem* Caual. *quæ eſt deciſ. 378. num. 4.*

19 Quibus igitur innititur propoſitio ita frequẽs, & quotidiana? Putauerim ipſe germanã rationẽ huius modi concluſionis poſſe adferri ex præhabita diſtinctione præſũptionũ, quod ſi pręſũptiones aliæ iuris, & de Iure ſunt; aliæ iuris tantũ, aliæ hominis tantũ iuxta tradita *per DD. in rub. de prob.* tam *Digeſtorum, quam Canonicorum*, quam nuper vir ſummo ingenio præditus, parem habens candorem morum, fulgori doctrinę *D. Lælius Mancinus* præceptor meus illuſtrauit in ſuis doctiſſimis diſſertationibus *ad rub. Decret. de prob.*

20 Præſumptio iuris, & de iure eſt adeo vrgens veriſimilitudo, ratio deducta ex circumſtantijs facti, vt omnino conuincat; Præſumptio autem iuris tãtum, eſt potius perſuaſiua ratio, quæ tamen dum contrariũ non appareat ſatis probat, quia ius de ea contentatur; In certis caſibus autem, quia ius requirit maiorem probationem, quam ſit ea, quæ deducitur ex veriſimilitudine, ſeu ex coniecturis inhærentibus ipſi facto, tũc talis pręſumptio remanens deſtituta ex

adſiſtentia iuris, dicitur præſumptio hominis, hęc omnia longe doctius explicant *DD. ad rub. tam ciuiles, quam Canonicas de probationibus.* Menoch. *lib. 1. præſump. 31. & 60.* Alciat. *de præſump. in 2. parte in præludijs* Malcard. *de probat. vol. 1. quęſt. 10. num. 49. & pręclariſſime Excelentiſs. D.* Ant. Merenda *pręceptor meus lib. 5. contron. cap. 41. & nouiſſime* D. Mancinus *d. loco in cap. 4. pręſertim à num. 9.*

Præſumptio iuris, & de iure propter vim intrinſecam, quã in ſe habet, adeo probat, vt regulariter contra eam, non admittatur probatio in contrarium, cuius exempla, *in l. is qui fidem, de ſponſ. in l. antiquę C. ad Vell. in l. vlt. C. ad Macedon. in l. optimam, C. de contrab. ſtip. & plurimis exhornant DD. mox allegati preſertim D. Mancin.*

22 Iuris autem pręſumptio quando adſit, vel remaneat hominis tantum, ex cohęrentibus naturaliter, patet exemplo paupertatis, quæ ſatis à iure probata habetur, ex eo quia cum vnuſquiſque naſcatur nudus, & pauper *c. ſicut 47. diſtin.* Luc. de Penna *in l. 2. num. 21. C.*

23 *quando, & quibus 4. par. lib. 10.* iſta qualitas inhęret naturaliter, & ideo ita à iure probatur, vt non ſit opus alia probatione, niſi de contrario doceatur, vt *in Romana Dotis de Boncompagnis 23. Ianuar. 1613, coram Cardinal. Caualer. deciſ. 233.*

24 Et tunc dicitur præſumptio iuris, quæ probat etiam quod eſt fundamentum principale intentionis, vt latiſsime proſequitur Io. Garg. *de beneſ. 5. p. cap. 1. num. 535. Rota diuer. deciſ. 4. nu. 21. p. 2.* Menoch. *conſ. 5. numer. 10.* Mantic. *deciſ. 21. num. 10. Rota in recent. deciſ. 756. ſub num 4. p. 2.*

25 Quandoque paupertas ex veriſimilitudine naturalis cohærentiæ non ſatis probatur à iure, vt puta ad effectum conſequendi alimenta, & ſumptus litis, quę debentur pauperi, dato ſumo de bono iure, Seraph. *deciſ. 426. rota in recent deciſ. 470. num. 5. p. 2. & fuit firmatum in Corduben. Cappellanię 8. Nouembris 1610. coram Obtembergo.*

26 Et tunc dicitur præſumptio hominis, quę ſcilicet deſtituta eſt adſiſtentia iuris ad effectum probationis, & ideo nõ probat, vt præter ſuperius adducta *in deciſ. 102. num. 6. p. 1. diu.* Seraph. *deciſ. 1171. num. 2. & in Comen. Decimar. 8. Iulij 1612. coram Cardinal. Sacrato*, & ita ſunt intelligendę ſimiles deciſiones, vt recte monuit Beltram. b. m. ad Greg. XV. *deciſ. 278. num. 12.*

27 Redeundo igitur ad præſumptionem Iuris patronatus, ex iſtis pręhabitis patet reſponſio, quod illud non pręſumatur pręſumptione Iuris ſe ad effectum, vt teneatur in eo ſe fundans probare illud aliunde, quia illa veriſimilitudo deducta ex cohærētibus naturaliter, quod beneficia fundentur, & dotentur, & non de per ſe naſcantur dotata, non approbatur à iure, ſed remanet pręſumptio hominis, cum pręſertim Sacrum Concilium concludentem velit probationem, *vt in d. ſeſſ. 25. cap. 9.* & ſic patet reſponſio ad Abbatem, &c.

Io: Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XXIII.

De probatione requiſita à Sacro Concilio Tridentino ad Ius patronatus *ſeſſ. 25. cap 9.*

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus, Regum Principum, & aliorum iuriſdictionem habentibus quomodo probetur ex diſpoſitione Sacri Concil.*

2 *Forma probationis d. concilij non adimpletur per æquipollens, ſed ad vnguem eſt ſeruanda, cum de alijs Sacrum Concilium non confiderit.*

3 *Preſen-*

3 *Præſentationes, debent probari per ſcripturas, & non ſufficit per teſtes:*

4 *Contrarium Menochi.*

5 *Stricta ſupradicta probatio Concilij, requiritur tam in petitorio quam in poſſeſſorio.*

6 *Et requiritur etiam in vniuerſitatibus paruis.*

7 *Parochiani tenetur ex eadem forma probare Ius patronatus.*

8 *Dummodo non illis competat vti ſingulis.*

9 *Ratio & ſeq.*

10 *Quando Ius patronatus cõpetit, vti ſingulis, ius vniuſcuiuſque de per ſe ſpectatur.*

11 *Quando Ius patronatus pertinet ad vniuerſitatem, vti ad collegium, tunc requiritur, quod omnes de vniuerſitate vocentur, & quod ſaltem maior pars præſentet.*

12 *Quando Ius patronatus competit, vti ſingulis, poteſt vnuſquiſque de per ſe præſentare, abſque eo, quod ſimul cobeant.*

13 *Item ad conſtituendum procuratorem ad præſentandum.*

14 *Ius patronatus præſumitur pertinere, vti ad ſingulos in dubio.*

15 *Ratio.*

16 *Vniuerſitas non habet animam.*

17 *Reſpicitur Inſtrumentum fundationis ad hoc, an Ius patronatus competat, vti ſingulis.*

18 *Præſumpsio, quod Ius patronatus pertineat, vti ad ſingulos, ceſſat contrarijs ſignis, & obſeruantia, & ſeq.*

AD verificationem igitur Iuris patronatus, cũ teneatur Patronus, vt in antecedenti diximus, conſequens eſt, vt varios modos, illud comprobandi proſequamur:

Sacrum igitur *Concilium Tridentinũ ſeſſ. 25. cap. 9.* propter vſurpationes potentium, præſcripſit ſtrictam formam illud probandi, Principibus, Regibus, Marchionibus, Vniuerſitatibus, & alijs quibuſcunque iuriſdictionem habentibus, ideò iſti tenentur illorum Ius patronatus probare, vel ex fundatione, ſeu dotatione, per publicum inſtrumẽtum deducta, vel ex conſuetudine, immemorabili iunctis præſentationibus effectum ſortitis, & cõtinuatis per ſpa-
1 tium quinquaginta annorum, de quibus cõſtet per publicas ſcripturas Moedan. *deciſ. 10. de Iure patr.* Caputaq. *deciſ. 128. p. 2.* Seraph. *deciſ. 1421. & deciſ. 1141. Rota diuerſ. deciſ. 99. p. 2.* Puteus *dec. 55. lib. 1. in nouit. impraſ.* Gonz. *gloſ. 18. num 63 & ſeq. fuit late deductũ in Iacen. Parochialis 27. Iulij 1603. coram Cardinal. Pamphilio impraſ. apud* Marcheſ. *de commiſſ. p. 1. fol. 449. & coram S. M.* Greg. XV. *deciſ. 222. & coram Reuerendiſs. Decano deciſ. 25. numer. 2. & fuit dictum in cauſa Romana Iuris patronatus 18. Martij 1595. coram bon. m. Cardinal. Mellino, & in Hieracen. Iuris patronatus 27. Iunij 1614. coram Eminentiſs. Cardinali Veroſpio.*

Et cum talis probatio fuerit pro for-
2 ma tradita à Sacro Concilio, vtique omnino ſeruari debet, cũ de alijs probationibus non confiderit, & ideo ipſa per æquipollens adimpleri nequit, vt præuijs reſponſis Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Interpretum Concilij Tridentini, frequenter reſoluit *Rota*, & Signanter, *in cauſa Sabinien. Beneficij 1588. coram felicis recordationis* Clem. viij. *tunc Rotæ Auditore, quę eſt deciſ. 199. p. 2. diuerſ. & fuit confirmatum in cauſa Nullius Archipræſbiteratus 2. Maij 1588. coram Cardinal. Pamphilio, in Cremonen Cappellanię 2. Aprilis 1601. coram Coccino, quæ eſt in ſuis impreſſis deciſ. 25. num. 2. & plurimis exornat* Garg. *de benef p 5. cap. 9. num. 90. & ſeq. Rota diuer. deciſ. 409. p. 1. & fuit dictum in Iacen Parochialis 27. Iunij 1603. coram Cardinali Pamphilio impreſſa apud* Marchel. *de commiſſ. tom. 1. fol. 448. & coram* Greg. XV *deciſ. 222. num. 2. late per* Beltram. *num. 11. & in Regien. beneficij 20. Februarij 1619. corã R. P. D. Pirouano impreſſa poſt* Viuian. *de Iure patron. deciſ. 87. Rota in recent. deciſ. 154. num. 8. p. 1.*

3 Et hinc eſt quod non ſufficit probare præſen-

Digitized by Google

præſentationes per teſtes, vel per aliud æquipollens, vt optime demonſtrauit, Mareſcottus *lib. 2. var cap. 52. num. 2.* Pariſ. *de confident. quaſt. 28. numer. 147.* Garg. *de beneſ. d. cap. 9. num. 113.* Gozal. *reg 8. gloſ. 18. num. 79. & ſeq.* & continuo ſeruauit Rota, inhærendo declarationibus Sacræ Congregationis.

Interpratum Concilij, vt in Sabinen. beneficij 15. Decembris 1581. coram Robuſtem, & in Abulen. Prioratus 26. Nouembris 1588. coram Orano, & in Brotonien. S. Columbani coram Cardinali Lancellotto, quæ eſt impreſſa *in 4. p. diuerſ. per* Farinaccium *deciſ. 557. & in Foroſempronien. Parochialis 15. Decemb. 1593. coram Cardinali Mant. qua eſt deciſ. 253. numer. 4.*

4 Et ideo non eſt adſentiendum Iacobo Menochio *in conſ. 241.* vbi contrarium conſuluit.

5 Talis autem ſtricta probatio, ex forma Concilij Tridentini requiritur, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, ita vt in perſonis compræhenſis à Concilio quaſi poſſeſſio præſentandi nihil ſuffragetur, vt ſæpiſſime ex reſponſis Sacræ Congregationis reſoluit *Rota diuer. deciſ. 199. p. 2. & in ſæpius allegata Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram Cardinal. Pamph.* impreſſa apud Marcheſ. *de commiſ. fol. 449. & coram Reuerendiſs. Decano deciſ. 464. num. 1. & ita fuit firmatum in Auximana Iuris patronat. 28. Maij 1593 coram bon mem. Cardil. Mellino*, quæ eſt impreſſa per Viuian. *deciſ. 4. & in Cracouien. de Coniuncta 9. Iunij 1627. coram Illuſtriſs. Patriarca Hieroſolimitano bon. me, impreſſa apud eumdem* Viuian.. *deciſ. 24. numer. 9.*

ſuiſſet ſuperſtes filia, tunc etiam neptes prædictas ad dimidiam hæreditatis vocauit, licet dictas filias prædilexerit, vnde intentio, & effectus conſideratus per Teſtatorem in dicta conditione, magis, & pinguius adimpletur, dum prædeceſſerint dictę filię Ioannis Baptiſtę, quarum concurſus eatenus excludebat iſtas neptes, quatenus plures eſſent, ergo ſi nullæ eſtarent, eo magis voluit Teſtator, vt cenſeantur vocatę, alioquin excluſis prædilectis neptibus, deferretur hæreditas, ad quos ne quidem teſtatur ſomniauit, quibus ſingulis caſibus, etiam conditiones volũtariæ per ęquipollens, ſatis adimpletę dicuntur. *l. 3. C. de lib. pręt. l. 3. §. conditio ff. de adim. leg. l. 3. C. de inſt. & ſubſt.* Alex. *conſ.* 100. *num.* 4. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 3. Giouagnon. *conſ.* 74. *num.* 21. Cartar. *deciſ. Iannen.* 69. *num.* 12. Surd. *deciſ.* 202. *num.* 1. *vbi* Hodier. *num.* 3. Cyriac *controu.* 478. *num.* 89. *& ſeq.* Buratt. *deciſ.* 910. *nu.* 3. *plene* Fular. *de fideicom. quæſt.* 460. *nu.* 6. *verſ. declaratur, & conſ.* 155. *num.* 38. *fol.* 117. *egregie Rota Senen. in cauſa de Comitibus Ilcij* 31. *Auguſti* 1650. *vt in deciſione eruditiſſimè compilat per Excellentiſſimum Dominũ meũ Alexandrum de Incontris in §. & hunc fuiſſe.*

Si videmus quod ſubſtitutio facta, ſi quis deceſſerit ſine filijs non euaneſcit,
9 quãuis deceſſerit cũ filijs, ſi filij deinde decedant abſq; filijs, non obſtante *conſ.* Oldrad. 21. dum ex contextu Teſtamenti, apparet, Teſtatorem reſpexiſſe perpetuitatem, ſeù permanentiam, tractumque ſucceſſiuum, vt de receptiſſima opinione Mazar. *conſ.* 27. *num.* 10. Pauol. Leon. *inter conſ. vlt. vol. conſ.* 27. *num.* 3. *& ſequen. lib.* 2. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 19. *&* 20. Theſaur. *deciſ.* 96. *num.* 34 *pleniſſimè comprobat* Caſanat. *conſ.* 15. *num.* 3. *& numer.* 49. *verſ. reſpondetur & conſ.* 20. *num.* 1. *&* 35 Seraph. *deciſ.* 1373. *num.* 9. *verſ. itẽ quod, Rota in Romana fideicommiſſi in recen. deciſ.* 180. *num.* 7. *p.* 5. *&* 17. *Nouembris* 1617. *et in Bononien. fideicommiſſi de Luparis* 26. *Ianuarij* 1618. *corã Remboldo.* Cromon. *conſ.* 122. Ruſtic. *in l. cum Auus lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 16. *et lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 48. Fabr. de An. *conſ.* 10. *num.* 29. Coccin. *deciſ.* 375. *num.* 3. *et deciſ.* 463. *num.* 6. *et in recen. deciſ.* 193. *num.* 14. *p.* 1. *et deciſ.* 180. *num.* 5. *deciſ.* 194. *num.* 79 *p.* 5. *in recen. et p.* 7. *deciſ.* 248. *num.* 9. *et* 10. *et in Bononien. fideicommiſſi de Naſſentorijs* 14. *Decembris* 1636. *coram Motmano, confirmata* 26. *Iunij* 1642. *coram Preſide Valiſolitano noniſsimè.* Io. Franc. Redenaſcus. *conſ.* 35. *num.* 5. *fol.* 324.

Neque exagero huiuſmodi cõcluſionem ad declarationẽ dicti Conſilij Oldradi, quia illud pugnet contra neptes, ſi quidem ex verbis præmiſſis eiuſdem Teſtamenti, liquidò conſtat, verba ſubſtitutionis eſſe indeterminata, quandocunque deficiant filij, quo caſu receptiſſimum eſt, etiam quod extiterint tẽpore obitus, ſufficere eos quandocunque deficere, iuxta originalem diſtinctionem Soccin. *in l. ſolemus num.* 6. *ff. de con. et demonſtr* Buratt. *deciſ.* 689. *n.* 1. *et ſeq. et* Ruſtic. *ad l. cum Auus lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Caualer. *deciſ.* 454. *n.* 6. *& in Romana fideicommiſſi legales* 29. *Iunij* 1596. *coram clarè mem. Cardinali Hyeronimo Panphilio.* Gail. *obſeruat.* 136. *num.* 3. *lib.* 1. *& coram Merlino deciſ.* 83. *fol.* 104. *& in Ferrarien. bonorum* 8. *Iunij* 1637. *coram Pironano.* Caſanat. *conſ.* 33. *num.* 35. Mantica *de coniecturis lib.* 11. *tit.* 6. *nu.* 7. Menoch. *conſ.* 379. *num.* 11. *& conſ.* 1017. *num.* 15. *& ſeq.* Simon de Prætis *de interpretat. vltim. volunt. lib.* 3. *fol.* 316. *numer.* 10. *ad finem*, Fuſar. *de ſubſtit. q.* 480. *num.* 92. *& conſ.* 69. *numer.* 21.

Eo magis cum fuerit dictum de filijs, & deſcendentibus, Pariſ. *conſ.* 75. *num.* 17. *lib.* 2. Theſaur. *d. deciſ.* 270. *numer.* 29. Fuſar. *d. q.* 480. *numer.* 16. Mareſcott. *lib* 1. *Var cap.* 45. *numer.* 3. *&* 4. Io. Fran. à Ponte, *conſ.* 47. *nu.* 2. Menoch. *conſ.* 310. *numer.* 21. Caſanat. *d. conſ.* 15. *num.* 58. *& ſequen.*

Sed hoc deducitur, vt magis liqueat, diſtinctionem Domini Altogradi, non

ſubſiſte-

10 ſubſiſtere, quia ſi in alijs ſubſtitutioni-
bus, tanquam ſtella Maris attenditur
voluntas Teſtatoris, aucupata etiam ex
coniecturis, id maximè procedit in cō-
ditionibus, *l. in conditionibus ff. de cond.
& demonſtr.* Soccin. Iunior *in prælaudato
conſ. 90. nu. 25. & ſequen. lib. 1. egre-
giè Rota in Romana fideicommiſſi de for-
micinis coram Bucchabella inter recen. p.
7. deciſ. 149. num. 2. fol. 293.* Rubeus *ad
deciſ 632. à num. 87. p. 4. Tom. 2. recen.
fol. 269. vbi ſub nu. 106. & ſeq.* oſtendit
procedere, non obſtante clauſula, tunc
& eo caſu, &c. & poſt eum Io. Fran.
Redenaſch. *conſ. 56. num. 5. fol. 461.*

Sic videmus quod ſubſtitutus poſthu-
mo ſuccedit, etiam ſi poſthumus non
11 naſcatur, Menoch. *de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 65. nu. 2. verſ præſens eſt, &c.*
vt fere omnia Europæ Tribunalia ad-
mittunt, vt de Parlamento Delfinat. te-
ſtatur Rebuff. *conſ. 182. num. 41.* Fran.
March. *deciſ. 170. num. 10. verſ. fuit
concluſum de Collegio Ticinenſe*, Simon
de Prætis *lib. 3. interpretat. 3. dub. 1.
fol. 11. num. 50. de Collegio pluriū Doc-
torum.* Alberig. *in Rubrica de vulgari, &
pupillari nu. 23. verſ. adhuc.* Mazar. *conſ.
1.* Columna. *p. & de fideicommiſ. p. 2. q.
11. in fine.* Io. de Anania *conſ. 55. num.
78.* Alciat. *conſ. 59. columna vltima lib.
9. de Senatu Burgundiæ*, Boer. *deciſ. 38.
num. 15. de Senatu Mātuano.* Surd. *deciſ.
37. num. 7. & ſequen. de Ciuitate Placen-
tina.* Fichin. *lib. 4. Controuerſ. 46. de
Senatu Aragon.* Seſſa *deciſ. 50. de hac Ex-
cellentiſſima Rota.* Cabal. *conſ. 174. nu.
1. & ſequen. p. 1. de Rota Auenionen.* Hie-
ron. Laurtio *deciſ. 4. de Rota Romana
conſtat, & deciſ. 453. num. 5. p. 2. verſ.
neque, in recen. & p. 5. deciſ. 222. numer.
15. & p. 7. deciſ. 149. num. 2 & coram
Durano deciſ. 260. num. 1. & ſequen. &
in Peruſina fideicō miſſi de Batiſtis 28.
Maij 1627. apud* Giulian. *ad ſtatut. Pe-
ruſię deciſ. 61. & deciſ. 98. et in Romana
fideicommiſſi de Angelis 2. Iulij 1627.
coram Vrgelen. quæ eſt deciſio 105. et co-
ram Buratto deciſ. 379. num. 2. et in Spo-
letana primogenitura 18. Februarij 1633.
corā Illuſtriſſimo Domino meo DonoZetta
Decano, et alias ſæpe.*

„ Quæ omnia Tutius applicantur attē-
„ tis ſubſequentibus verbis Teſtatoris,
„ ibi, & caſu quo tēpore mortis dicti Te-
„ ſtatoris non viuerent, nec eſtarent fi-
„ lius, vel filiæ dicti Mattei, quod Deus
„ auertat, & viuerent, tempore mortis
„ dicti Teſtatoris, & poſtmodum accide-
„ rit dd. filium, & filias prædicti Mattei
„ mori in pupilari ætate, vel poſteà quā-
„ docunque ſine filijs, vel deſcendentibus
„ cuiuſcunque ſexus, tunc, & eo caſu in
„ quolibet dictorum caſuum ſibi hære-
„ des vniuerſales inſtituit, & ſeu per fi-
„ deicommiſſum ſubſtituit Alexandrum
„ Brandinum, Antonij de Brandinis ip-
„ ſius Teſtatoris patruelem, ſi viueret,
„ ſin autem filius, et deſcendentes ipſius
„ Alexandri ſuperuiuentes, et præmor-
„ tui, ſeù præmortuorum filios, et de-
„ ſcendentes in ſtirpes, et non in capita
„ pro tertia parte, ſemper filios, et de-
„ ſcendentes eius maſculos præferendo,
„ et pro alijs duabus tertijs partibus ſu-
„ pradictam Bartolomeam ipſius Teſta-
„ toris filiam, ſi tunc viueret, ſin autem fi-
„ lios, et deſcendentes ipſius Bartolomeę
„ ſuperuiuentes, et præmortui, ſeù præ-
„ mortuorum filios in ſtirpes, et non in
„ capita, ſemper filios, et deſcendentes
„ eius maſculos pręferendo, expreſſe de-
„ clarando, quod debeant primo loco
„ admitti filij maſculi prædictorum Ale-
„ xandri, et Bartolomeæ, et eorum de-
„ ſcendentes, et in defectu filiorum maſ-
„ culorum, et eorum deſcendentium fi-
„ liæ feminæ, quę eſſent in ſeculo, cum
„ onere iniuncto dd. Alexandro, et Bar-
„ tolomeæ, et eorum filijs, et deſcendē-
„ tibus inſtitutis, et ſubſtitutis, vt ſupra
„ ſoluendi, et actualiter numerandi Frā-
„ ciſcę filiæ Nicolai Brandini, et Antonij
„ de Brandinis ipſius Teſtatoris patru-
„ ellij prædefuncti, ſi tunc viuerent, ſin
„ autem filijs, et deſcendentibus ipſius
„ Franciſcæ ſcutorum trecentos auri de
„ libris 7. pro quolibet ſcuto ſoluē dos per
„ ſupradictos vocatos pro ratis tangen-
„ tibus.

12 Ex quibus apertè conſtat dd. neptes,
et earum deſcendentes fuiſſe poſitas in
conditione, ac proinde vocatas.

Etiam

Etiam in caſu quo Petrus Filius Ioannis Baptiſtæ deceſſerit ſine filijs, & prędeceſſerint eius ſorores, etiam ex ſolis coniecturis; quæ leuiores ſufficiunt, cum ſcimus in deſcēdentibus, Theſaur. *deciſ.96. num.7.* Surd. *conſ.67. num.34.* Bellon. Iun. *conſ.50. num.14.* Greg. *deciſ.315. num.5. & deciſ. 329. num 3. & in recen. deciſ.476. numer.20. p.1. & coram Merlin. deciſ.447. num.2. fol. 529. & deciſ.61. num.3. & deciſ.686. fol.227. deciſ.864. num.6. Excellen. Rota in cauſa Florentina fideicomiſſi de Medices 20. Martij 1606.* Fuſar. *de fideicom. quęſt. 437. & conſ.103.*

Et in caſu noſtro plurimæ, & vrgentiſſimę concurrunt, ſi enim digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionis maximè attenditur, *iuxta conſilium celebre* Anchar.74. vbi contendit ſufficere hanc ſolam coniecturam ad vocationē, quod eſſe communiter receptum teſtatur Theſaur. *d. deciſ. 96. numer. 15. & num.17.* Ruſticuc. *lib.3. cap.1.* & plures alios, quos refert, & ſequitur Cabal. *conſ.105. num.9. & 14. lib.1.*

Præſertim cum aliæ coniecturæ concomitentur Mant. *de coniectur. lib.11. tit.3. num.13. verſ. verum* Honded. *conſ. 54. num.53. lib.2.* Cabal. *d. conſ.105. num. 15.* Theſaur. *dicta deciſ.96. nu 19. verſ. ſupradicta*, Ruſticuc. *d. lib.3. cap.5. Excellentiſs. Rota vbi ſupra, &c.*

Et in caſu noſtro, ne dum reſultat vrgens coniectura ex reciproca inter inſtitutos, quam magni faciunt omnes ſupradicti, & alij, ſed etiam adeſt prohibitio de non alienando, & vocatio in ſtirpes, & non in capita, & propè modum aliæ innumerabiles, ſed nobis ſufficit, quod in alia parte teſtamenti fuerint, ne dum ſemel, ſed pluries fuiſſe vocatos ex cumulatis per Ioannem Franciſcum Redenaſchum *conſ.56. numer.14.*

Quare, &c. Saluo, &c.

Io. Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XXIV.

Sequitur reſponſum Domini Iacobi Federighij.

SVMMARIVM.

13 F*Acti ſpecies.*

14 *Conuentus ab agente pro fideicommiſſo tuetur ſe opponendo, ſubſtinctionem non loqui ad fauorem agentis.*

15 *Ablatiuum abſolutum importat conditionem.*

16 *Conditio qualificat diſpaſitionem, & eam reſtringit, vt effectū ſortire nequeat, niſi conditio pręcisè impleatur, & num. 21. & ſeq.*

17 *Non ſuficit, adimpleri vnam ex conditionibus, ſed omnes adimpleri debent, vt ſit locus fideicommiſſo.*

18 *Deficiente conditione, diſpoſitio videtur iu oppoſitum.*

19 *Verba neceſſaria ſunt in diſpoſitione, & ſine illis coniectura, & veriſimilitudo non attenditur, & num.22.*

20 *Conditio voluntaria, qua dicatur.*

Adſit Deus, & Beata Virgo.

Excellentiſs. Domine.

13 IN teſtamento cum quo deceſſit Dominus Ioannes Baptiſta Brandinus, condito de Anno 1578. ſub Die 8. Martij, ſequens continetur diſpoſitio his verbis videlicet,

Hæredem vniuerſalem inſtituit Ioānem Baptiſtam eius Nepotem, & filium Mattei ſui filij prædefuncti, cui quidē Ioanni Baptiſtę, quandocunque decedenti ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, omnes, & ſingulos eius filios liberos, & deſcendentes maſculos, &c.

Quos ad inuicē ſubſtituit vulgariter, pupil-

pupillariter, & per fideicommiſſum in infinitum,

Et tam dicto Ioãni Baptiſtę inſtituto, quam dictis ſuis filijs liberis, & deſcendentibus maſculis, vt ſupra ſubſtitutis, prohibuit omnem, & quamcumque alienationem bonorum immobilium dicti Teſtatoris, quia voluit, & vult, quod ipſa bona ſemper, & perpetuò conſeruentur in eius familia, & deſcẽdentia inſtituta, & ſubſtituta, vt ſupra in infinitum,

Et non exſtantibus filijs, vel deſcendentibus maſculis dicti Ioannis Baptiſtæ, vt ſupra, vel alias quandocunque deficiente linea maſculina legitima, & naturali dicti Ioannis Baptiſtæ, inſtituti, vt ſupra, ſuperuiuente aliqua filia, vel filiabus ſuis, vel deſcendentię eius lineæ maſculinæ, tunc, & eo caſu eas ſubſtituit dicto Ioanni Baptiſtæ, & eius proli maſculinæ prædictæ, caſu quo dictæ filiæ ſuperuiuientes ſint duę, vel plures, ſi autem vna tantum ſubſtituit eam in medietate dictæ hæreditatis, & ad aliam medietatem vocauit Lucretiam, & Caterinam ſorores dicti Ioannis Baptiſtæ inſtituti, & earum liberos, & deſcendentes in ſtirpes, & non in capita, & eos ad inuicem ſubſtituit, vt ſupra, ſi ambæ erunt in ſeculo, ſi autem aliqua earum ingreſſa Monaſterium fuerit, ſolam illam, quæ erit in ſeculo.

Deceſſit Ioannes Baptiſta Teſtator ſuperſtitibus dicto Ioanni Baptiſtę ex Matteo filio, nepote hęrede inſtituto pręfatiſque Lucretia, & Caterina illius ſororibus, pariterque Teſtatoris neptibus, qui demum Ioannes Baptiſta procreatis Petro, & Maria ijſdemque ſuperſtitibus deceſſit,

Poſteà vita functa prænominata Domina Maria, relictis poſt ſe nobilibus DD. Vincentio, & Ioanne Baptiſta ex Domino Iacobo de Federighis illius viro ſuſceptis, tandem obijt memoratus Dominus Petrus illius frater nullis ex eo ſuperexſtantibus filijs, & deſcendentibus conditoque teſtamento in quo iure legati non nulla bona reliquit dictis Dominis de Federighis ſuis ex ſorore nepotibus, contra quos modo inſurgunt pręfatę Caterina, & Lucretia teſtatoris ex Matteo filio neptes, & ſorores dicti Ioãnis Baptiſtę primi hęredis inſtituti, ſiuè earum filij, & deſcendentes, & prętendentes ad bona per dictos legatarios poſſeſſa, ſe vocatos ex fideicommiſſaria ſubſtitutione, quam factam dicunt in caſu, & ſub cõditione extintionis lineę maſculinę Domini Ioannis Baptiſtæ, purificatę per mortem Domini Petri eiuſdem Domini Ioannis Baptiſtę filij.

At Domini rei conuenti poſſeſſores, & legatarij prędicti intentionem ſuam fundatam aiunt, & bene dicere videntur ſuper illo indubitato iuris axiomate, quo docemur reo, & poſſeſſori cõuento per ſubſtitutum, ſeù fideicom-
14 miſſarium, ſatis eſſe ad ſe tuendum opponere contra actorem, ſuſtitutio de te non loquitur, & quo ad te liberas hęredes habeo, vt per Soccin. Sen. *conſ.62. num.4.* Socc. Iun. *conſ.64. num.14. lib.3.* Decian. *conſ.55. num.19. lib.3.* Peregrin. *conſ.32. numer.1. lib.2. & conſ.51. numer.15. & conſ.71. num.4. lib.3. & conſ.40. num.5. lib.4. & conſ.52. num.1. & conſ.150. pariter num.1. lib.5.* Honded. *conſ.60. num.12. verſ. quia ſemper lib.1.* Surd. *conſ.448. numer.31.* aſſerenti enim ſe vocatum, & per fideicommiſſariam ſubſtitutum probandi onus incũbit, vt poſt Decian. Crauett. & Cephal. *allegatos tradunt* Peregr. *d. conſ.32. num.2. lib.2* Hond. *conſ.60. nu.12. lib.1.* Surd. *d. conſ.448. numer.31.* itàut, nec omnis, & qualis, qualis probatio ſufficiat, ſed ea talis eſſe debeat, vt de neceſſitate concludat, vt ijdem probant. Peregr. *conſ.52. numer.7. & conſ.56. num.2. lib.1.* Honded. *allegato conſ.60. num.13. lib.1. et poſt* Fuſar. *de ſubſt. quęſt.615. num.1. et num.5. in fine.* Vnde ſi res coniecturis definienda eſſet vtique non leues ſufficerent, ſed manifeſte eſſe deberent. Peregr. *idem de fideicomm. art.25. ante num.15. et conſ.70. num.12. lib.3.* Fuſar. *eodem tract. de ſubſtit. quæſt.276. numer.4.* vbi de communi,

communi, & magis communi opinione teſtatur, Surd. *d. conſil.* 448. *numer.* 35.

Tantum verò abeſt, vt prætenſa vocatio agentium in caſu noſtro plenè, & concludenter probata dici poſſet, quod immo ex verbis teſtamenti ſupra poſitis contrarium apparet,

Capiendo enim ſubſtitutionem paſſiuam a teſtatore factam vltimo maſculo ex deſcendentia, & linea Ioannis Baptiſtæ primi inſtituti apprimè conſtat grauamen reſtituendi prędicto vltimo maſculo inductum, impoſitumque fuiſſe ſub expreſſa cõditione, quatenus de eo tempore ſuperuiuixiſſent aliqua filia, ſeù filiæ eiuſdem Ioannis Baptiſtæ, vel deſcendentiæ illius lineę maſculinæ, *& non extantibus filijs, vel deſcendẽtibus maſculis Domini Ioannis Baptiſtæ*, vt ſupra, vel alias quadocunq. deficiet linea maſculina legitima, & naturalis dicti Ioannis Baptiſtę, ſuperuiuente aliqua filia, vel filiabus ſuis, vel deſcendentiæ eius lineæ, tum, & eo caſu, eas ſubſtituit D. Ioanni Baptiſtæ, & eius proli maſculinæ prædictæ, cum hac tamen diſtinctione, vt ſi duę, vel plures filię repertę fuiſſent viuere, hereditas tota eis reſtituenda eſſet, ſi autem vna tantum, dimidia hęreditatis, illæ reſtitueretur, alia vero dimidia prefatis Lucretiæ, & Caterinę ſororibus eiuſdem Ioannis Baptiſtæ, & earũ filijs, & deſcendentibus; Haud namque

15 dubitari poteſt, quod ablatiuum illud abſolutum ſuperuiuente aliqua filia, vel filiabus, expreſſam, & explicitam pręſeferre conditionem, ſi ſuperuixerint, *l. à Teſtatore* 108. *ff. de cond. & demonſtr.* & ibi communiter ſcribentes, & bene in propoſito Hond. *conſ.* 78. *n.* 23. *lib* 1. vbi plures cumulat, & proindè indubitatum, quoque erit diſpoſitionẽ teſtatoris, & grauamen ab eo impoſitum vltimo maſculo, ad hunc præciſũ caſum ſuperuiuentię filiæ, ſeù filiarum reſtringi, ea ſi quidem eſt natura con-

16 ditionis qualificare diſpoſitionem, vt effectum ſortiri nequeat, niſi cõditio in ſpetie, & in indiuiduo preciſè eueniat, & impleatur, vt latè per Honded. in terminis ſubſtitutionis fideicommiſſariæ ad excludendum Autorem, *d. conſ.* 60. *num.* 14. *& ſeq lib.* 1. *& optime* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 246. *numer.* 16. vbi ait conditionem ſemper ſtare reſtrictiue, & limitatiuè ad caſum in conditione poſitum, & facit generalis regula, & vulgata, quod conditio debet in forma ſpecifica adimpleri, de qua late Auguſt. Barbof. de *Axiom. Iur. Axiom.* 48. *num.* 3. & præmiſſorum vis augetur in caſu noſtro, ex illis verbis additis in teſtamento, tunc, & eo caſu, quę magis reſtringunt, & limitant diſpoſitionem ad caſum expreſſum. Peregr. *de fideicom. Art.* 13. *numer.* 65. vbi plures congerit, quibus addi poſſunt Surd. *d. conſ.* 448. *num.* 30. Fuſar. *de ſubſt. quæſt.* 318. *numer.* 83.

17 Vnde quia ex parte agentium minimè doctum fuit de ſuperexiſtẽtia filię, ſeu filiarum fęminarum prædicti Ioannis Baptiſtę primi hæredis inſtituti, vel Domini Petri, qui nouiſſimus omniũ maſculorum ex deſcendentia Domini Ioannis Baptiſtæ ſui Patris deceſſit, vel alterius, ex deſcendentibus maſculis ab eodem Ioanne Baptiſta, nullatenus dici poterit conſtare de fide commiſſi grauamine ad onus vltimi maſculi, in eo caſu, & ſub dicta conditione talis ſuperuiuentiæ inducto, & adamuſſim applicabuntur ad eorumdem agentiũ excluſionem, regulæ in principio adductæ; Inprimis nãque, & antè omnia fideicommiſſarius, qui agit ad fideicõmiſſum probare debet diei, & conditionis aduentum, & implementum, *l. qui hæredi, §. Plautius ff. de cond. & demonſt. cum alijs plene cumulatis per* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 614. *num.* 1.

Capiendo verò ſubſtitutionem attiuam, ex qua Domini aduerſarij, ſuam eligere prætendunt, aſſertam vocationem poſt mortem ſupradicti Domini Petri, tanquam vltimi maſculi, ex deſcendentia maſculina præfati Domini Ioannis Baptiſtæ, nec vtique poteſt dubitari illam ſub triplici eſſe factam cõditione, vna nempè deficientiæ lineæ maſculi-

maſculinæ Ioannis Baptiſtę hæredis primo loco ſcripti, altera ſuperuiuentiæ filiæ, ſeù filiarum ex eodem Ioanni Baptiſta, ſiuè ex illius filijs, & deſcendentibus, & tertio caſu, quo vna tantum ſupereſſet filia; non etiam ſi plures ſuperuiuerent, vt indicant clariſſimè, verba teſtamenti, ſupra adnotata, vnde quamuis extinctio lineæ maſculinæ memorati Ioannis Baptiſtæ, euenerit per mortem dicti Domini Petri, nõ indè ſequitur, quod factus dici poſſit locus vocationi prędictarum Dominarum Lucretiæ, & Caterinæ eiuſdem Ioannis Baptiſtę Sororum, ſiue earum filiorum, & deſcendentium, modo agentium, & fideicommiſſum petentium, vbi namque vocatio facta eſt,
17 appoſitis pluribus conditionibus requiritur concurſus, & purificatio omniũ, vt ſubſtitutus admitatur, vt latiſſime probat, & exornat ſæpius allegatus Fuſar. *dicto tractatu de ſubſt. quęſt.* 455. *num.* 1. 2. *&* 3. & ante eum plene etiam Hond. *conſ.* 78. *à num.* 23. *ad* 32. vbi bene ad rem,

Immo quia, certum eſt in caſu noſtro, conditionem exiſtentiæ, & ſuperuiuentiæ filię, ſeù filiarum omnino
17 defeciſſe, quia tempore extinctionis lineę maſculinę Ioannis Baptiſtę primi vocati nulla ex illius deſcendentia maſculina ſuperfuit fęmina, ſubſtitutio, & vocatio ſororum eiuſdem Ioannis Baptiſtæ, & earum filiorum, & deſcendentium omnino habenda eſt, ac ſi ſacta non extitiſſet, *l. ſi quis ità hęres, ff. de condit. Inſtit. l.* 1. *& tot. tit. ff. de condit; & demonſt.* cum alijs pleniſſimè adductis à Fuſar. *vbi ſupra quaſt.* 454. *num.* 3. *& ſeq. & per tot. & d. quaſt.* 455. *nu.* 2. & amplius, quia ſuppoſita deficientia filiæ, ſeù filiarum prædictarum de tempore extinctionis lineæ maſculinæ dicti primi inſtituti in perſona præfati Petri illius filij, ne dum dicitur defecta conditio vocationis agentium, & grauaminis reſtituendi impoſitis, vltimo maſculo, ſcilicet Domino Petro prędicto, ſed etiam omnino extitiſſe, & eueniſſe dicitur contraria cõditio apprime intrat in propoſito contra agentes, & in fauorem DD. reorum conuentorũ, concluſio quod datum ſub vna conditione, ſub contraria ademptum intelligitur, *l. ſi legatum pure, ff. de adim. legat. l. aliquando, ff. de cõndit. & demonſt. l. quod pure, ff. quando dies legati cedat* Surd. *qui plures allegat conſ.* 236. vt e contra ademptum ſub vna conditione, ſub contraria dicitur conceſſum, Pereg. *de fideicomm. art.* 11. *numer.* 88.

Vtique ex toto tenore, & contextu nomine teſtamentarię diſpoſitionis, nihil aliud apparet, niſi quod teſtator in apponendo grauamine fideicommiſsi vltimo maſculo ex deſcendentia maſculina Ioannis Baptiſtæ hæredi ab eo ſcripti, & in vocatione filiarum ex eo, ſeù ex illius deſcendentibus naturam, prout etiam in vocatione ſororũ eiuſdem Ioannis Baptiſtæ, filiorumque, & deſcendentium illarum, tantumodo reſpexit, & præoculis habuit ſuper exiſtentiam, & ſuperuiuentiam dictarum filiarum, adeout ſuperextantibus duabus, aut pluribus eas ad integrum aſſem vocauerit, & ad earum fauorem in totum grauauerit vltimum maſculum, ſuperuiuente autem vna, illam ſubſtituerit in medietate hæreditatis, quãdo pro dicta portione tali caſu vltimũ maſculũ ad illius fauorẽ, ad aliã verò medietatẽ inuitauerit præfatas Lucretiam, & Caterinam, earumque filios, & deſcendẽtes, ad quorum fauorem in eodem caſu ſuperuiuentiæ vnius tantum filiæ eundem vltimum maſculum reſtitutioni alterius medietatis ſuæ hæreditatis obnoxium eſſe uoluit. Porro ex huiuſmodi expreſſa punctuali præciſa, ac ſpecifica caſuum enumeratione, in quibus ſigillatim prouidit teſtator, apparet illum nullam habuiſſe cõſiderationem, ad caſum qui euenit, ſcilicet motis vltimi maſculi deſcendentiæ maſculinæ Ioannis Baptiſtę primi inſtituti nullius ſuper extantibus filiabus ex eo, vel ex aliquo maſculo ex illius deſcendentia, quare caſus iſte, tanquam à teſtatore ommiſſus, remanet in diſpoſitione iuris

communis ad exeluſionem eius, qui, ſe dicit tali caſu ſubſtitutum, vt bene in propoſito, poſt plures adductos, argumentatur Surd. *conſ. 236. num. 7. eodem conſ. 448. num. 36.* & regulariter verum eſt, quod in fideicommiſſis de caſu ad caſum non fit extenſio poſt Oldrad. Abb. Iaſ. *& in numero penes alios firmat* Fuſar. *de ſubſt. quęſt. 460. num. 1. & ſ q.*

Sed & inſuper, quia, vt dictum fuit, vocatio ſororum Ioannis Baptiſtæ, & earum filiorum, & deſcendentium, & grauamen vltimo maſculo ex deſcendentia maſculina eiuſdem Ioannis Baptiſtę impoſitum ad illorum fauorem, pendet à purificatione illius cōditionis ſuperuiuentiæ, ſcilicet filiarum feminarū prædictarum, & quia in conditionibus locum habet argumentum à contrario ſenſu, vt punctualiter probat Peregr. *conſ. 20. num. 31. lib. 4.*

Et tacit regula, de qua ſupra, quid datū, ſub vna conditione, &c. Et quia etiā diſpoſitio, quæ elicitur ex argumento dicto à cōtrario ſenſu dicitur expreſſa, ad latè congeſta per Auguſtin. Barb. *de locis comm. argum. loco 27. numer. 1:* perindè erit in caſu noſtro, ac ſi Teſtator expreſſè dixiſſent, ſi nullæ filiæ exſtabūt tempore mortis vltimi maſculi, nec eum de reſtituendo grauo, nec voco, nec ſubſtituo Sorores Ioannis Baptiſtæ, ſeù illarum filios, & deſcendentes, & proindè verius etiam erit quoque dicere, Teſtatorem in huiuſmodi caſu, qui caſui expreſſo contrarius eſt, expreſſè prouidiſſe.

Quod autem ex aduerſo obijcitur veriſimile eſſe, Teſtatorem cogitaſſe, & voluiſſe ſubſtituere Lucretiam, atque Caterinam, vel earum filios, & deſcēdentes in caſu extinctionis lineæ maſculinæ Ioannis Baptiſtæ primi inſtituti, etiam in caſu, quod in illo tempore nullæ adeſſent filiæ, vel dicti Ioannis Baptiſtę, vel alicuius ex eius deſcendentibus maſculis, inane prorſus videtur, quando quidem huic immaginatę defuncti menti, nec verba deſeruiant, nec coniecturæ opitulentur, & in materia legatorum, & vltimarum voluntatum, regula eſt non intelligi datum, quod
19 verbis non compræhenditur. *l. prædia §. affini ff. de fund. inſtr. l. Vxorem §. ſoror. ff. de leg. 3.* ibi verbis fideicommiſſi non contineri, &c. cū alijs adductis per Peregr. *conſ. 52. num 10. lib. 2. qui inferius num. 11.* Subdit non conſiderari defuncti mentem, & voluntatem, cui verba non congruunt, quia potius imaginaria quædā eſt cogitatio, quod fortius ait procedere, quamuis conſideratio ſatis prudens appareret, & magna adeſſet præſumptio volūtatis defuncti, *& num. 12.* concludit coniecturas immaginatas pręter vim verborum nullatenus eſſe attendendas, quod, & anteà dixerat *conſ. 32. numer. 5. eodem. lib. 2.* Quo loci *numer. 4.* etiam docet, & latè probat, caſum contingentē pręter diſpoſitionem Teſtatoris non includi in eius diſpoſitione, etiam quod equalis, vel maior ratio extitiſſet diſponendi in eo caſu, & voluntas, & mens Teſtatoris conſideranda tantum eſt in caſibus prouiſis, non etiam vbi Teſtator aptæ non diſpoſuit, & inputandum eſt ei cur pro congruentia verba non fuerit locutus, nec enim à verbis Teſtamenti recedere. Licet, nec aliud quærere debemus, niſi quod in Teſtamento ſcriptum eſt. Peregr. *conſ. 29. num. 20. lib. 2.* Surd. *d. conſ. 448. num. 34.* & fideicōmiſſariæ diſpoſitiones non complectuntur res, neque perſonas, niſi prout, & quatenus verba Sonant Soc. Crauet. & Pariſ. apud Peregr. *conſ. 40. num. 5. lib. 5.* verba enim, in teſtamentis, non ſubaudiuntur, nec ea addere licet, ad pręſumendam, vel arguendam Teſtatoris voluntatem, ad Textum optimū *in §. authent. de reſtit. fideicom.* Crauet. *conſ. 161. num. 15.* Peregr. *conſ. 63. nu. 2. & conſ. 74. num. 8. lib. 5.* & ſemper Teſtamentorum verba attendi debent, nec alterius querendum eſt de ratione, vt bene, & latè docet, & probat Peregr. *d. conſ. 74. num. 7 & 8. lib. 5.* & quando manifeſtus eſt Teſtatoris ſenſus, per verba ab eo expreſſa non eſt inquirenda, nec capienda alia interpretatio

pretatio etiam, quæ miliori ſenſu exiſtat, vt inquit Imper. *in l. 3. C. de liberis prater.* & ſubtilibus interpretationibus firmum Teſtatoris iuditium, ſubuertere etiam infirmari non debere, admonet idem Imperat. *in l. ſi quis heredem C. de inſt. & ſubſt.* quę bene in propoſito adnotauit ſepius allegatus Peregrin. *conſ. 50. num. 10. lib. 4.*

Et ex his, &c. ità Iuris eſſe puto, ſub cenſura tamen, et ad laudem Dei, et Beatæ Virginis.

Additiſſ. et obſequentiſſ.

Iacobus Federighius Adu. ex Collegio.

Sequitur Conſilium D. Altogradi.

ADSIT INDIVIDVA TRINITAS.

ADeo plenè, et eruditè ſcripſit in hac Cauſa Excellentiſſ. Dominus meus, Dominus Iacobus Federighius, vt mihi de ſubſcriptione requiſito, quicquam addendi locum prereptum eſſe intelligam, ne tamen ſimplici ſubſcriptione tranſeundo videare, non deguſtaſſe materiam, et requirentibus, vt more gerã, animaduertem, vlterius propono, concluſiones, ab eo doctiſſimè firmatas, efficialiter poſſe confirmari, ex eo, quod in caſu, quo deficeret linea maſculina Domini Ioannis Baptiſtæ heredis inſtituti, ſuperuiuente aliqua eius filia, vel filiabus, vel deſcendentię eius lineę tũc, et eo caſu Teſtator, eas ſubſtituit, dicto Ioanni Baptiſtæ, et eius proli maſculinę prædictæ, caſu quo dictę filię ſuperuiuentes ſint duæ, vel plures, ſi autem vna tãtum ſubſtituit eam in medietate dictæ hæreditatis, et aliam medietatẽ, vocauit Lucretiam, et Caterinam ſorores dicti Ioannis Baptiſtę, et earum liberos deſcendentes in ſtirpes, vndè Lucretia, et Caterina Sorores dicti Ioanni Baptiſtę ſunt vocatæ ſub conditione defectus lineæ maſculinæ dicti Ioannis Baptiſtę, et ſuperuiuentię eius filiarũ, et non plurium, ſed vnius tantum, quę conditio, quoad eandem Dominã Lucretiam, et Caterinam abſque dubio voluntaria eſt, cum voluntaria dicantur

20 quęcunq; conditio à Teſtatore appoſita, quę non ſit neceſſaria ad actum, nec ad effectum actus, Ruin. *conſ.* 110. *num.* 9. *lib.* 3. Soccin. Sen. *conſ.* 140. *ſub numer.* 9. *lib.* 1. *& conſ.* 259. *num.* 3. *lib.* 2. *& conſ.* 76. *num.* 6. 7. *lib.* 3. Gherad. Mazzol. *conſ.* 2. *num.* 33. Honded. *conſ.* 48. *num.* 19. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſt. q.* 33. *num.* 5. At quod ex Ioanne Baptiſta ſuperexiſtant due filię feminę, vel tres, aut plures, vel vna tantum, non eſt quid neceſſarium ad actum, vel ad effectum actus, habito ſcilicet reſpectu ad ſubſtitutionem Domi narum Lucretiæ, et Caterinę Sororum dicti Ioannis Baptiſtę, cum Teſtator potuiſſet eas ſubſtituere, ſiuè filiæ Ioannis Baptiſtæ eſſent duę, ſiuè plures, ſiuè vna tantum, ſiuè etiam nulla earum exiſteret, vt bene Rimin. Sen. *conſ.* 521. *numer.* 15. Hond. *conſ.* 48. *num.* 63. *lib.* 2. *dixi conſ.* 46. *num.* 16. et per conſequens, quoad eos conditio eſt volontaria, quo ſit, vt ſuccedat comunis Concluſio, habens in

21 conditionibus mere volũtarijs, nullam admitti extenſionem, etiam ad caſum ſimilem, cum Teſtator dicat rationem non habuiſſe de effectu, ſed de forma ſpecifica, quę venit ſecundum illam, modum adimplenda, vt inquit. Bartol. *in l. Gallus §. & quid ſi tantum col.* 2. *verſ.* 1. *contra hoc oppino ff. de liber. & poſthũ. per Teſt. in l. qui heredi in princip. & l. Menius. ff. de cond. & demonſtr.* cuius doctrina, ibi communiter approbatur per ſcribentes, vt tradit egregiè Ruin. *conſ.* 110. *num.* 9. 10. *lib.* 3. *& antè eum* Alex. *conſ.* 1. *numer.* 11. *verſ. ſed in propoſito lib.* 1. Soccin. Sen. *conſ.* 140. *num.* 9. *lib.* 1. *& conſ.* 259. *lib.* 3. *verſ. aliquãdo lib.* 2. *& conſ.* 76. *numer.* 6. 7. *lib.* 3. Natta *conſ.* 678. *num.* 16. *verſ. nec iuuat, & num.* 17. Roland. *conſ.* 58. *num.* 54. *&* 55. *lib.* 3. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 4. Berous. *conſ.* 98. *num.* 3. *in fin. & num.* 12. *in fin. verſ. vltimo non aduerſatur lib.* 2. vbi oſtendit concluſionem hanc procedere, tam in ſubſtitutione vulgari, quam, cum

fideicommiſſaria. Hond. *conſ.* 48. *num.* 59. *& conſ.* 49. *num.* 55. *lib.* 2. *& hiſ relatis dixi in meo Conſilio* 46. *num.* 11. 12. *vbi cum* Cephalo. *conſ.* 649. *num.* 58. *&* Menoch. *conſ.* 243. *à. num.* 6. *vſque ad num.* 34. *& num.* 53. 54. 55. *&* 56. addidi, nec etiam ex præſumpta mente Teſtatoris admitti extenſionem de caſu ad caſum in conditione voluntaria: ea ratione, quia in his attenditur merũ factum, ac conditio impleri debet in forma ſpecifica, quod & clarius oſtendi ibi *num.* 24. alias dicendo, conditio, ne dum traheretur ad alium caſum, ſed ad ſimilem, & contrarium, caſus enim obitus ſuperexiſtente vnica filia eſt cõtrarius caſui obitus nulla filia ſuperuiuente, vt bene aduertit Peregrin. *de fideicom. art.* 29. *numer.* 38. *& dixi ego conſ.* 60. *num.* 115. propterea reicienda eſt extenſio huiuſmodi. Bart. *in l. Gallus* §. *& quid ſi tamen. num.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* Angel. *in l. ſi pater filium ff. de vulg. & pupill.* Soccin. Sen. *conſ.* 140. *num.* 9. *lib.* 1. *& conſ.* 159. *num.* 2. *verſ.* 3. *lib.* 2. Fuſar. *de ſubſt. q.* 31. *numer.* 55. *& queſt.* 463. *numer.* 8. *cum alijs, quos retuli. conſ.* 461. *numer.* 13.

Porro a Teſtatore ſunt conſiderati, & expreſſi aliqui caſus per quorum ipſe, enumerationem procedit, & ſunt pariformiter appoſitę plures conditiones, vnus caſus, vnaque conditio eſt, ſi deficiunt maſculi, aut linea maſculina Ioannis Baptiſtæ ſuperſtibus duabus, aut pluribus filiabus feminis, & in hoc caſu, & ſub iſta conditione ſunt eędem filiæ ſubſtitutæ.

Alius caſus, aliaque conditio eſt, ſi deficiant maſculi, aut linea maſculina prędicta, ſuperſtita vna tamen filia femina dicti Ioannis Baptiſtæ, & hoc caſu, & ſub iſta conditione ſubſtituta eſt ipſamet filia in medietate, & in alia medietate ſubſtitutę ſunt dicta Domina Lucretia, & Caterina.

Tertius caſus eſt, ſi deficiant maſculi, aut linea maſculina prędicta, & nullę ſuperſint filię feminę dicti Ioannis Baptiſtæ, qui eſt noſter, & hoc caſu Teſtator nihil diſpoſuit, nec aliquam facit ſubſtitutionem, propterea vbi ſubſtitutio in Teſtamento non legitur, non poteſt dici facta. Hond. *conſ.* 51. *num.* 60. *lib.* 2. Federig. Scott. *conſ.* 25. *num.* 6. 7. 8. 9. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 328. *num.* 26. *&* 27. Alba *conſ.* 511. *nu.* 17. Odd. *conſ.* 46. *numer.* 20. *& conſ.* 78. Ladrech. *conſ.* 59. *num.* 3. *& latè dixi conſ.* 54. *n.* 49. & facit vulgaris concluſio habens contra agentes, & ſubſtitutionibus ſatis ſuperque eſſe, obijcere ſubſtitutionem de actionibus, & in caſu, qui euenit non loqui, vt latè deduxi in meo *conſ.* 48. *nu.* 1. Item ſubſtitutionem debere eſſe claram, nam, ad eam excludendam, & reiciendum venientes ex ſubſtitutione, ſufficit oſtendere, ſubſtitutionem eſſe dubiam, vt fiat interpretatio contra aſſertos ſubſtitutos.
22 Corn. *conſ.* 156. *num.* 11. *& conſ.* 204. *numer.* 14. *in fin. verſ & quando. lib.* 3. Soccin. Sen. *conſ.* 113. *num.* 8. *verſ. vnde ex præmiſſis lib.* 1. Rimin. Iun. *conſ.* 547. *num.* 75. Torniel. *conſ.* 83. *num.* 13. Franc. Ant. Coſt. *conſ.* 5. *num.* 61, cum alijs ad hoc adductis à me, *conſ.* 48. *numer.* 19.

Siquidem, incumbentia actorum eſt, docere, & concludenter probare ſubſtitutionem in eius caſum veniſſe ad fauorem eorundem Actorum, vt dixi dicto *conſ.* 48. *num.* 19. cum alias ſubſtitutiones nõ ſint ità de facili ſupplendæ, aut fingendæ, etiam per coniecturas, quæ ita ſuccedãt *l. Gallus* §. *& quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum. dixi conſ.* 54. *num.* 101.

Quod ſi regulariter, verum eſt, prout eſt veriſſimum, multo magis procedet in caſu noſtro ob dictiones reſtrictiuas, quibus teſtator vſus eſt, plane animaduertere in primis oportet Teſtatorẽ dixiſſe, & non exſtantibus filijs, vel deſcendẽtibus maſculis dicti Ioannis Baptiſtæ, vel alias quandocunque deficiente eius linea, ſuperuiuente aliqua filia, vel filiabus ſuis, tunc, & eo caſu ſubſtituit, caſu quo dictę filiæ ſuperuiuentes ſint duę vel plures, ſi autem vna tantũ ſubſtituit eam in medietate hęreditatis, & ad aliam medietatem, vocauit Lucretiam,

cretiam, & Caterinam, ex quibus verbis apparet, poſtremas has ſubſtitutiones factas eſſe ſub expreſſa conditione defectus lineæ maſculinæ, & ſuperuiuentiæ filiarum, ſiuè ſint duæ, ſiuè plures, ſiuè vna tantum cum conditione expreſſa faciant participia illa in ablatiuo abſoluto poſita, & tempus futurum reſpicientia quandocunque deficiente eius linea, ſuperuiuente aliqua filia Hond. *conſ.* 88. *num.* 23. *lib.* 1. Merlin. Pignatell. *contr. forenſ. cent.* 1. *cap.* 86. *num.* 9. prout ex conditione expreſſè faciunt illa alia ſubſequentia verba per aduerſatiuam adiecta, ſi autem vna tantum ad *l. quibus diebus §. Ternilius, & ibi* Bartol. *ff. de cond. & demonſtr.* at certum eſt, conditionem qualificare diſpoſitionem. Hond. *conſ.* 60. *num.* 14. *lib.* 1. Fuſar. *q.* 246. *num.* 15. *& dixi ego conſ.* 84. *num* 88. *verſ. & diſpoſitio*, & vbi conditiones ſunt plures, concurſum omnium eſſe apprime neceſſarium. *l. ſi hæredi plures ff. de condit. inſt.* Merlin. Pignatel. *d. cap.* 86. *num.* 8. & ex defectu vnius reſultare corruptionem totius actus, & conditiones in totum, & ſpecificè eſſe adimplendas, nec ſufficere eas pro parte verificari, ex quo inducunt formam, & formæ nihil addi, aut detrahi poteſt, vt bene hęc omnia in propoſito obſeruat Pignatell. *d. cap.* 86. *num.* 9. 10. 11. 12. *& dixi ego conſ.* 90. *num.* 33.

Quapropter, dum hæc ſufficerent ad excluſionem dictorum Dominarũ Lucretiæ, & Caterinę ob defectum conditionis exiſtentiæ vnius filiæ, ſub qua ipſe ſolum ſunt vocatæ in medietate tãtum hęreditatis ad ea, quæ poſui in meo *conſ.* 54. *num.* 100. Accedunt ad confirmationem voluntatis Teſtatoris, ità reſtringendi dictam ſubſtitutionem dictiones illę reſtrictiuæ, tunc, & eo caſu quo, quorum natura eſt reſtringere, & limitare diſpoſitionem ad caſus formaliter expreſſos, & impedire extenſionem de caſu ad caſum. *l.* 4. *§. fin. ff. de cond. & dem. l. ſi in ſubſtitutionem ff. de vulg. & pupill.* Aym. *conſ.* 98. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 327. *num.* 59. Peregr. *de fideicom. art.* 29. *num.* 15. *et* 28. Fuſar. *de ſubſt. q.* 318. *num.* 89. *et conſ.* 195. *num.* 44. *propterea.*

Nec obſtaret ſi diceretur immo etiam in conditionibus voluntarijs admitti extentionem de caſu ad caſum, quando ex coniecturis apparet de voluntate Teſtatoris, quaſi conſiderauerit plus effectum, quam modum, vt referendo id aſſerentes motiuando dixi *d. conſ.* 46. *num.* 29. quo caſu non impedirent extenſionem illę dictiones, tunc, & eo caſu ad Mazar. *conſ.* 6. *l. num.* 17. Menoch. *conſ.* 432. *num.* 32. Gratian. *diſcept. for. cap.* 974. *num.* 33. Nam obiecto pleniſſimè ſatisfieri *d. conſ.* 46. *num.* 30. *cum plurimis ſeq. et addi per* Fuſar. *conſ.* 195. *num.* 44. vbi ait diſpoſitionẽ non extendi de caſu ad caſum, licet reſultare videretur idem effectus, & adeſſet identitas rationis, aut veriſimilis ex præſumpta mens Teſtatoris concurreret, vbi cum dictis verbis reſtrictiuis, tunc, & eo caſu diſpoſitio concepta eſt propterea. Laus Deo.

Lęlius Altogradus. I. V. D. Patricius & Aud. Lucen. Saluo, &c.

De S. R. R. Auditorio.

Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Verba diſpoſitiua in ſententijs ſunt attendenda.*

2 *Strictè interpretantur verba ſententia, et prout ſonant.*

3 *Omiſſum habetur pro omiſſo in ſententia.*

4 *Declara, quod verba ſententia recipiũt interpretationem à iure.*

5 *Qui vult conſequens, vult etiam antecedens, etiam in ſententia, et è conuerſo.*

6 *Præſertim ad excludendam iniquitatẽ, et iniuſtitiam verba ſententia recipiunt interpretationem ſecundum mentem proferentis.*

7 *Sententiæ quando exequatur ſuper re diuerſa.*

Sententiæ verba quomodo interpretentur, & an ſtrictam vel latam admittant interpretationem.

1 CErtum eſt verba diſpoſitiua, in Sententijs, eſſe attendenda Corneus *conſ.* 10. *nu.* 3. *in fine lib.* 4. Buratt. *deciſ.* 843. *num.* 4. Greg. *deciſ.* 522. *numer.* 4. *& ibi* Beltram. *nu.* 21. *& in recen. p.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 599. *numer.* 9. *p.* 7. *deciſ.* 264. *num.* 16. *fuit dictum in Montis alti beneficij* 15. *Decembris* 1649. *coram R. P. D. Bichio.*

2 Et illa ſtrictè interpretari debẽt, prout ſonant, Aymon. *conſ.* 74. *num.* 10. Seraph. *deciſ.* 35. *nu.* 5. Penia *deciſ.* 1276. *numer.* 4. Buratt. *deciſ.* 321. *num.* 7. *fol.* 440. *& deciſ.* 558. *numer.* 4. *deciſ.* 788. *num.* 5. *& in recen. p.* 4. *tom.* 2. *deciſ.* 393. *num.* 5. *fol.* 510. *& p.* 7. *deciſ.* 265. *num.* 22. *fol.*

3 Itàut omiſſum habeatur pro omiſſo, & remaneat ſub diſpoſitione Iuris cõmunis. Coccin. *deciſ.* 448. *numer.* 6. *Rota in recen. p.* 2. *deciſ.* 439. *numer.* 2. Penia *deciſ.* 236. *num.* 5. *fol.* 179.

4 Nihilominus etiam verba ſententiæ recipiunt interpretationem à Iure, vt latè per Buratt. *deciſ.* 240. *num.* 19. *fol.* 336. *Rota in recen. deciſ.* 127. *num.* 13. *p.* 4. *tom.* 2. Merlin. *deciſ.* 611. *num.* 9. *& p.* 3. *recen. deciſ.* 401. *num.* 3. & in connexis lata ad fauorem vnius, iuuat alterum, *Rota in recen. part.* 3. *d. deciſ.* 401. *num.* 3.

5 Et regula vt qui vult conſequens, velit id ex quo ſequitur, & è conuerſo procedit etiam in ſententia, vt bene per Crauett. *de antiquo tempore p.* 4. *num.* 66. *mihi fol.* 177. Peregr. *conſ.* 45. *numer.* 8. *lib.* 6. Cabal. *conſ.* 87. *nu.* 3. *p.* 2. Olaſch. *deciſ. Pedamontan. deciſ.* 64. *n.* 4. *&* 5.

6 Præſertim ad excludendam iniquitatem, & iniuſtitiam, vnde dici ſolet attendi mentem proferentis, & ſecundũ eam regulari, vt euitetur omne abſurdum; *Rota in recen. p.* 7. *deciſ.* 65. *num.* 9. *fol.* 131. Penia *deciſ.* 561. *num.* 5. *fol.* 399. *Rota diuerſ. deciſ.* 450. *num.* 8. *&* 9. *p.* 1. *& p.* 5. *deciſ.* 392. *num.* 34. *fol.* 769. Gratian. *diſcept.* 833. *nu.* 28. *& diſcept.* 770. *num.* 5. *Rota in recen. p.* 4. *tom.* 3. *deciſ.* 556. *num.* 6. *fol.* 116. Penia *deciſ.* 561. *num.* 2. *&* 5. Scaccia. *de appell. q.* 17. *limitat.* 6. *memb.* 9. *num.* 12. *& de re iudicata gloſ.* 14. *q.* 28. *num.* 27. *mihi fol.* 456. Ciriac. *controuerſ.* 223. *num.* 7. *et Controuerſ.* 433. *num.* 5. *et deciſ.* 313. *num.* 11. *p.* 4. *tom.* 2. *in recen. et p.* 5. *deciſ.* 392. *num.* 32.

7 Et propterea in certis caſibus exequimur ſententiã ſuper alia re, *vt elegantiſſimè exornauit Illuſtriſs. Dominus meus, Bichius in Florentina Horti prima Iulij* 1643. *quæ eſt infra deciſ. prima.*

Io. Tanaglius.

De S. R. R. Auditorio, Cap. XXV.

Exequutio rei iudicatæ quando, & quomodo fieri poſſit ſuper re diuerſa.

SVMMARIVM.

1 *SEntentia in iudicatum tranſacta habet exequutionem paratam, paritque actionem perſonalem iudicati, vel in factum.*

2 *Amplia etiamſi ſententia lata fuerit in actione reali.*

3 *Clauſula, et quodcunque mandatum neceſſarium, quid operetur in ſententia.*

4 *Quando exequutio ſententiæ fieri poſſit in alia re quam petita.*

5 *Quando ſit locus pignorationibus contra non parentem ſententiæ.*

6 *Iuramentum affectionis, quando intret.*

7 *Conteſtatio litis, quomodo requiratur pro exequutione ſententiæ in re diuerſa.*

R.P.D.

R. P. D. BICHIO.

Florentina Horti.

Mercurii 1. Iulii 1633.

Deciſio prima, poſt Capitulum XXV.

SEntentiam Rotalem, qua pronũciatum fuit hortum, de quo agitur ſpectare ad Petrum Ioannẽ de Cambijs; Rota cenſuit exequendam eſſe ſuper bonis ſtabilibus Bernardi rei conuẽti, in agro Romano exiſtentibus.
1 Habet enim ſententia in iudicatum
tranſacta executionem paratam, *l. poſt rem iudicatam, ff. re iud.* Neuiz. *conſ. 4. num. 9. & 11.* Aſin. *in prax. §. 7. limit. 5. numer. 2. cap. 2.* paritque actionem perſonalem iudicati, vel in factũ, quia conſenſus litigatorum in iudicium importat quaſi contractum, & obligatio-
2 nem parendi iudicato. *l. actori 8. C. de reb. cred. l. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul. & ibi* Bart. *num. 1. & 7. in fin.* Angel. *in fin.* Salic. *ad med. verſ. nec obſtat* Barz. *deciſ. 23. num. 17.* etiam ſi ſententia lata fuerit, vt in caſu noſtro in actione reali. *l. miles § fin. ff. re iud. & ibi* Cuman. *2. poſt med.* Alex. *numer. 9. in fin.* Iaſ. *n. 7. verſ. contrariam opinionem gloſ. vlt. in l. nam & poſtea. §. fin. ff. de iur. iur.*

Et cum ſententia declaret hortũ ſpectare ad Petrum Ioannem, & aduerſarium ab eius occupatione amouendum eſſe, ac mandatum de immittendo, & amouendo reſpectiuè, & aliud quodcunque neceſſarium relaxet continet etiam relaxationem mandati pro reſti-
3 tutione horti, quia reſtitutio venit ex natura rei vendicationis. *l. officium 9.* ibi neceſſè habebit poſſeſſor reſtituere. *ff. de rei vend. et ibi* Bart. *num. 4. ex gloſ. in l. Pomponius §. ſi is, qui precario ff. de acq. poſſeſſ. verſ. item an hic* Fab. *de error. pragm. part. 1. dec. 18. err. 4. num. 3. et 9.*
4 Quod quia executioni mitti nõ poteſt ſuper ipſo horto exequẽdum venit ſuper bonis ab aduerſario poſſeſſis in agro Romano; nam ex cauſa fieri poteſt executio in alia re, quã petita præuia ſummaria talis cauſæ cognitione. Ang. *in l. 1. num. 28. C. de iudic.* Rom. *conſ. 270. num. 4. ex text. in l. qui reſtituere ff. de rei vendic. vbi quod fieri poteſt executio in eiuſdem rei æſtimatione,* ſaltim donec fiat reſtitutio rei petitę ad *text. in l. 1. et tot. tit. ff. vt in poſſeſſ. legat ſeu fideicomm. Rot. in Romana cenſus 14. Iunij 1636. coram bon. memor. Pirouano impreſſ. part. 7. rec. deciſ. 150. nu. 2.*

Cumque reus in iudicio rei vendicationis, dum habet reſtituendi facultatem poſſit præciſè cogi rem ipſam reſtituere. Bart. *in leg. ſtipulationes non diuiduntur nu. 38. ff. de verb. oblig.* Curt. Iun. *in terminis condemnati per ſententiam Iudicis in l. in actionibus ſub n. 20. verſ. vel etiam ex Iudicis ſententia ff. in*
5 *lit. iuran. adden. ad* Alexan. *conſ. 214. litt. 1. lib. 7.* etiam captis pignoribus, vt fit contra non parentes ſententiæ Iudicis aliquid fieri præcipienti. Vinc. de Franc. *dec. 310. num. 1.* quem ſequuntur Facchin. *conſ. 63. num. 1. lib. 3.*
6 Executio facienda eſt pro æſtimatione, & quantitate quam iurauerit actor, cui defertur iuramentum in litem etiã affectionis, vt ſolet quando reus poteſt ad aliquid præciſè compelli. Curt. *in punct. in d. l. in actionibus ſub. num. 22.* Helferic. Hunn. *in tract. de rer. extim. quæſt. 7. in princ.* vbi dicit rationem, quia niſi in hoc iudicio permitteretur Domino iureiurando in litem rei ſuæ pro ſuo arbitrio pretium ſtatuere, cogeretur inuitus re ſua carere, aut iuſto pretio illam vendere cõtra id quod ad litèram diſponitur in *l. ſi tutor ff. de in lit. iuram. et in l. non enim ff. act. rer. amot.* & quod pro executione iudicati in iudicio rei vendicationis detur iuramentum in litem notat Fab. *de err. pragmat. par. 1. dec. 17. err. 6. num. 6.* eo magis in caſu noſtro, quo Rota declarauit actorem non eſſe cogendum ad recipiendum precium horti, prout condemnauerat ſententia D. Nuncij Florentiæ; ſi enim executio fieret ſolũ pro iuſto precio hoc eſſet exequi dictã ſententiam, quam Rota reuocauit, & ad-

uerſa-

uerſarius ex propria mora, & culpa melioris fieret conditionis, vt bene ad propoſitum aduertit Fab. *d. deciſ.* 17. *err.* 6. *ſub num.* 11. *verſ. nec vnquam.*

Cauſa autem exequendi in alia re quã petita in caſu noſtro eſt patens, quia hortus ſitus eſt in Ciuitate Florentiæ, vbi ſimiles exequutiones fieri difficile eſt, vt dixit *Rot. deciſ.* 14. *ſub numer.* 3. *par.* 2. *recent.* & impoſſibile hiſce temporibus bellorum, quæ cum ſint notoria ſufficit quod allegentur abſque alia probatione, *gloſ. in clem. appellanti, verbo alias de appellat.* Fel. *in cap. cum ordinem, num.* 11. *et ſeq. de reſcript.* Dec. *conſ.* 356. *num.* 4. *verſ.* 2. *reſpondetur.* Affliã. *deciſ.* 50. *numer.* 5. Surd. *deciſ.* 159. *num.* 14.

7 Neque pro huiuſmodi executione obtinenda opus fuit noua conteſtatione litis, ſed ſolum quaſi petitione, quæ ſatis eſt quando petitur executio ſententiæ coram eodem Iudice. Fel. *in cap.* 1. *num.* 7. *in* 5. *fallentia de lit. conteſt. vbi* Soccin. *num.* 41. Alex. *in l. intra dies n.* 4. *ff. de rei vindic.* Afin. *in prax.* §. 4. *cap.* 3. *num.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 6. Grat. *diſcept.* 66. *numer.* 24. Vel quando proceditur ſummariè, *Clem. ſæpe de verb. ſignif.* Abb. *in cap. fin. num.* 10. *de offic. iud.* Marant. *in prax. part.* 4. *diſtinct.* 9. *num.* 20. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 2. *numer.* 5.

Et ita deciſum vna tantum parte informante, quia alia pluries citata non comparuit.

De S. R. R. Auditorio,

Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio facta per Patrem inter filios, quando habeat vim vltimæ voluntatis, ità vt Pater de eiſdem bonis teſtari ad libitum poſſit, alterando fideicommiſſum annexũ diuiſioni.*

2 *Comunio pariţ diſcordiam.*

3 *Verbum aſſignauit, indicat traslationem Dominij.*

4 *Reſeruatio certæ quantitatis pro facultate teſtandi, indicat traslationem Dominij, quo ad alia bona.*

5 *Fideicommiſſum conſtitutum in contractu diuiſionis, quando retineat naturam vltimæ voluntatis, ſicuti è conuerſo contractus inter viuos initus in Teſtamento, retinet vim, & naturam contractus irreuocabilis, neque regulatur, ſecundum vltimas voluntates.*

6 *Verbum ſuccedat conuenit etiam ratione contractus inter viuos.*

7 *Donatori non licet Donationẽ reuocare.*

8 *Donatio inter Patrem, & Filium, quando ſubſiſtat.*

9 *Inſinuatio, quando requiratur in Donatione.*

R. P. D. BICHIO.

Romana fideicommiſſi de Spiritibus.

Veneris 17. *Februarii* 1645.

DECISIO II.

